BIB NAZ
VITT EMANUELE III
6
F
7
NAPOLI

B. 21. 3. a 4.

Digitized by Google

Digitized by Google

6
F.
7. 8.

Digitized by Google

P. F. Giffart inv. et Sculp

Hic ille est latio Cæsar decus additus ostro,
Herôa de gente satus non degener Heros,
Quem Tiberis Bœtisque colunt, cui Sequana plaudit:
Consilijs reges doctus populosque juvare,
Immensaque omnem complexus mente minervam,
Et calamo et lingua magnus sed pectore major.

BIBLIOTECA NAZ. NAPOLI

HEXAPLORUM ORIGENIS QUÆ SUPERSUNT,

MULTIS PARTIBUS AUCTIORA,

quàm a Flaminio Nobilio & Joanne Drusio edita fuerint.

Ex Manuscriptis & ex Libris editis eruit & Notis illustravit D. BERNARDUS DE MONTFAUCON, *Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri.*

Accedunt Opuscula quædam Origenis Anecdota, & ad calcem Lexicon Hebraïcum ex Veterum Interpretationibus concinnatum, itemque Lexicon Græcum & alia, quæ præmissus initio laterculus indicabit.

TOMUS PRIMUS.

PARISIIS,

Apud { LUDOVICUM GUERIN, sub signo S. Thomæ Aquinatis. / Viduam JOANNIS BOUDOT, sub signo Solis aurei. / Et CAROLUM ROBUSTEL, sub signo Arboris Palmæ. } Via Jacobæâ.

M. DCC. XIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

398

Digitized by Google

EMINENTISSIMO D. D.

CÆSARI D'ESTREES,

CARDINALI EPISCOPO ALBANENSI,

DUCI AC PARI FRANCIÆ,

Regiorum Ordinum Commendatori, S. Germani a Pratis Abbati, &c.

N*ON diu multumque cogitavi, cui hasce lucubrationes nuncuparem; adest quippe domi cui similem foris frustra quærerem: si quidem in te uno,* EMINENTISSIME CARDINALIS, *omnia splendent virtutis litterarumque ornamenta, omnia optimi Mæcenatis*

insignia, cujus partes sunt Litteratos benevolentia complecti, officiis prosequi, exemplo concitare. En tibi Hexaplorum Origenis partem offero, quæ post diuturnum cum blattis & tineis conflictum emergit demum, & auspiciis tuis in lucem prodit.

Arbitror ego te, VIR AMPLISSIME, *antiquitatis præsertim Ecclesiasticæ studiosissimum haud leviter indignaturum, quòd posterioris ævi Scriptores Opus tam ingens, tot laudibus a priscis illis Ecclesiæ Doctoribus celebratum, magno suo dedecore ita interire passi sint, ut nonnisi summo labore & industria hasce ejus reliquias extremæ perniciei jam proximas eruere potuerimus.*

Illud autem minimè eventurum erat, ECCLESIÆ PRINCEPS EXIMIE, *si tui similes postremis sæculis Ecclesiam & Rempublicam Litterariam exornassent; viri scilicet qui litteras ingenuasque artes, aut florentes conservare, aut labentes erigere possent. Sed quod ævo nostro providente numine conceditur, id in multis ætatibus reperire haud ita facile fuerit. Quot enim sæcula percurrere opus erit, ut talem tantisque dotibus insignem virum invenia-*

mus; virum, inquam, ita rebus vel quam maximis gerendis natum, dicendi ſcribendique tam peritum; litteris diſciplinisque omnibus ſic excultum; virum denique, qui quam ſe cumque in partem dederit, facile princeps fuerit?

Nam vel a primo juventutis flore apud te ſemper virtutis quam ætatis fuit curſus celerior. Summo quippe loco natus & avitæ gloriæ memor, majorum tuorùm veſtigia non modo ſequi, ſed etiam antevertere ſtuduiſti. Hinc Epiſcopalem nactus dignitatem rebus Eccleſiæ vel maximis componendis operam non minus ſagaciter quàm feliciter dediſti. Deinde promeritum Purpuræ adeptus honorem, ac graviſſimis Regni negotiis apud exteras Nationes tractandis a REGUM MAXIMO *deputatus, nullam Europæ Catholicæ regionem inſigni rerum geſtarum ſplendore vacuam reliquiſti. Manent hodieque Romæ, per totam Italiam, in Germania, Hiſpania, Luſitania, egregia ſapientiæ virtutiſque tuæ veſtigia; quæ omnia ſi pro rei dignitate recenſere aggrediar,*

——— cupidum, Pater optime, vires
Deficient:

ſed Eloquentiori hanc palmam relinquo; mihi enim

id esset periculosæ plenum opus aleæ, & aliunde tot laudibus dignus vix laudi aditum concedere soles.

Verum id mihi a modestia tua impetrare liceat, EMINENTISSIME CARDINALIS, *ut duo tantum summopere miranda quorum testis fui oculatus, huc afferam. Primum est te ita patriæ rebus semper advigilasse, ut tamen Exterorum, apud quos negotia gerebas, animos tibi devincires, & eos tum officiis, tum dicendi lepore ita tibi conciliares, ut Optimates & Aulici te quasi Patrem vel propinquum agnoscerent. Quamobrem in nulla ferè Europæ Catholicæ regione peregrinus existimaris. Quod si, ut ait Orator,* non quidquam ex rebus humanis est præclarius aut præstantius, quàm de Republica benè mereri; *quantus hinc tuis laudibus cumulus accedit, quod non Patriam modo tuam, sed alias etiam Nationes summis beneficiis exornaveris; Lusitaniam dico; Bavariam, Italiam; quæ tantum ornamenti vel præsidii in amicitia atque auctoritate tua, quantum commodi repositum in benignitate senserunt.*

Alterum quod mihi stuporem sæpe ingentem adtulit illud est, quod amplissimis licet muneribus per

totum

totum vitæ curriculum perfunctus, nihil obstante rerum agendarum mole, Litterarum cultum nunquam intermiseris. Nec tantum dico te id præstitisse quod solent alii sapientes viri, publicis negotiis deputati, qui ubi a solito munere vacant, ad litterariam exercitationem transeunt, vel usu librorum solitudinis tædium fallunt, quod tamen ipsum est in magna laude ponendum; sed ita semper comparatum fuisse demiror, ut de quovis litteraturæ, seu sacræ, seu prophanæ genere loquendum, differendum vel scribendum fuerit, non minus expedite, & sagaciter hæc egeris, quàm peritissimi quique artium & disciplinarum magistri: adeò ut qui te negotia vel gravissima tantâ solertiâ tractantem cernerent, omnia post habuisse putarent; quo rerum gerendarum peritiam assequerere; qui vero de omnigena litteratura differentem audirent, te totam ætatem in Litterarum studio contrivisse, cæteraque omnia neglexisse crederent.

Sed quam bonis avibus factum est, ut ex tantis undequaque susceptis feliciterque gestis negotiis ad nos receptum haberes! Immortales sanè gratias habemus LUDOVICO MAGNO, *qui te*

actarum rerum gloria clarum, hujus Cœnobii Antistitem constituerit; qua in re nescio an plus tuis, EMINENTISSIME CARDINALIS, *quam nostris commodis prospexerit. Hinc illa effusa in Monasterio nostro lætitia, hinc ille plausus omnium sodalium de tanta fortuna sibi mutuò gratulantium; qua in re non partes tuli posteriores. Ecquid enim litteratorum cœtui plus gaudii afferat, quàm cùm sibi principem a Regum sapientissimo designari conspiciunt eum, quem ipsi, si penes se ejus rei arbitrium fuisset, communi omnium calculo sibi cooptassent?*

In San-Germanensibus autem ædibus illis, quæ tot Principum domicilium fuerunt, ceu in arce vel specula quadam constitutus, EMINENTISSIME CARDINALIS, *iis omnibus fulges ornamentis, quibus olim varias Europæ gentes illustrabas, quodque mirabile dictu est, annos prope Nestoreos emensus, divina quadam celeritate ingenii, dicendique copia, sicut olim ille Carneades, omnium ad te animos convertis & rapis. Te sæpe in consessu eruditorum suspicimus de quovis litterarum genere ita peritè differentem, ut fatean-*

tur omnes te non minùs eruditione quàm dignitate primas tenere. Nam ſive de Hiſtoria & Geographia, ſive de rebus Eccleſiaſticis & Canonicis agatur, parem in omnibus facultatem exhibes, in nulla, ut ita dicam, orbis litterarii parte hoſpes. Tum ſi ad manſuetiores Muſas te referas, Græcas, Latinas Gallicaſque, memoriæ felicitate juvenes, ingenii acrimoniâ eruditos quoſlibet antecellis.

Stupent ſanè ii, quos ad conſortium tui evocare dignaris, LITTERATORUM PRINCEPS AMABILISSIME, *& rediiſſe putant illa tempora quibus inter principes viros in omni genere micabas. Omnia quippe in te floridam redolent ætatem; bona valetudo, ſumma gratia, tantus ille in jocando lepos, ſic temperatus ut nihil jocus de gravitate decerpat. Qui te talem vident, id ſe oculis obſervare putant quod quidam e veteribus dixit,*

A certis annis ævum remeare peractum.

Quis igitur Origeni fortunam non gratuletur ſuam, qui in præſtantiſſimâ Operum ſuorum parte pene redivivus conſpectui ſiſtitur tuo? ac qui inter ævi ſui Chriſtianos palmam eruditionis

tulerat, jam te, LITTERARUM DECUS, *Patronum ambit, ut auspiciis tuis ex tenebris ubi diu latuerat eductus, ad Eruditorum orbem faciles aditus reperiat, certus Patrocinii tui pignore se in pristinam non reversurum caliginem. Hunc ille jam laborum fructum expectat. Quantis enim sudoribus Hexaplorum & Octaplorum opus molitus sit, testis vel ipsius operis conditio, testis & Hieronymus, qui Origenem* χαλκέντερον *appellat, quia scilicet viscera quasi ænea ob assiduitatem scribendi habere putabatur: in cujus colligendis reliquiis multo labore diuturnisque vigiliis exercitatus, pene factus sum & ipse* χαλκέντερος: *fortunatus tamen si hasce meas lucubrationes lubenti animo acceperis; fortunatior, si ad diuturnum, ut spero, tempus, Patrocinio tuo uti pergam.*

Fr. Bernardus de Montfaucon,
Monachus Benedictinus e Congregatione Sancti Mauri.

INDEX

Eorum quæ in primo Tomo continentur.

PRÆFATIO.
PRÆLIMINARIA IN HEXAPLA ORIGENIS.

CAPUT PRIMUM.

De Tetraplorum & Hexaplorum nominibus & forma. pagina 7.

I. *Tetraplorum & Hexaplorum varia nomina.* II. *Cur Tetrapla & Hexapla Origenes adornaverit.* III. *An Hexapla prius, quam Tetrapla. Certum videtur Tetrapla prius, quam Hexapla adornata fuisse.* IV. *Quo tempore Hexapla concinnaverit.* V. *Qua ratione Tetrapla, Hexapla & Octapla digesserit, itemque Enneapla.* VI. *In quibusnam Scripturæ Libris, tres alias Editiones Hexaplis addiderit.* VII. *De Notis in marginibus Hexaplorum ab Origene positis.* VIII. *An Samaritani & Syri lectiones in marginibus locaverit.* IX. *Utrum Origenis tempore Samaritani & Syri Græcæ versiones fuerint.*

CAPUT II.

De Textu Hebraïco. pag. 21.

I. *Textus Hebraïcus in Hexaplis descriptus, idem erat qui hodiernus, non autem priscus ille Samaritanus.* II. *Specimina quædam litterarum Hebraïcarum veterum.* III. *Ex quarumdam litterarum inter se similitudine quanta lectionum & interpretationum varietas orta sit.* IV. *De prisco Scripturam Hebraïcam legendi more.*

CAPUT III.

De Historia LXX. vel LXXII. Interpretum, quæ Aristeæ nomine circumfertur. pag. 27

I. *Aristeanæ historiæ compendium.* II. *Quid de hac historia dixerint Aristobulus & Philo Judæus.* III. *Quid Josephus.* IV. *Quam longe ab Aristeæ narratione aberraverit Justinus Martyr, & quinam ipsum sequuti sint.* V. *Epiphanius longe diversa ab Aristea & a cæteris refert.* VI. *Tota controversia in tres quæstiones dividitur.* VII. *Probatur Aristeæ Exemplaria, quæ supersunt, genuina, cæterorum autem additamenta respuenda esse.* VIII. *Post Hieronymum asseritur LXX. vel eos qui Pentateuchum transtulerunt, non reliqua interpretatos esse.* IX. *Utrum Aristeæ primigenia historia vera sit, an ficta & supposititia: adferuntur argumenta utrinque.* X. *Disputationis conclusio.*

CAPUT IV.

De LXX. Interpretum versione, ut in Hexaplis erat. pag. 36.

I. *De statu Editionis τῶν ο. antequam Origenes Hexapla adornaret.* II. *Origenes Editionem τῶν O. emendatam cum Asteriscis & Obelis in Hexaplis posuit.* III. *De Asteriscorum & Obelorum usu in Hexaplis.* IV. *De Lemniscis & Hypolemniscis.* V. *In hodiernis Editionibus LXX. Interpretum multa ex Editione illa Hexaplari desumta deprehenduntur.* VI. *De mutationibus, quæ ab Origenis tempore in Editiones LXX. Interpretum advectæ sunt.* VII. *De iis etiam mutationibus, quæ ex similitudine quarumdam litterarum admissæ sunt.* VIII. *De distinctione capitum & versiculorum antiquitus usurpata.*

CAPUT V.

De Aquilæ Editionibus. pag. 46.

I. *Aquilæ historia.* II. *Aquila duas interpretationes edidit.* III. *Utra ex duabus in Hexaplis posita fuerit.* IV. *An de industria Aquila quædam Scripturæ loca in alium sensum detorserit.* V. *Expenduntur loca ubi Aquila, quasi ob Christianismi odium male interpretatus, reprehenditur.* VI. *Quæritur utrum Aquila idem sit qui Onkelus, & utrum Thargum Onkeli aliquid adfinitatis habeat cum interpretatione Aquilæ.*

CAPUT VI.

De Symmachi interpretatione. pag. 61.

I. *Multipliciter errat Epiphanius & pugnantia loquitur, dum narrat Symmachum Scripturam vertisse ante Theodotionem.* II. *Auctor Synopseos, Epiphanii errorem sensisse videtur.* III. *Chro-*

Digitized by Google

nicon Alexandrinum errorem Epiphanii emendavit, ut & Ado. IV. *An duas interpretationes ediderit Symmachus.* V. *Quo vertendi genere usus sit: ac de annis chronologicis primæ & secundæ ætatis, ut à Symmacho repræsentantur.* VI. *Ejus Editio a veteribus admodum laudata.* VII. *Theodoro Heracleotæ non ita probatur.*

CAPUT VII.

De Theodotionis Editione. pag. 56.

I. *Quis fuerit Theodotio.* II. *De ratione interpretandi quâ usus est.* III. *Cæteris interpretibus indoctior habetur.*

CAPUT VIII.

De reliquis Editionibus. pag. 58.

I. *Quinta, Sexta & Septima Editiones quandonam factæ sint.* II. *Quandonam repertæ fuerint.* III. *De Quinta Editione.* IV. *De Sexta.* V. *De Septima.* VI. *De Vulgatæ Editionis Latinæ præstantia.*

CAPUT IX.

In singulos Scripturæ Libros, ut in Hexaplis erant, hîc quædam annotantur. pag. 61.

CAPUT X.

De notis ad Hexapla vel Tetrapla spectantibus. pag. 66.

I. *De notis cognitis.* II. *De notis incognitis.* III. *Probatur contra Brianum Vualtonum Notam,* ο γ *significare tres Interpretes, Aquilam, Symmachum & Theodotionem.*

CAPUT XI.

pag. 73.

I. *Hexaplorum apographa perpauca facta sunt, quare.* II. *Variæ Hexaplorum lectiones in marginibus Bibliorum collectæ.* III. *Quinam ex Scriptoribus Ecclesiasticis Hexaplorum Libris sint usi.* IV. *Quandonam Hexapla perierint.*

MONITUM IN ANECDOTA.

1. *Anecdoton Origenis de Titulis Psalmorum: cujus partem non minimam Latine retulit Hieronymus Epist. ad Marcellam.*

2. *Aliud Origenis anecdoton, cui titulus* ὑπόμνημα Ὠριγένους εἰς τοὺς ψαλμούς, *hypomnema sive Commentarius Origenis in Psalmos, mutilus circa medium.*

3. *Fragmentum Origenis ubi de veteribus Hebræorum characteribus.*

4. *Epiphanii Epitome de LXX. Interpretibus,* ϗ τῶν παραποιησάντων, i. *& de iis qui interpretando Scripturam adulterarunt.*

Alia non pauca suppetebant opuscula & fragmenta non edita hactenus; sed quia ad explicationem variarum Scripturæ Lectionum opportuna erant, ea suis locis in Notis retulimus.

Testimonia Patrum & Scriptorum in veteres Interpretes.

HEXAPLORUM QUÆ SUPERSUNT ex Pentateucho, Josue, Libro Judicum, Ruth, quatuor Libris Regum, duobus Paralipomenôn, Job, & Libro Psalmorum.

Appendix & Notæ posteriores ex Codice Coislintano antiquissimo ad Libros Pentateuchi, Josue, Judicum & Ruth.

Index eorum quæ in secundo Tomo continentur.

HExaplorum quæ supersunt ex Libris Proverbiorum, Ecclesiastæ & Canticorum; itemque ex quatuor majoribus & duodecim minoribus Prophetis

Notæ aliquot posteriores ad secundum Tomum.

In duo Lexica sequentia prævia disquisitio: Quomodo veteres Interpretes Hebraïce legerint. De veteri Litterarum Hebraïcarum pronuntiatione. De Vocalibus Hebræorum.

Lexicon Hebraïcum ad Hexapla.

Lexicon Græcum ad Hexapla.

Addenda quædam ad Lexicon Hebraïcum.

APPROBATIO.

HExaplorum quæ supersunt fragmenta magno labore & judicio undique collecta, præsertim ex Codicibus manuscriptis a D. Bernardo de Montfaucon, Congregationis S. Mauri Presbytero, jussu Illustrissimi Franciæ Cancellarii, legi; eaque ad Sacræ Scripturæ illustrationem multum profutura, atque adeo bono Ecclesiæ publico edenda judicavi. Lutetiæ Parisiorum 19 Martii anno Domini 1713.

EUSEBIUS RENAUDOT.

APPROBATIO.

FRater Arnulfus de Loo, Superior Generalis Congregationis S Mauri Ordinis S. Benedicti, facultatem concedimus carissimo Fratri nostro D. Bernardo de Montfaucon, ejusdem Congregationis Presbytero & Monacho, ut Librum cui titulus est *Hexaplorum quæ supersunt* &c. duobus Tomis comprehensum, quem composuit, & quem Vir clarissimus & eruditissimus Dominus Eusebius Renaudot jussu illustrissimi Franciæ Cancellarii approbavit, in lucem edere possit. In cujus rei fidem has litteras propriâ manu subscriptas, & a Secretario nostro subsignatas dedimus. Parisiis in Monasterio S. Germani a Pratis die vigesimâ mensis Martii, anno Domini millesimo septingentesimo decimo tertio.

Fr. ARNULFUS DE LOO.

De Mandato Reverendissimi Patris Superioris Generalis
Fr. NICOLAUS DOE, *Secretarius.*

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre: A nos amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requestes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs, Senéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Justiciers, qu'il appartiendra, SALUT. Nôtre amé Dom BERNARD DE MONTFAUCON, Prêtre & Religieux Benedictin de la Congregation de Saint Maur, Nous ayant fait remontrer qu'il desireroit donner au Public plusieurs Ouvrages de sa composition, intitulez, *Palæographia Græca, sive de ortu & progressu Characterum Græcorum, deque omnibus ad veterem scriptionem Græcam spectantibus, additis Schematibus & exemplis, a tempore Peloponnesiaci belli usque ad decimum sextum a Christo nato sæculum, ex marmoribus & nummis atque Codicibus manuscriptis. Accedunt Diplomata Græca regni Neapolitani & montis Atho, ejusdemque Monasteriorum & Bibliothecarum recensio ac descriptio, ex Græco Exemplari Latine versa: HEXAPLORUM ORIGENIANORUM QUÆ SUPERSUNT, decuplo saltem auctiora quam hactenus edita fuerint: cum veteribus lectionibus Græcis, ex Samaritano & Syriaco expressis. Opuscula Sanctorum Patrum in Hexapla & versiones antiquas. Onomasticon Hebraïcum secundum veteres Græcas versiones*: s'il Nous plaisoit luy accorder nos Lettres de Privilege sur ce necessaires. Nous lui avons permis & permettons par ces Présentes de faire imprimer lesdits Livres conjointement ou séparément, en telle forme, marge, caractere, & autant de fois que bon lui semblera, & de les faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume, pendant le temps de seize années consecutives, à compter du jour de la datte desdites Présentes. Faisons défenses à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de nôtre Obeïssance, & à tous Imprimeurs, Libraires & autres, d'imprimer, faire imprimer & contrefaire lesdits Livres en tout ni en partie, sans la permission expresse & par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de lui; à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de quinze cens livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Exposant, & de tous dépens, dommages & interests; à la charge que ces Présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris; & ce dans trois mois de la datte d'icelles: que l'impression desdits Livres sera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, & ce en bon papier, en beaux caracteres, conformément aux Réglemens de la Librairie; & qu'avant de les exposer en vente il sera mis deux Exemplaires de chacun dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Château du Louvre, & un dans celle de nôtre tres-cher & feal Chevalier, Chancelier de France le Sieur Phelypeaux Comte de Pontchartrain, Commandeur

de nos Ordres; le tout à peine de nullité des Présentes: du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire joüir l'Exposant, ou ses ayans cause, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des Présentes qui sera imprimée au commencement ou à la fin desdits Livres, soit tenuë pour dûëment signifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires foy soit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huissier ou Sergent de faire pour l'execution d'icelles tous Actes requis & necessaires, sans demander autre permission, & nonobstant clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires: Car tel est nôtre plaisir. DONNE' à Versailles le premier jour de Mars, l'an de grace mil sept cens sept, & de nôtre Regne le soixante-quatriéme. *Signé*, Par le Roy en son Conseil, LE COMTE.

Registré sur le Registre, N°. 2. de la Communauté des Libraires-Imprimeurs de Paris, pag. 382. *N°.* 385. *conformément aux Reglemens, & notamment à l'Arrest du Conseil du* 13. *Aoust* 1703. *A Paris ce* 17. *Mars* 1707. Signé, GUERIN, *Syndic.*

J'ay cedé & transporté aux Sieurs Loüis Guerin, Veuve Jean Boudot, & Charles Robustel le present Privilege, aux conditions faites entre nous. A Paris le 17. Mars 1707. *Signé* Fr. BERNARD DE MONTFAUCON.

Registré sur le Registre, N°. 2. de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, pag. 382. *N°.* 385. *conformément aux Réglemens, & notamment à l'Arrest du Conseil du* 13. *Aoust* 1703. *A Paris ce* 17. *Mars* 1707. Signé, GUERIN, *Syndic.*

De l'Imprimerie de SIMON LANGLOIS, ruë S. Etienne d'Egrès, au Bon Pasteur.

PRÆFATIO.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

INTER præſtantiora Origenis operâ principem obtinere locum Hexapla illa, tanto labore ſtudioque concinnata, fatentur Eruditi quique tum veteres, tum recentiores. Cum enim homini Chriſtiano nihil optabilius, nihil ad rectam fidem ſtatuendam moreſque informandos opportunius ſit divinarum Scripturarum intelligentiâ, ejus ſane utilitati tunc optime conſultum putatur, cum quidpiam in lucem editur ad reſeranda Scripturæ arcana & ad ejus intimos ſenſus explorandos accommodatum. Quid autem eo in genere accuratius, quid ad Scripturæ ſacræ mentem aperiendam commodius eximio illo Hexaplorum & Octaplorum opere? Ibi namque, præter LXX. Interpretum Editionem, tres aliæ interpretationes, a doctis viris Aquila, Symmacho & Theodotione elaboratæ, in omnibus Hebraïcæ Scripturæ libris comparebant: in Libris etiam non paucis trium inſuper aliorum Interpretum Anonymorum Editiones e regione aderant uno ſub aſpectu poſitæ; ita ut earum omnium lectione, & mutuo facta comparatione, ſi qua obſcura & difficilia occurrerent, longe facilius tali ſubſidio explanarentur. Hinc factum eſt ut Sancti Patres, ac veteres Scriptores Eccleſiaſtici pene omnes, iique maxime qui doctis in Sacram Scripturam Commentariis claruere, Hexaplorum Origenis uſum præſtantiamque paſſim commendent. Euſebius nempe, Diodorus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Procopius & alii; interque Latinos Hieronymus, qui non in Commentariis modo ſuis ope illorum perpetuo utitur; ſed etiam in adornanda eximia illa Editione Latina, quam hodie Vulgatam appellamus, frequentiſſime Aquilam vel Symmachum, rarius Theodotionem aliaſve Editiones ſequitur.

Si quid unquam immortalitate dignum emiſſum in lucem fuerit, ſi qua lucubratio a temporum injuria vindicari meruerit, hæc ſane erat tot parta vigiliis, laboribus, ſumtibus. At proh dolor! a ſæculis plus quam octo ingentis molis opus ita periit, ut ne particula quidem ejus, ut fuerat ab Origene concinnatum, ad nos uſque devenerit: nec ſpes videatur eſſe, quidpiam unquam emerſurum, quo tanta jactura ſarciatur. A tempore autem amiſſi operis aliquot effluxere ſæcula, ignorantiæ tenebris adeo obruta, ut ne ſenſus quidem importati damni penes homines etiam, ut illa ætate, doctos eſſe videretur. At poſt reſtaurata proximis ſæculis, literarum bonarumque artium ſtudia: ubi Veterum ſcripta,

quæ diu jacuerant interitui proxima, e situ vindicari & in publicum emitti cœperunt; non defuere viri, qui de restaurandis si non Hexaplis, Hexaplorum saltem laciniis, cogitarent. Qui vero primus rei manum admovit Flaminius Nobilius, in Bibliis Græcis Romæ cusis anno 1587. multas Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis aliorumque Interpretum lectiones Notis inseruit, quotquot videlicet tum ex Romanis Codicibus, tum ex veterum libris excerpere potuerat Petrus Morinus Parisinus, ut ex ejusdem Morini Epistolis, aliorumque testimoniis arguitur.

Sub hæc Johannes Drusius eadem ipsa quæ Flaminius ediderat, non paucis accessionibus locupletata cum eruditis notis descripsit: at cum fato præoccupatus ea in publicum edere non potuisset, post ejus obitum publicandi curam suscepit Sixtinus Amama Ebraïcarum litterarum Franekeræ professor: opusque Arnhemiæ prodiit anno 1622 hoc titulo: *Veterum Interpretum Græcorum in totum vetus Testamentum Fragmenta, collecta, versa & notis illustrata a Johanne Drusio, linguæ sanctæ in illustrium Frisiæ Ordinum Academia, dum viveret, professore.* Drusii labor a laudatis viris laudatus, literarum sacrarum studiosis magno usui fuit. Hunc ego librum frequenter adire solebam, antequam de novis accessionibus faciendis cogitarem: & mirabar subinde ex tanto opere adeo pauca superesse fragmenta. Cum autem evolvendis Codicibus Græcis solitam darem operam, jam anni sunt plusquam viginti tres, rem, quàm potui diligentissime, sum agressus: tum si qua veterum Interpretum loca in Manuscriptis occurrerent, statim ad Drusium properabam, ut explorarem an observata editaque essent. Brevi autem comperi multa prætermissa fuisse; imo ex jam observatis & editis non pauca esse, quæ manu medica egerent. Hinc omnia describere cœpi, paulatimque tum in Gallia, tum in Italia, & potissimum Romæ, tantam lectionum sylvam reperi, ut Drusiana collectio nostræ comparata ne decimam quidem, imo nec decimam quintam ejus partem attingeret. Quamquam non in omnibus Scripturæ sacræ libris æqualis offeratur lectionum messis. Nam in Pentateucho, si annumeres ea, quæ in Appendice ex Codice Coisliniano adjunximus, ne vigesimam quidem nostrarum partem æquant Drusianæ lectiones. In Libris Josue & Judicum pene nihil habet Drusius, ubi nos in singulis pene versiculis lectiones proferimus. In Libris Regum, maxime in primo & secundo, vix quinquagesimam nostrorum particulam exhibet ille. In Libro Job multis partibus Drusianam superat nostra collectio: pariterque in Psalmis, quorum multi pene totum Symmachum repræsentant. In Proverbiis, Ecclesiaste & Canticis non multa proferimus nova. Verum in Prophetis omnibus, præcipue vero in Jeremia, Ezechiele & minoribus Prophetis, tot nondum observata comparent, ut Drusiana collectio iis obruta videatur esse.

His ita comparatis, de modo concinnandi edendique operis non una fuit amicorum sententia. Alii enim volebant totum Hebraïcum edi textum cum interpretatione τῶν O. eadem prorsus methodo, qua Origenes ediderat; ita ut sex ubique columnæ adessent, & sicubi aliorum Interpretum Editiones deficerent, vacuus ibi locus relinqueretur. At me reluctante, & quanto litteratorum incommodo, quantisque sumtibus tam immane opus proditurum esset objiciente; vel iidem ipsi, qui tale consilium dederant, auctores demum fuerunt, ut in primo solum Geneseos capite, quasi pro specimine, Origenianæ columnæ adessent: ac in sequentibus deinde capitibus, ea solùm loca adferrentur in medium, quorum interpretatio sive secundum Aquilam, sive secundum alios reperta fuisset; ita ut lectiones illæ cum Hebræo, LXX. Interpretibus & Vulgata comparatæ, uno sub aspectu jacerent, & quidem eodem ordine, quantum licebat, quo ab Origene in Hexaplis positæ fuerant.

Compendii vero causa, ubi duo vel tres vel plures Interpretes eodem prorsus modo vertunt, ac sine ullo vel minimo discrimine, tunc versionem non repetimus ad singulos, ut fecerat Origenes, sed nomina eorum qui similiter interpre-

tati fuerant, a prima ſolùm nominis littera, præmittimus hoc pacto A. Σ. Θ. ἐν τοῖς μυκτῆρσιν αὐτοῦ A. S. Th. *in naribus ejus.* Hebraïcæ lectionis, & interpretationum Græcarum, quæ illam ſequuntur, verſionem Latinam in altera columna e regione ponimus, ſubjunctâ altero charactere vulgatâ Latinâ, ut etiam Græce imperiti hac noſtra Collectione uti valeant.

Non deerant qui vellent integrum edi textum Biblicum, alii Hebraïcum, alii LXX. alii vero Vulgatam Latinam; ut ſcilicet qui Hexaplis noſtris, ubi textus integer ſecundum nullam Editionem adeſt, uti vellent, ibi tamen totam Scripturæ ſeriem ſecundum aliquam ex Editionibus ad manum haberent. Ne multa; hoc item conſilium reſpuendum duxi: ſiquidem res ita concinnata eſt, ut quiſque commode poſſit, vel Hebraïcum, vel LXX. Interpretes, vel Vulgatam Latinam, vel demum Polyglotta ipſa, hac præſente & aperta Hexaplorum Collectione perlegere; atque ubi ſuppetunt veterum Interpretum lectiones, eaſdem cum eo, quem præ manibus habenr, Scripturæ textu conferre, ut plurium Interpretum auxilio res minus tritæ vel obſcuræ facilius intelligi queant.

Singulis capitibus notas ſubjicimus, ubi primo dicitur undenam lectiones veterum Interpretum excerptæ fuerint Deinde ſi qua ad veram lectionem aſſerendam oportuna ſuppetant, ea clare pro modulo noſtro proferimus. Loca Patrum ac veterum ſcriptorum ſelectiora adjicimus: eorum maxime, quorum opera, præter ἀποσπασμάτα quæ in Catenis Manuſcriptis ſuperſunt, deperdita ſunt Horum vero feſtivam copiam animadvertet eruditus Lector; præſertim in Pentateucho. A prolixioribus explanationibus compendii cauſa abſtinuimus. Non enim in propoſito nobis fuit Commentaria nova in Scripturam ſacram edere; ſed ea ſolum adferre, quæ veterum Interpretum lectionibus vel eruendis vel confirmandis neceſſaria erant. Ex Druſii notis eas delegimus & exſcripſimus, quæ utiliores eſſe videbantur. Licet enim ille ſtrenui ſcriptoris munus impleverit, Grammaticis tamen annotationibus, pro more ſuo, omnia ad nauſeam uſque replevit, ita ut res omnino tritas & cuique pervias paſſim adferat: quam rem ipſi, nec ſine ludibrio, vitio vertebat Joſephus Scaliger.

Editionum ordinem, quem Origenes inſtituerat, ſervandum duxi; ita ut primo locetur Hebraïcus textus, deinde Aquila, poſt Symmachus, quarto loco LXX. poſtremo Theodotio: atque ubi tres aliæ Editiones Quinta, Sexta & Septima habentur, illæ noviſſimæ omnium ponantur. Hebræi, Samaritani, & Syri Græcas interpretationes, quæ nonnunquam occurrunt, ſemper poſt Hebraicum textum & ante alias Editiones Græcas locamus. Hebraïcæ lectiones ſine punctis motionibuſque Maſſoreticis hic ſemper ſcribuntur: nec liberum fuit ſecus agere, quia notæ illæ Maſſoreticæ ſæpiſſime ad alium ſenſum determinant, diverſumque ab eo, quem illi ſequuti ſunt. Lineolam tamen Maccaph dictam, ut in Maſſoreticis libris uſurpatur, retinendam duxi, quia ejus aliquam rationem habuiſſe videntur veteres illi, ut ex verbis Hebraïcis Græce deſcriptis, quæ ſuperſunt, liquidum videtur.

Hebraïci textus Latinam interpretationem dedimus, qualem dedere Santes Pagninus vel Arias Montanus: nam alterutrum fere ſequimur; ita tamen ut quando illi nimio ſcrupulo interpretationes efferunt barbaras, & quæ vix intelligantur, alias ſubſtituamus paulum elegantiores & clariores. Vix enim æquo animo feras, exempli cauſa, eos, ubi אף pro ira accipitur, quod paſſim contingit, *naſum* vertere, & *naſum Dei*, pro *ira Dei* ubique interpretari; ut cætera taceam κακοζηλίας exempla. Nomina vero propria non ſecundum Maſſoreticam lectionem, ſed ut veteres legebant, ut plurimum exprimimus: ſi ſecus accidar, vel incuria vel lapſu Typographorum accidit.

Aſteriſcos & Obelos appoſuimus, ubicumque in Manuſcriptis notabantur. Cæteros autem, qui paſſim occurrebant in Hexaplis Origenianis, quoſque jam

restituere difficillimum esset, non perquirendos esse putavimus. Nam, ut fusius in Præliminaribus dicetur, Asteriscorum maxima pars hujus generis erant, ut parum inde lucis ad litterarum Hebraïcarum intelligentiam accederet. Siquidem tanto scrupulo fuerant ab Origene positi, ut vel quam minimas particulas, Hebraïsmosque omnes, qui Græca lingua non poterant concinne enunciari, quique nihil ad sensum faciebant, importuna ἀκριβείᾳ notarent. Tunc vero solum asterisci & ea quæ asteriscis indicabantur utilia erant, cum clausulas aut verba a LXX. Interpretibus prætermissa exhibebant: hujus autem generis asteriscos summo studio perquisivimus, qui si cum aliis supervacaneis comparentur, paucissimi sunt. Obeli autem, ea quæ in LXX. Interpretibus redundabant annotantes, assequendæ Scripturarum menti, ut plurimum saltem, parum conducebant. Quamobrem id maxime curavimus, ut quam plurimas possemus veterum Interpretum lectiones studioso Lectori offerremus.

Sicubi porro hujusmodi lectiones Latine tantum vel ab Hieronymo vel ab Hesychio adferuntur, ex Latinis Græca facere sine alicujus MS. auctoritate tentavere quidam: Græcaque hujusmodi fragmenta, quasi germanum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis & aliorum textum, in lucem emiserunt. Ex talique ausu plerumque accidit ut longe disparata pro veris substituantur, quod sæpissime experti sumus, cum reperta vera lectione, illius sine auctoritate Codicis alicujus substitutæ νοθεία conspicua fuit. Nec improbo tamen, quando exploratum est ex quibus Græcis verbis Latina manarint, si tunc ipsa Græca verba indicentur: exempli causa, si quis veterum diceret Aquilæ lectionem sic habere, *& in nomine ejus gentes sperabunt*, tunc sine periculo dici posset Græca sic habuisse, *καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰ ἔθνη ἐλπιοῦσι*. At illo etiam casu monendus esset Lector Græca ex Latinis facta fuisse, quod etiam summa religione præstitimus: hujusmodique loca semper uncinis inclusimus, cum vel ex Latinis facta, vel aliunde dubia nobis esse videbantur.

Monendus est candidus Lector, ut cum loca quædam in Pentateucho consulere voluerit, non eam modo, quæ in principio posita est, Hexaplorum collectionem, sed etiam Appendicem primi tomi semper adeat: ibi namque plurima reperiet nondum observata nobis cum Pentateuchum ederemus, aliquando etiam plura, quam in principio posueramus. Lectiones ibi multæ, ignoti antea Interpretis, suo auctori restituuntur; aliæ secus positæ emendantur. Hanc autem Collectionis nostræ partem ideo in fine, Appendicis more, locavimus, quia ad Bibliothecam Coislinianam, ex cujus Codice perinsigni lectiones illas posteriores mutuati sumus, aditum impetrare nequivimus, donec in ejus possessionem veniret Illustrissimus Dom. HENRICUS CAROLUS DU CAMBOUT DE COISLIN, Dux & Par Franciæ, Episcopus Metensis, Coislinianæ familiæ decus, qui pro innata beneficentia Codices nobis ad nutum suppeditavit. Hæc porro Bibliotheca Manuscriptorum Græcorum copiâ paucis, præstantia vero & antiquitate nulli concedit. Horum Catalogum peramplum, pretiosisque anecdotis bene multis instructum sub ejus auspiciis paramus, propediem in lucem edendum.

Solita erga nos humanitate semper usus est Illustrissimus ABBAS DE LOUVOIS Bibliothecæ Regiæ Præfectus, qui pro voto nobis Regios Codices obtulit, quorum usum singulæ ferme hujus operis paginæ testificantur. Officiis item suis nos certatim prosecuti sunt, *V. Cl. Nicolaus Clemens*, de cujus obitu admodum doluimus, & Eruditissimus *Joan. Boivinius* Litterarum omnium, maximeque Græcarum, notitia celebris.

Bibliothecæ Colbertinæ Thesauros nobis aperuit præstantissimus ABBAS DE SEIGNELAY, ejusque jussu Codices nobis pro voto commodavit *V. Cl.* *du Chesne*; ejusdem Bibliothecæ custos. Vetustissimum pulcherrimumque Prophetarum Codicem, rogante Mecœnate nostro Eminentissimo Cardinali D'ESTRÉES,

a RR. PP. Jesuitis ad quatuor solum dies impetravimus: pluraque inde excerpturi eramus, si diuturniorem in eo operam ponere licuisset. Gratias item habemus maximas doctissimo nobisque amicissimo *Michaëli Lequien* ex Ordine Prædicatorum, qui *Francisci Combefisii* Schedas nobis obtulit, unde non spernendas in Genesi & Exodo veterum lectiones excerpsimus.

In Italia non pauca ex Codicibus Vaticanis mutuati sumus, longe plura collecturi si liberiorem nobis aditum fecisset is, qui tum celeberrimæ illius Bibliothecæ custos erat. Multo ampliorem lectionum copiam suppeditavit Bibliotheca RR. PP. S. Basilii Romæ, eujus Codices pro voto ad manum semper habuimus beneficio Reverendissimi P. PETRI MENNITII, totius Ordinis Præfecti Generalis, qui studiis nostris semper favit, & rogantibus numquam defuit.

CLARISSIMI VIRI NICOLAI CLEMENTIS, Bibliothecæ Regiæ primi Custodis, Funus.

NICOLAUS CLEMENS anno 1647. Tulli Leucorum natus, adolescens Lutetiam commigravit, ac non multis post annis in Bibliothecæ Regiæ munia quædam adlectus, statim specimina dedit ingenii ad rei litterariæ commodum nati. Nulli unquam ille labori pepercit, nihil ejus vigilantiæ diligentiæque addi poterat: augendæ ornandæque tantæ Bibliothecæ unice addictus, excubabat semper in occasiones librorum adipiscendorum, Catalogis instruendis in optimamque formam reducendis & operam omnem & sudorem consecrabat. Qua re permotus Illustrissimus Abbas DE LOUVOIS, Bibliothecæ Regiæ Præfectus, eum ab annis plus viginti in primum ejus Custodem cooptaverat. Auctus ille beneficio, cœptæ rei perficiendæ liberius manum admovit; curam industriamque pristinam adauxit: ac opem ferente stimulosque addente eodem dignissimo Præfecto, tantam librorum accessionem fecit, tam accuratos eorumdem Catalogos adornavit, ut omnes per orbem Bibliothecas utraque in parte Regiæ longe inferiores esse fateantur vel ipsi etiam exteri, qui harumce rerum peritiam assequuti sunt; certumque apud omnes habeatur, plus contulisse Regiæ Bibliothecæ Clementem, quam cæteros omnes, qui præcesserant, ejus custodes. Dignus sane vir cui omnes per orbem Christianum eruditi, præsertimque nostrates Galli, gratias habeant maximas. Annos igitur 65. emensus, quam Christianæ pietatis officiis semper exornaverat vitam pie clausit anno 1712. decimo sexto Kalendas Februarias.

PRÆLIMINARIA
IN HEXAPLA ORIGENIS.

CAPUT PRIMUM.

De Tetraplorum atque Hexaplorum nominibus & forma:

I. Tetraplorum & Hexaplorum varia nomina. II. Cur Tetrapla & Hexapla Origenes adornaverit. III. An Hexapla prius quam Tetrapla. Certum videtur Tetrapla prius, quam Hexapla, adornata fuisse. IV. Quo tempore Hexapla concinnaverit. V. Qua ratione Tetrapla, Hexapla & Octapla digesserit, itemque Enneapla. VI In quibus Scripturæ Libris tres alias Editiones Hexaplis addiderit. VII. De Notis in marginibus Hexaplorum ab Origene positis. VIII. An Samaritani & Syri lectiones in marginibus Hexaplorum locaverit. IX. Utrum Origenis tempore Samaritani & Syri Græcæ versiones fuerint.

I. *Tetraplorum & Hexaplorum varia nomina.*

QUÆ de Tetraplorum & Hexaplorum nominibus dicturi sumus, nondum, ut puto, observata fuere, quare vel ipsa novitate placitura esse sperandum est. Tetrapla & Hexapla, sic in plurali exprimuntur ab Origene, Eusebio, Epiphanio & Hieronymo, τετραπλᾶ, ἑξαπλᾶ: videnturque ita primitus appellata fuisse. Verum alii posterioris ævi Græci scriptores frequentius τετραπλοῦν, & ἑξαπλοῦν in singulari dicebant. *Tetraplum* videlicet & *Hexaplum*, ut passim animadvertas in notis hujus operis. Sic in nota ad ultimum caput Libri 2. Regum. ἐν δὲ τῷ ἑξαπλῷ, καὶ τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων. *In Hexaplo autem & in accuratioribus Exemplaribus &c.* Et alibi frequenter, maxime in Libris Regum. Indicant autem τετραπλᾶ, seu τετραπλοῦν quadruplicem, ἑξαπλᾶ vero seu ἑξαπλοῦν, sextuplicem Scripturæ textum, uno conspectu positum, ut pluribus infra repræsentabitur. Hæc porro significantius a Græcis Auctoribus non paucis vocantur etiam τετρασέλιδον, sive quadruplex columna. Sic enim habetur in Notis ad Psalm. 86. ex Codice Coislin iano μήτηρ Σιὼν τὸ ρ κατὰ προσθήκην ἔκειτο εἰς τὴν τῶν Ο. ἐν τῷ τετρασελίδῳ· ἐν δὲ τῷ ὀκτασελίδῳ, μὴ τῇ Σιὼν ἤγουν δίχα τοῦ ῥῶ. Quo significatur, in Tetraselido, sive in Tetraplo LXX. habuisse lectionem illam vitiatam, μήτηρ Σιὼν, Mater Sion; in Octaselido autem sive in Octaplo ita lectum & emendatum fuisse μὴ τῇ Σιών: *Numquid Sioni*, expuncta littera ρ. Tetrapla igitur τετρασέλιδον, Hexapla vero ἑξασέλιδον,

ſextuplex columna dicebantur, ut videas in Nota ad cap. 5. Michææ: quia Tetrapla Origenis, quatuor verſiones Aquilæ, Symmachi, LXX. Interpretum & Theodotionis per columnas e regione poſitas complectebantur; Hexapla vero textum Hebraïcum litteris Hebraïcis, & e regione proxime eumdem ipſum Græcis litteris; poſtea quatuor Græcas Interpretationes eodem quo ſupra ritu locatas, exhibebant. σελὶς autem ſignificat paginam, τετρασέλιδον paginam quadruplicatam, ſeu quatuor columnarum, ἑξασέλιδον vero paginam ſextuplicatam, ſive ſex columnarum. Ut autem τετραπλᾶ τετρασέλιδα, & ἑξαπλᾶ ἑξασέλιδα vocabantur, ſic & ὀκταπλᾶ, ὀκτασέλιδα, ſive opus octo columnarum, ut videas in Nota ſupra ad Pſalmum 86. Dicitur autem opus octo columnarum, quia præter ſex memoratas Editiones, duæ aliæ quibuſdam in Libris memorato columnarum ſitu repræſentabantur.

Semel item in notis ad Heſaiam cap. 3. v. 24. legimus πεντασέλιδον; hoc eſt quinque columnarum opus. Nota autem hæc prodit ex inſigni Mſ. RR. PP. Jeſuitarum, & ſic habet οἱ Γ. στίχοι οἱ ὑποκείμενοι οὐκ ἔκειντο ἐν τῷ πεντασελίδῳ, οὐδὲ Ὠριγένης ἐξηγούμενος τούτων ἐμνήσθη. i. *Tres ſubjuncti verſiculi non erant in Pentaſelido, ſive in Libro quinque columnarum: neque eorum meminit Origenes in expoſitione ſua.* Inde profectum fortaſſe nomen eſt, quod Librarii quidam Hebraïcam Hebraïce ſcriptam columnam, non uſitata ſibi characterum forma deterriti, in nonnullis Exemplaribus prætermiſerint, ſatiſque habuerint Hebraïcum textum Græco charactere repræſentare: cujus rei exemplum habemus in Codice Barberino, Oſeæ 11. 1. ubi quinque columnarum fragmentum effertur prorſus omiſſa Hebraïca ſcriptione. Si quis autem reluctetur, & dicat, non ideo πεντασέλιδον vocari, quod in quibuſdam Libris Hebraïca ſcriptura prorſus omiſſa fuerit, ſed quod in recenſione columnarum Hebraïcus textus, ſemel Hebraïcis, poſteaque ſemel Græcis litteris deſcriptus, pro una tantum columna ſit habitus: huic non admodum repugnabo: nam licet ex Hebraïcarum litterarum omiſſione accidiſſe ſuſpicer, ut id tuto affirmare poſſim, exempla nova deſiderari non diffiteor.

Hexaplorum ἑξαπλῶν nomen ex natura ſua adjectivum, ſubſtantive paſſim uſurpatur a Græcis ſcriptoribus; aliquando etiam adjective. Sic Epiphanius, libro de Ponderibus, ἑξαπλᾶς (ſic) τὰς βίβλους, *Sextuplices Libros*, ut Hexaplorum Libros indicet: & in vetuſtiſſimo Prophetarum Codice penes RR. PP. Jeſuitas legitur ἑξαπλοῦς Ἱερεμίας, ſextuplex Jeremias, a ſextuplici columna. Ex frequenti porro illa, quæ in pleriſque antiquis Exemplaribus occurrit, Hexaplorum mentione, factum videtur ut Librarii πρὸς ἀντιδιαστολὴν Hexaplorum, alios Libros, qui unicam τῶν O. Editionem complectebantur ἁπλᾶ ſive *ſimplicia* vocarent, & ita diſtinguerent a ſextuplicibus. Sic in Codice quodam Coiſliniano decimi ſæculi ad Librum 3. Regum 7. 16. legitur, ἔν τισι δὲ τῶν ἁπλῶν, *in quibuſdam Haplorum*, ſive ſimplicium Exemplarium.

Certum exploratumque eſt in Pſalmis, in Prophetis minoribus & forſan alibi, præter duas columnas Hebraïcas, quarum altera Hebraïcis, altera Græcis litteris deſcripta erat; & ſex columnas Græcas totidem interpretationum, nempe Aquilæ, Symmachi, LXX. Theodotionis, Quintæ & Sextæ, quæ ſimul octo columnas, ſive Octapla conſtituebant; ſeptimam etiam Græcam Editionem fuiſſe, quæ nonam columnam occupare debuit, atque adeo Enneapla; ſive novem columnarum opus efficere. At mirum fortaſſe videatur Enneaplorum nomen nuſquam apud Veteres memoratum reperiri. An quia illam Editionem Origenes non in ſerie columnarum, ſed in imo margine locaverat, ideo nuſquam Enneaplorum nomen, etiam cum illa aderat, uſurpatum eſt. An veterum incuria, etiamſi columnam occupaverit ſuam, nuſquam tamen Enneapla memorata deprehenduntur. Id ſane divinandum relinquitur. Multa quoque alia ſunt, quæ ex ſolo Hexaplorum Octaplorumque conſpectu, ſtatim nota cuique & manifeſta eſſent,

quæque

quæque iis destituti vix ac ne vix quidem conjectura assequi possumus.

II. *Cur Tetrapla & Hexapla Origenes adornaverit.*

Quo autem consilio Tetrapla & Hexapla concinnaverit Origenes, explicat Hieronymus Præfatione in Libros Paralipomenôn, his verbis: *Et certe Origenes non solum Exemplaria composuit quatuor Editionum, e regione singula verba describens; ut unus dissentiens statim cæteris inter se consentientibus arguatur; sed, quod majoris audaciæ est, in Editione LXX. Theodotionis Editionem miscuit: asteriscis designans quæ minus ante fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita.* Ut igitur prudens Lector ex multarum interpretationum collatione; posset quænam verior explicatio esset deprehendere, illas omnes Editiones uno conspectu locavit Origenes; ut Hebraïce imperiti possent plurium inter se consentientium auctoritatem amplecti. Sed quia hæc veri sensus assequendi via, incerta sæpe est, nec erroris periculo vacat: plerumque enim accidit, ut aliis a vero limite deflectentibus, unus germanam Auctoris mentem exprimat; dicamus etiam Hebraïce doctis hanc Editionum collectionem perutilem fuisse: nam illi pro ea, quâ pollebant, Hebraïcarum litterarum peritia, poterant quisnam Interpres propius ad fontem accederet intelligere. Aliam item hujus ab se suscepti operis causam subindicat Origenes Commentario in Matthæum: Quia nimirum illi Editioni τῶν O. Vulgatæ, sive κοινῇ, Librariorum ausu & ignorantia corruptæ, manum medicam admovere cupiebat, ea quæ prætermissa fuerant, ex aliis Editionibus cum asteriscis addidit: quæque redundabant, nec erant in Hebraïco, appositis obelis, ut invecta notavit. Atque ut emendationibus suis faceret fidem, unà cùm Hebraïco aliorum interpretationes e regione posuit, ut quisque videre posset se non sine auctoritate & manca resarcivisse, & superflua præfixis obelis ut inducta notasse.

III. *An Hexapla prius, quam Tetrapla. Certum videtur Tetrapla prius quam Hexapla adornata fuisse.*

Quæritur Hexapla-ne prius, an Tetrapla concinnaverit Origenes. Multi Tetrapla præivisse censuerunt: verum pugnat Henricus Valesius Origenem Hexapla edidisse ante, quam Tetraplis manum admoveret, hoc nixus Eusebii testimonio Hist. Eccl. Lib. 6. cap. 16. Ταύτας δὲ ἁπάσας ἐπὶ ταυτὸν συναγαγὼν, διελών τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως; τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν· ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν O. ἐν τοῖς τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας. Quæ sic ille vertit: *Has igitur omnes interpretationes cum in unum corpus collegisset, & per certa cola ac membra distinxisset, una cum ipso Hebraïco textu: Hexaplorum nobis Exemplaria reliquit; postea vero editionem Aquilæ & Symmachi ac Theodotionis cum Septuaginta Interpretum versione seorsum in Tetraplis digessit.* Ideo autem sic vertendum esse credidit: quod vocem ἐπικατασκευάσας, quam ipse ex Manuscriptis pro ἐπισκευάσας substituit, putaret significare, Tetrapla post edita fuisse. At sive ἐπισκευάσας, sive ἐπικατασκευάσας legatur, hunc esse arbitror hujusce loci sensum: *Hexaplorum nobis Exemplaria reliquit: cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi & Theodotionis cum LXX. Interpretibus in Tetraplis digessisset.*

Aoristus enim hoc situ positus rem postremo enuntiatam prius factam esse denotat, quam eam quæ præcedenti verbo indicatur. Hæc vero loquendi forma adeo obvia apud Scriptores Græcos est, ut mirum sit virum doctum in re tam aperta lapsum esse. Sic apud Strabonem Lib. 13. hæc verba: Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς οὗτος πρῶτος, νικήσας Γαλάτας νίκῃ μεγάλῃ; sic explicantur: *Attalus excepit imperium, & primus rex proclamatus est, postquam magnam victoriam de Galatis reportaverat.* Nam licet hæc victoria postremo loco enuntiari vi-

deatur, ex perspicuo tamen notoque usu hic intelligitur victoriam præcessisse, & inaugurationem sequutam esse. Hunc item Eusebii locum sic intelligas oportet, ac si series ita se haberet : ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ο. ἐν τοῖς τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας, τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν i. *cum seorsim Editionem Aquilæ, Symmachi & Theodotionis cum LXX. Interpretibus in Tetraplis digessisset; Hexaplorum nobis Exemplaria reliquit.* Nihilque officit huic interpretationi, vox composita ἐπικατασκευάσας : eadem quippe ratio æque valet in compositis quibusque, atque in simplicibus, cum tali modo usurpantur.

Qua posita interpretatione Tetrapla haud dubie prius, quam Hexapla ediderit Origenes. Et hæc erat Eruditorum opinio antequam Valesius, memorato Eusebii loco fultus, novam aperiret. Ad hæc autem, Origenis nota in Caput XLVII. Genesis v. 6. quam ex Codice Monspeliensi eruit Combefisius, totam solvere quæstionem videtur. Eam porro sic edidimus eodem loco : ἐπειδὴ ἐν τοῖς τετραπλοῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἀντίγραφον μετελήφθη, πρὸς τὸν εἱρμὸν τὸν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκδόσεσι δείκνυται καὶ ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἔν τισι τόποις μετατεθεῖσα, ὡς τὰ πρῶτα ὕστερα καὶ τὰ ὕστερα πρῶτα γενέσθαι· ὅπερ καὶ ἐνταῦθα εὑρέθη παθοῦσα· τούτου χάριν παρεθήκαμεν ἀκολουθίαν· ἔστι δὲ αὕτη. τῷ, κατοικήσομεν οἱ παῖδές σου ἐν γῇ Γεσέμ, συνάπτεται τὸ, εἶπε δὲ Φαραὼ τῷ Ἰωσὴφ, κατοικείτωσαν ἐν γῇ Γεσέμ. εἰ δὲ ἐπίσῃ, ὅτι εἰσὶν ἐν αὐτοῖς. Hoc est : *Quandoquidem in Tetraplis, unde Exemplar transsumptum est, secundum seriem Hebraïci aliarumque Editionum ostenditur, Septuaginta Interpretum Editionem aliquot in locis transpositam fuisse; ita ut quæ priora erant, posterius; quæ posteriora, prius locarentur: quod hoc etiam loco accidisse deprehenditur; ideo veram seriem hic apposuimus, quæ sic habet. His verbis,* Habitabimus pueri tui in terra Gesem, *subjungitur illud,* Dixit autem Pharao Joseph, Habitent in terra Gesem. Si autem noveris, quod sint in eis &c. Quam notam ut recte intelligas, virgulam ponas oportet post vocem μετελήφθη, ita ut sequentia πρὸς τὸν εἱρμὸν &c. referantur ad δείκνυται, & sensus sit, ostensum est secundum seriem vel ex serie Hebraïci & aliarum Editionum, textum τῶν O. aliquot in locis transpositum, & præpostere locatum fuisse; videlicet in nota ad marginem Tetraplorum posita, quæ monebat eo loco seriem τῶν O. turbatam & transpositam esse: quæ sequuntur enim, τούτου χάριν παρεθήκαμεν ἀκολουθίαν, *ideo rectam seriem (hic) apposuimus*, aperte indicant illam restitutionem post edita Tetrapla factam fuisse. His quæ jam dicimus fidem facit Nota Codicis RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni, quam infra edemus. Ibi namque dicitur Origenem Tetrapla sua correxisse & scholiis illustrasse: quæ scholia ipsius Origenis manu descripta viderat is qui notam edidit. Illam porro Cod. Monspeliensis notam ad Hexapla Origenis pertinere non ambigendum. Nam in Hexaplis ille suis loca Septuaginta Interpretum, quæ vel Librariorum lapsu, vel alio casu transposita fuerant ordini suo restituit, ut infra probabitur.

Quod autem in Tetraplis Editionem LXX. non emendaverit Origenes, sed iis manum medicam postea admoverit; nempe cum Hexapla & Octapla adornaret, multis ex locis comprobatur. Sic Psalmo 86. in nota ad versum 5. superius Num. 1. allata, dicitur locum illum vitiatum μήτηρ Σιὼν, *Mater Sion*, qui respicit Hebraïcum הלציון haberi in Tetraselido, sive in Tetraplo; secus autem in Octaselido, sive in Octaplo, ubi recte legebatur, μὴ τῇ Σιὼν, *Numquid Sion*, quia videlicet hunc locum in Tetraplis mendosum, in Octaplis postea emendavit Origenes. In Libro autem Job frequentissima memorantur loca ex Tetraplis desumta, quibus demonstratur LXX. Interpretum Editionem, quæ ab Origene in Tetraplis posita fuerat, non emendatam fuisse; sed & σφάλματα & præposteras lectiones, quæ in Exemplaribus τῶν . extabant, intacta ibi remansisse, ut quisque animadvertere possit in notis nostris. Exploratum itaque est textum LXX. Interpretum in Tetraplis non emendatum fuisse: sed postea in Hexaplis id præstitisse Origenem.

Quapropter ubi de emendanda LXX. Interpretum lectione agitur apud Veteres; Hexapla semper, Tetrapla numquam citantur. Hinc autem liquidum est Tetrapla prius, quam Octapla, edita fuisse: nam si Hexapla cum Editione scilicet illa τῶν O. a mendis purgata, prius edidisset Origenes; an credatur ipsum postea cum Tetrapla ederet, missâ illâ quam tanto labore emaculaverat Hexaplari Editione, aliam inemendatam & erratis plenam posuisse? Id certe cum recta ratione pugnaret: & præterea locus Eusebii quem supra descripsimus, necnon sequens Origenis, id aperte narrant. Hæc autem pluribus prosecuti sumus, quia Henricus Valesius locum Eusebii perperam interpretatus, doctis aliquot viris fucum fecerat.

IV. *Quo tempore Hexapla concinnaverit.*

De tempore, quo Hexapla adornavit Origenes, prorsus ἀσύστατα narrat Epiphanius, qui ait, Origenem a tempore Decii ad usque imperium Galli & Volusiani & ultra floruisse: ac in persequutione Decii multa passum, neque tamen martyrio consummatum, Cæsaream concessisse: inde Jerosolymam; postea Tyrum: ubi, pergit ille, octo & viginti annorum spatio moratus, Hexapla composuit. Hæc Epiphanius, qui mirum quantum a vero aberraverit. Nam cum, Eusebio teste, Origenes imperantibus Gallo & Volusiano, qui anno Christi 254. cæsi sunt, obierit, vix potuit post Decii persequutionem anni 251. tribus annis vixisse. Jure igitur Doctissimus Illustrissimusque Huetius, rejectis Epiphanii notis, aliunde calculum petere nititur: utque probabiliorem ea de re statuat sententiam, ad tempus Maximini opus Hexaplorum revocat: ac Cæsareæ inchoatum, Tyri autem perfectum fuisse opinatur. De tanto autem edendo opere jam tunc cogitasse Origenem putat, cum Alexandriæ versaretur: ibidemque nonnullas Scripturæ interpretationes collegisse contulisseque: quæ totius structuræ veluti rudimenta haberi poterant; deinde Cæsareæ in Cappadocia rei serio manum admovisse; demumque Tyri absolvisse. Sic ille Origenianorum Lib. 1. cap. 3. num. 2. Ejus verba referre non pigebit.

Tetraplorum & Hexaplorum, quorum mentionem fecit Eusebius Lib. 6. Histor. cap. 16. cui tempori adjungenda sit descriptio, statuere promptum non est. Factum id significare videtur Eusebius multo antequam Alexandria Origenes excessisset, tunc nimirum cum Ambrosium ad Christi fidem convertebat. Epiphanius autem Tyri lucubrata ea non semel asseveravit. Ego vero aliud rei huic tempus deputo, quando scilicet Christianos vexante Maximino, Cæsaream Cappadociæ ad Firmilianum confugit Origenes. A Juliana enim liberaliter exceptus & domo & Bibliotheca a Symmacho olim instructa, ad eam deinde hereditatis jure transmissa, nactus illic est Scripturæ Sacræ Exemplaria, quibus usus fuerat Symmachus. Tum vero Codices ipsum conflixisse inter se & conjunxisse probabile est: sed cum institutum opus per angustias temporis ibi absolvere non posset, supremam ipsi manum in otio Tyrio imposuisse. Non quod de iis cogitasse Origenem tum primum putem; sed Alexandriæ fortasse prius animo informata, Cæsareæ Cappadociæ inchoata, Athenis & Cæsareæ Stratonis affecta, ac Tyri demum arbitror fuisse perfecta. Ita Eusebio conciliatur Epiphanius, quorum ille aliquam in concinnandis Hexaplis Alexandriæ operam ab Origene positam videtur significare; hic Tyri fuisse composita aperte docet; quod ita intelligendum est, non Tyri solum ea elaborasse Origenem, sed in iis etiam locis in quibus octo & viginti ante mortem annis versatus est, quos Tyri transactos perperam Epiphanius credidit. Firmat nostram conjecturam quod ait Eusebius Lib. 6. Hist. cap. 17. Symmachi interpretationem in Julianæ Bibliotheca Origenem reperisse. Nondum itaque Hexapla vel Tetrapla concinnaverat, quorum pars magna fuit Symmachi interpretatio. Eusebio itidem adstipulatur Epiphanius, scribens hæresi

64. cap. 3. Origenem lucubrationes ſuas in Scripturam, impulſu Ambroſii ſuſceptas, ab Hexaplis fuiſſe auſpicatum: τὸ πρῶτον, inquit, αὐτῷ ἐπιμελῶς ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν τῶν ἓξ ἑρμηνειῶν. Atqui tunc temporis Alexandriæ verſabatur. Retorquebit argumentum aliquis, & dicet, hoc tempore ſex Interpretationes in unum colligere non potuiſſe Origenem, qui etiam tum Symmachi interpretatione & editione Sextâ careret. Reſpondeo Hexaplorum coagmentationem mente præformaſſe ipſum, cum eſſet Alexandriæ, non ipſa coagmentaſſe, cum nondum Exemplaria haberet ad manum: ſed jam inde ipſis inveſtigandis operam dediſſe. Itaque non dicit Epiphanius συνήγαγε, ſed, ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν.

Sic Vir Eruditiſſimus opinionem ſuam aſſerere nititur. His autem repugnat Tillemontius, qui tamen & ipſe quaſi hariolando rem ita pertractat, ut dubius Lector ignoret ubi figat pedem. Ejus verba ſic Latina facimus.

» Poſt Valeſium Huetius exiſtimat Hexapla Origenem edidiſſe, antequam Tetrapla concinnaret. Si ita ſe res habeat, non potuit Origenes Hexaplis manum admovere, antequam Alexandriam ſe reciperet, quod accidit anno 231. quandoquidem Sexta verſio, quam in Hexaplis locavit, anno Alexandri Severi ſeptimo, ut narrat Epiphanius, reperta eſt; id eſt, anno Chriſti 228. vel tantillo antea tempore. Cum autem Septimam quoque Editionem, quæ ſub hæc reperta fuit, in Hexaplis poſuerit, ac variis agitatus negotiis, antequam Cæſaream peteret non ſat otii nactus fuiſſe videatur; veri ſane ſimile eſt eum in hac urbe Hexapla exorſum eſſe. Hæc vero temporis ratio cum Epiphanii narratione convenire videtur, qui ait ipſum Hexapla exorſum eſſe quando Tyrum ſe recepit, & viginti octo annis huic operi inſudaſſe. Verum ut hæc conſiſtere poſſent, annos octodecim pro viginti octo legendum eſſet, & pro Tyro Cæſaream ſubſtituendum foret: ubi videtur Origenes ſedem poſuiſſe ab anno 231. ad 250. Nam ſi vitæ ſeriem attendas, ſtatim dicas Origenem non potuiſſe Tyri annos 28. commorari: multoque minus hæ Tyriæ moræ poſt Decii perſequutionem conſignari poſſunt, id licet fecerit Epiphanius: quandoquidem Origenes poſt eam perſequutionem vix triennio vixit. Verum hoc poſito rerum temporumque ordine, ingens hinc oritur difficultas, quod videatur Origenes jam Hexapla vel Tetrapla ſua edidiſſe cum Julio Africano ſcripſit, quæ tamen Epiſtola anno 228. data fuiſſe videtur. In illa quippe Epiſtola Africano narrat, ſe ingenti labore Hebraïci & LXX. Interpretum varias Lectiones, facta utriuſque collatione collegiſſe, eaque de cauſa varias omnes Editiones examinaviſſe, ubi ſane Tetrapla ſatis aperte indicare videtur. Quod ſi hæc Origenis verba de LXX. cum Obelis & Aſteriſcis Editione intelligi poſſent, quam in eadem Epiſtola commemorat, hæc Editio ſane nonniſi poſt Tetrapla concinnari potuiſſe videtur. Nam id operis cum Tetraplis commode, ſine Tetraplis nonniſi magno labore fieri poterat.

» Certum eſt autem Origenem Nicomediæ hanc ad Africanum Epiſtolam ſcripſiſſe: cumque bis in Græciam iter inſtituerit, alterutro itinere Nicomediam petiiſſe & Epiſtolam dediſſe videtur; ac potius primo, quam ſecundo: etenim primum anno 228. ſecundum duodecim poſt annos inſtituit. Africanus vero ipſum filii nomine compellat, quod aptius ad primum, quam ad ſecundum referatur.

» Hæc ut conſiſtere poſſint dicendum videtur, Origenem Tetrapla concinnaſſe ante annum 228. ſub hæc autem poſt repertam Sextam Editionem Hexapla ediſſe, ubi Quintam & Sextam locaverit: licet non ſat intelligi poſſit cur non Quintam in Tetraplis poſuerit, ſi illa anno 217. inventa fuerit, ut Epiphanius narrat; niſi forte dicatur Tetrapla etiam ante hunc annum perfecta fuiſſe, cui ſententiæ favere videtur Euſebius........ Vir Clariſſimus Huetius putat Origenem Hexapla exorſum eſſe anno 235. nixus Euſebii teſtimonio, qui ait, Origenem interpretationes Symmachi in Scripturam a Juliana accepiſſe. Hinc infert eum,

cum nondum Symmachi Versionem accepisset, non potuisse Hexapla, quæ haud dubie Symmachi Editionem complectebantur, adornare. At verisimile non videtur, Origenem Symmachi versionem, 60. ante annos elaboratam, tam sero nactum esse: poteſtque commode Eusebius intelligi aut de ipso Symmachi autographo, nam ex ipso Symmacho illud Juliana acceperat, aut de Commentario quodam Symmachi in Scripturam, non de ejus versione. En ipsa Eusebii verba: *Exstant certe etiam nunc Commentarii Symmachi, in quibus Evangelio secundum Matthæum innixus memoratam (Ebionitarum) hæresin adstruere videtur. Hos autem Origenes cum aliis Symmachi in Scripturas interpretationibus ab Juliana quadam accepisse se memorat.* Si ἑρμηνεῖαι possint hic de Commentario intelligi, quod neminem puto negaturum, ut sic hoc loco intelligatur suadet vox ἄλλων, *aliis*, ab Eusebio adhibita.

Verisimile sane est Origenem ipso Caracallæ tempore, Tetraplorum opus exorsum esse, quandoquidem Eusebius, nulla motus alia occasione, hæc quasi Caracalla imperante gesta narrat. Idque videtur Huetius partim saltem admittere.

Hactenus Tillemontius, qui postremo allatum Eusebii locum longe melius vertisse videtur, quam Henricus Valesius. Græca sic habent. καὶ ὑπομνήματα Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος εὐαγγέλιον τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. ταῦτα δὲ ὁ Ὠριγένης μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινος εἰληφέναι, ἣν καί φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι. Hæc porro sic transtulit Henricus Valesius. *Exstant certe etiamnum Commentarii Symmachi, in quibus adversus Evangelium Matthæi acriter disputans, supra dictam hæresim adstruere videtur. Atque hos Symmachi Commentarios una cum aliis sacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis, testatur Origenes se a Juliana quadam accepisse, ad quam ii libri successionis jure pervenerant:* ubi illud, *in quibus adversus Evangelium Matthæi acriter disputans, supradictam hæresim adstruere videtur*, ex diametro oppositam Eusebio sententiam effert. Nam ea Græcorum verborum mens est; *in quibus Matthæi Evangelio nixus*, vel ad litteram, *in quibus ad Matthæi Evangelium intendens, memoratam hæresim propugnat.* Etenim certum est Ebionitas pro sua tuenda hæresi Evangelio Matthæi usos fuisse: & hunc Eusebii locum respicere videtur Hieronymus, cum ait in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, de Origene loquens: *Aquilæ scilicet Pontici Proselyti, & Theodotionis Ebionæi, & Symmachi ejusdem dogmatis: qui in Evangelium quoque* κατὰ Ματθαῖον *scripsit Commentarios, de quo & suum dogma confirmare conatur.* In hoc autem peccant, ni fallor, Valesius & Tillemontius, quod vocem δοκεῖ vertant, *videtur*: cum sexcentis exemplis probetur τὸ δοκεῖ, maxime apud Scriptores Ecclesiasticos, non minuere affirmationem: qua de re vide Onomasticum nostrum ad Athanasii opera, in voce δοκεῖ: id autem recte in allato loco exprimit Hieronymus. Δοκεῖ igitur nihil officit, quominus dicatur Symmachum palam & ex professo Ebionitarum hæresim defendisse, & hunc prorsus existimo esse hujus loci sensum.

His carptim observatis, jam ad notas temporis veniamus. Eusebius nihil pene adtulit, unde calculum ducere liceat: Epiphanius vero, infidus temporum magister, omnia pene miscuit. Attamen nonnihil probabilitatis habere videtur quod ait Tillemontius; nempe verisimile esse Origenem Hexaplis edendis manum admovisse postquam Sextam Editionem repererat: reperit autem, Epiphanio teste, anno Alexandri Severi septimo, id est, Christi 228. Et quia ab hinc ad annum 231. quo Cæsaream se recepit, non sat otii & commodi habuisse videtur, ut tam arduam rem susciperet, opportune in annum 231. cum Cæsareæ ageret, Hexaplorum opus remittitur. Quod autem objicit sibi Tillemontius ex Epistola Africani, ubi Origenem ille filium appellat, non tanti esse momenti videtur: nam verisimile est ideo filium nuncupasse, quia longe minor ætate erat: quæ ratio

tam in primo, quam in secundo Origenis itinere par haud dubie erat. Nec desunt exempla quibus id confirmetur: Eusebius enim Vercellensis Dionysium Mediolanensem Episcopum, ætate jam maturum dignitateque conspicuum, se tamen juniorem, filium compellare solebat. Ex iis porro quæ diximus probe animadvertet prudens Lector, nonnisi levissimis conjecturis posse, quo tempore Hexapla edita fuerint, indicari: quamobrem cùm nullo veterum testimonio possit hic vel certa vel admodum probabilis Chronologiæ ratio statui, ad certiora statuenda properemus.

V. *Qua ratione Tetrapla, Hexapla, Octapla digesserit, itemque Enneapla.*

De Tetraplorum & Hexaplorum ordine, deque Interpretum situ, nulla jam potest oriri controversia. Hæc quippe clare & sine ambage ab Epiphanio & Hieronymo describuntur: accedit item specimen Codicis Barberini, ubi columnarum ordo accurate exhibetur. In Tetraplis igitur præibat Aquilæ Editio, e regione proxime sequebatur Symmachi interpretatio; postea LXX. Interpretum; postremò Theodotionis. In hoc autem situ non ratio temporis, quo singulæ Interpretationes editæ fuerant, spectabatur: nam ut certum est Editionem LXX. omnium antiquissimam esse; ita exploratum videtur Editionem Theodotionis Symmachi Interpretationem ætate præcedere, quod infra, Deo favente, probabitur. Sed ideo Aquilæ primum locum deputavit, ejusque editionem priorem posuit Origenes, quia ille scrupulosius, quam cæteri omnes Hebraïcam Scripturam verbum e verbo reddere studuerat. Post hunc autem Symmachum locavit, quia ille propius, quam LXX. & Theodotio, ad veritatem Hebraïcam accedebat. Deinde LXX. præposuit Theodotioni, quia Theodotio LXX. Interpretes e vestigio pene sequi videbatur. Tetrapla vero sua Origenes manu propria emendavit, scholiisque illustravit. Iisdemque Tetraplis nova Eusebius scholia adjecit, in quibusdam saltem Scripturæ libris: idque in alio, ut videtur, quam in Origeniano Exemplari, quod postremum Pamphili & Eusebii opera emendatum est, ut testificatur ipse Eusebius in Nota quadam Exemplaris RR. PP. Jesuitarum, quam edidimus Palæographiæ Græcæ p. 226. Hanc porro Notam, necnon alteram, quæ præcedit, utpote quæ ad confirmanda plurima ex supra dictis non parum momenti adferant, hic exscribere visum est. Ante Hesaiam ergo in Codice supra memorato legitur:

Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ Ἀββᾶ Ἀπολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα. Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν. ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἑξαπλοῦν, ἔχον τὴν παρασημείωσιν ταύτην. Διώρθωνται ἀκριβῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις· ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ἡσαΐαν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν. πρὸς τούτοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, ἀκριβέστερον διώρθωται. εὐπορήσαντες τῶν μέχρι τέλους τοῦ ὁράματος Τύρου τόμων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ἡσαΐαν Ὠριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπιστήσαντες τῇ ἐννοίᾳ καθ᾽ ἣν ἐξηγήσατο ἑκάστην λέξιν, καθὼς οἷόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν διωρθωσάμεθα. πρὸς τούτοις συνεκρίθη ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἔκδοσις καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς Ἡσαΐαν εἰρημένα, καὶ ἐν οἷς διεφώνουν, τῆς ἐξηγήσεως τὴν ἔννοιαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν ἐδιωρθωσάμεθα.

Desumtus est Hesaias ab Exemplari Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc subjiciuntur: Desumtus est Hesaias ab Hexaplis secundum Editiones adornatis. Collatus autem fuit cum alio Hexaplo hanc notam habente: Accurate Editiones omnes correctæ sunt: collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Hesaia, & cum Hexaplo. Ad hæc, ab initio usque ad visionem Tyri, accuratius emendatus est. Nacti enim Tomos Exegeticos Origenis in Hesaiam usque ad finem visionis Tyri, & sedulo considerantes, quo sensu singulas dictiones acceperit, quantum facultas tulit omne dubium, & perplexum secundum illius sensum correximus. Præterea collata est etiam Septuaginta interpretum Editio cum iis, quæ in Hesaiam scripsit Eusebius: atque in quibus erat varietas, indagato expositionis sensu, secundum ejus rationem emendavi.

Deinde vero ante Ezechielem hæc nota legitur.

Μετελήφθη δὲ ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα· μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῶν Ὠριγένους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἅτινα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο, καὶ ἐσχολιογράφητο. ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια προσέθηκα. Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος διωρθώσαντο.

Desumtus est (Ezechiel) ab Exemplari Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc subjiciuntur. Exscriptus est ab Hexaplis Editiones complectentibus: & correctus est ad fidem Tetraplorum Origenis, quæ etiam manu ejus emendata & Scholiis illustrata erant. Ego Eusebius Scholia adjeci. Pamphilus & Eusebius correxerunt.

Hæc tanta, tantorum sumtuum opera nunquam potuisset Origenes, mediocris fortunæ vir, exequi: nisi facultates subministrasset Ambrosius, vir ad summa natus, qui Origeni semper stimulos addebat, ut in publicum usum plurima perscriberet, cumulateque omnia suppeditabat; ita ut ipsi Tachygraphi sive Notarii septem, Librarii totidem, Puellæ item in Calligraphia exercitatæ, semper ad manum essent.

Hexaplorum, ut supra diximus, ordinem ita accurate describunt Epiphanius & Hieronymus, ut nihil jam difficultatis ea de re supersit. Libet autem verba Hieronymi hic apponere ex Comment. in Epist. ad Titum: *Unde nobis curæ fuit omnes veteris legis Libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digesserat, de Cæsariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare, in quibus ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta; & Græcis litteris tramite expressa vicino. Aquila etiam & Symmachus, Septuaginta & Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, & maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias Editiones additas habent: quam Quintam, & Sextam, & Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consequutas.* Planum igitur est Hexapla sic disposita fuisse, ut primam columnam occuparet Hebraïcus textus, Hebraïcis litteris descriptus; secundam idem Hebraïcus Græcis litteris exaratus; tertiam Aquila, quartam Symmachus, quintam LXX. Interpretes, sextam Theodotio. Cujus rei luculentum suppeditat exemplum Codex Barberinus, ubi versus primus Capitis II. Oseæ Prophetæ, illo ordine & situ descriptus est. Non defuere tamen qui alium columnarum situm esse putaverint; sed quia ii a doctis viris jamdiu confutati sunt, nec ullus tam apertis ea de re Veterum testimoniis hodie refragatur, non est quod iis comprobandis diutius immoremur.

Hexapla itaque vocabantur ea, quæ sex memoratas columnas continebant: sed quia in quibusdam Scripturæ libris, duæ aliæ Editiones, nempe Quinta & & Sexta, cæteris adjunctæ erant, octo columnæ iisdem in Libris e regione positæ ὀκταπλᾶ Octapla appellabantur. Nam cave putes Octapla fuisse ab Origene seorsim adornata; ita ut tria opera distincta Tetraplorum, Hexaplorum & Octaplorum composuerit. Siquidem in loco Hieronymi jamjam allato, diserte narratur, tres alias Editiones, nempe Quintam, Sextam & Septimam ipsis Hexaplis superadditas fuisse. Cum enim illæ duæ superadditæ Editiones in aliquibus tantum Scripturæ libris reperirentur, non potuit Origenes Octapla illa Scripturarum integra concinnare. Præterea nemo umquam dixit Origenem plus, quam duo opera edidisse, nempe Tetrapla & Hexapla, quibus postremis duas Editiones in nonnullis dumtaxat Libris addidit: ibique eadem ipsa quæ Hexapla vocabantur, ob duas invectas columnas Octapla dicta fuere. Cum autem Septimam quoque Editionem in aliquot libris adjunxerit, ibi Enneapla vocari poterant, licet hac voce nullus Veterum, cum de Origeniano illo opere ageretur, sit usus. Ad faciliorem autem intelligentiam hic Tetraplorum, Hexaplorum, Octaplorum, Enneaplorum specimina damus.

TETRAPLA.

Gen. 1. 1.

ΑΚΥΛΑΣ	ΣΥΜΜΑΧΟΣ	ΟἹ Ο.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ
Ἐν κεφαλαίῳ ἔκτισεν ὁ θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν.	Ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	Ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

HEXAPLA.

Oseæ. 11. 1.

Τὸ ΕΒΡΑΪΚΟΝ.	ΕΒΡ. ΕΛΛΗΝΙΚΟΙΣ ΓΡ.	ΑΚΥΛΑΣ	ΣΥΜΜΑΧΟΣ	ΟἹ Ο.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ
כי נער ישראל ואהבהו וממצרים קראתי לבני	χι νερ Ισραηλ ουαεβηου ουμεμεσραιμ καραθι λεβανι.	ὅτι παῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.	ὅτι παῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἠγαπημένος, ἐξ Αἰγύπτου κέκληται υἱός μου.	ὅτι νήπιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου κέκληται υἱός μου.	ὅτι νήπιος Ἰσραὴλ, καὶ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐκάλεσα υἱόν μου ἐξ Αἰγύπτου.

OCTAPLA.

Psalm. 2. 6.

Τὸ ΕΒΡΑΪΚΟΝ.	Τὸ ΕΒΡ. ΕΛΛ. ΓΡΑΜΜΑΣΙ	ΑΚΥΛΑΣ.	ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	ΟἹ Ο.	ΘΕΟΔ.	Ε.	Ϛ.
ואני נסכתי מלכי	ουανι νασαχθι μαλχι.	κἀγὼ διεσωσάμην βασιλέα μου.	κἀγὼ ἔχρισα τὸν βασιλέα μου.	ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.	ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.	κἀγὼ διεσωσάμην βασιλέα μου.	κἀγὼ ἔχρισα τὸν βασιλέα μου.

ENNEAPLA.

Habac. 2. 4.

Τὸ ΕΒΡ.	Τὸ ΕΒΡ. ΕΛΛ. ΓΡ.	ΑΚΥΛΑΣ	ΣΥΜΜΑΧΟΣ	ΟἹ Ο.	ΘΕΟΔ.	Ε.	Ϛ.	Ζ.
וצדיק באמונתו יחיה	ουσαδικ βεεμουναθω ιεειε.	καὶ δίκαιος ἐν πίστει αὐτοῦ ζήσεται.	ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει.	ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται.	ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει.	ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει.	ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει.	ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει.

Illa omnia elaboravit Origenes eo, quo ſupra diximus modo. Si qua autem exemplaria fuerint, ubi omiſſa Hebraïca columna, Hebraïco charactere deſcripta, quinque ſolum columnæ ſuperfuerint, quod ſuadere videntur ii qui πεντασέλιδον, ſive opus quinque columnarum memorant; illa haud dubie Exemplaria, non ab Origene, ſed ab aliis ſubſequenti tempore deſcripta fuêre, ut diximus num. 1.

VI. *In quibuſnam Scripturæ Libris, tres alias Editiones Hexaplis addiderit.*

Exploratum eſt Editiones Quintam, Sextam & Septimam, non in omnibus Scripturæ Libris; ſed in aliquibus tantùm columnas occupaſſe ſuas. In quibuſnam autem, nec Veterum nec Recentiorum ullus umquam dixit. Nam hoc ſolùm ait Hieronymus: *Nonnulli vero Libri, & maxime hi, qui apud Hebræos verſu compoſiti ſunt, tres alias Editiones additas habent.* Quamobrem operæ pretium erit hic Libros recenſere, in quibus Quinta, Sexta ac Septima Editio comparebant; ac diſquirere utrum Sexta Quintam, Septima utramque ſemper ſequeretur. Certum eſt tres illas ſuperadditas Editiones e regione aliarum poſitas fuiſſe in Libro Pſalmorum,

morum, & in duodecim Prophetis minoribus. In Psalmis quidem tres illas Editiones per totum Librum adjunctas fuisse suadent frequentia singularum fragmenta, quæ passim observantur: in duodecim vero Prophetis minoribus, teste Hieronymo, præter Aquilam, Symmachum, LXX. Theodotionem & Quintam, duæ aliæ Editiones appositæ erant, videlicet Sexta & Septima, quarum fragmenta exhibemus; Quintæ nempe frequentissima, aliarum vero rariora. Canticum autem Habacuc secundùm unam ex his postremis Editionibus integrum repræsentamus, quod cum nec Quintæ, nec Sextæ esse possit, sequitur ex Septima desumtum esse.

In Canticis Canticorum, Quintæ solum & Sextæ lectiones adferuntur; Septimæ vero ne vestigium quidem habetur, unde fortasse suspicio oriatur hîc Septimam non adfuisse cum aliis, quod tamen nonnisi temere adfirmari potest: potuit enim, etsi adfuerit, a collectoribus negligi.

In Pentateucho autem Quintam & Sextam Editionem locum occupasse suum testificantur exempla non pauca: sic Genesis cap. 34. v. 15. ex Codice Regio adfertur Quintæ Editionis lectio, ubi vocem נאות hic Interpres vertit ὁμονοήσομεν: & cap. 35. v. 19. in hunc locum אפרתה הוא בית לחם Ambrosius in Epist. ad Horontianum ait: *Quinta autem Traditio*, Ephrata, ipsa est domus panis: *hoc præteritum est in aliorum Traditionibus*, ubi Traditiones ille pro Editionibus usurpat. Et Levit. 1. 16. A. Σ. τὴν σπίλωσιν. Θ. E. τὴν ὀσφρὺν ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν φῦσαν. Item Levit. cap. 2. v. 3. in Append. Σ. E. ἀπὸ τῶν καρπωμάτων κυρίου. Et Levit. 11. 17. A. O. Θ. E. νυκτικόραξ. ϛ. γλαῦξ. E. Quintam, ϛ. Sextam indicat, & utriusque interpretatio adfertur. Ibidemque v. 31. O. Θ. E. αὐτῶν τεθνηκότων. Hisce tam apertis testimoniis refragari nemo posse videtur. At mirum est Quintam & Sextam Editionem a nemine veterum Græcorum, qui in Pentateuchum tot Commentaria ediderunt, memoratam uspiam fuisse. De Septima in Pentateucho nihil hodie: utrum vero olim adfuerit, ignoratur. Præter hosce Libros ubi trium posteriorum Editionum vestigia reperimus, in aliis etiam extitisse subindicat Hieronymus Comm. in Epist. ad Titum: *Nonnulli vero Libri, inquit, & maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias Editiones additas habent, quam Quintam, & Sextam, & Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consequutas.* Ex Libris tamen versu conscriptis soli Psalmi trium posteriorum Interpretationum reliquias præferunt. In Job autem & Proverbiis, etsi ampla aliarum Editionum seges offeratur, nihil hodie de tribus illis postremis Interpretibus superest.

Si stemus Hieronymi verbis, in iis Libris, ubi hæ postremæ Editiones adhibebantur, tres semper aderant, nec Quinta sine Sexta, nec utraque sine Septima locum uspiam habebat. Verum hæc Hieronymus admodum perfunctorie narravit; nec videtur ejus testimonium ad ea quæ supradicta sunt penitus quadrare posse; siquidem ait ille, in nonnullis Libris & maxime iis qui versu compositi sunt tres alias Editiones nempe Quintam, Sextam & Septimam additas fuisse; ita ut ex ejus verbis inferri posse videatur, maximam Hexaplorum partem ubi tres illæ Editiones additæ fuerant esse Libros metricos; nempe Job, Psalmos & Proverbia; & tamen apertissimis exemplis superius probatum est, illas Editiones adfuisse in Pentateucho, in Prophetis minoribus, & in Canticis; ex Libris vero metricis Psalmos tantum trium illarum Editionum reliquias, & quidem frequentissimas præferre; Job autem & Proverbia, quorum maxima lectionum Hexaplarium sylva superest, ne vestigium quidem trium illarum Editionum habere. His conspectis nemo negaverit admodum difficile esse superius allata exempla cum verbis Hieronymi conciliare.

Cum autem omnino certum sit Origenem non in omnibus Scripturæ Libris tres illas interpretationes adjecisse, quæri potest num tres illi Interpretes totam

Scripturam ſint interpretati, an eas ſolum partes quæ ab Origene in Octaplis adhibitæ ſunt. Sane cum, illi ſaltem duo priores, Pentateuchum, Pſalmos, & ex Hieronymo Job & Proverbia; cum item Cantica & minores Prophetas tranſtulerint, non video quid cauſæ fuerit, cur medios libros omiſerint, quodque magis urgeat, cum tres illi Interpretes ut plurimum in iiſdem Scripturæ Libris reperiantur, licet haud dubie variis in locis ſcripſerint, cur eoſdem Libros ex Hebraïco converterint, eoſdem omiſerint: hoc certe neque caſu neque conſilio accidere potuiſſe videtur. Si reſpondeas, cur ergo Origenes in quibuſdam Libris, non in omnibus, illas Editiones appoſuerit; reponam ego, cur in Threnis ſive Lamentationibus Jeremiæ, ſolum Symmachum cum Editione τῶν O. locavit, cum tamen Aquila & Theodotio hujus Libri, perinde atque aliorum, interpretationem adornaverint, ut ibidem in Monito probamus. Hinc ſane liquet ex hac Origenis omiſſione concludi non poſſe, illas Editiones non integras, ſed aliquos tantum Hebraïcæ Scripturæ Libros complexas fuiſſe. Cæterum rem non penitus exploratam Lectoris judicio permittimus.

VII. *De Notis in marginibus Hexaplorum ab Origene poſitis.*

In Hexaplis amplos fuiſſe margines notis Origenianis onuſtos, compertum nobis eſt: horum vero partem non minimam occupabant nominum propriorum Hebraïcorum explicationes Græcæ. Id autem indicat Origenes in nota quadam ad cap. 36. Geneſis v. 36. ubi ſic habet, τῆς μὲν οὖν Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος Φουτιφὰρ εἴρηται ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Φουρτιφαρέ. καὶ ἡ μὲν τοῦ παρόντος ὀνόματος ἑρμηνεία προσκεῖται τῇ λέξει· ἡ δὲ ἔκθεσις τοῦ ἑτέρου ἐν τοῖς ἑξῆς φανήσεται. i. *Aquila & Symmachus Phutiphar dixerunt hoc loco, in alio autem Phurtiphare: præſentis vero nominis interpretatio voci adjacet* (id eſt in margine) *alterius autem explicatio in ſequentibus declarabitur.* Hinc eſt quod in vetuſtiſſimis Manuſcriptis, unde præcipuam Hexaplorum partem excerpſimus, illæ propriorum nominum Hebraïcorum interpretationes in marginibus occurrant; ut exempli cauſa, in vetuſtiſſimo illo Codice Coiſliniano, qui unciali quadrato charactere ſcriptus eſt, ac ſexti vel ſeptimi ſæculi eſſe putatur, ad ſingula fere nomina propria ejuſmodi notulæ, vim & etymologiam nominis indicantes reperiuntur, verbi gratia Ἐδέμ in marg. ἅμαεις ἢ τρυφή, *ſeptum aut voluptas;* Φισών, στόμα κόρης, *os puellæ;* Εὐιλάτ, ὠδίνησεν, *parturivit;* Γηών, στῆθος, *pectus;* Αἰθιοπία, σκότωσις, *obtenebratio;* Τίγρις, ἁρπαγὴ ἢ ταπείνωσις, *rapina aut humiliatio;* Εὐφράτης, ηὐξηλυμένος *auctus;* Ἀδάμ, γηγενής, ἢ ἄνθρωπος, ἢ χοῦς, *terrigena, aut homo, aut pulvis.* Et ſimiles benè multæ: quarum eas ſolum, quæ melioris notæ viſæ ſunt in decurſu operis annotavimus; alias autem nullo diſpendio negligi poſſe duximus; tum quia magna pars earum in Libro nominum Hebraïcorum cuſa eſt; tum etiam quia hujuſmodi etymologiæ plerumque leves, detortæ, nulliuſque pretii ſunt. Aliarum vero annotationum, quas initio Editionum ſingularum Origenem poſuiſſe ſubindicat Euſebius, admodum deploranda jactura eſt. Nam ibi Editionis cujuſque hiſtoriam texebat & quo loco reperta fuiſſet indicabat. Illud vero damnum licet Epiphanius in Libro de ponderibus & menſuris utcumque ſarciverit: at multa miſcuit ille, notaſque temporum labefactavit, ut pluribus infra dicetur.

VIII. *An Samaritani & Syri lectiones in marginibus Hexaplorum locaverit.*

Samaritani & Syri lectiones in marginibus vetuſtiſſimorum Exemplarium, quæ Hexaplorum fragmenta exhibent, perſæpe obſervantur; Syri quidem in pleriſque Scripturæ Libris; Samaritani vero in Pentateucho tantum: ubi non infrequenter interpretationes Samaritani animadvertas, interdum ſolas, ſæpius cum aliorum Interpretum lectionibus collatas. Cum autem illæ Samaritani lectiones, non in vetuſtis Codicibus tantùm, ſed etiam apud Patres quarti, quinti & ſequentium

ſæculorum occurrant, probabile ſane videtur ipſum Origenem lectiones illas Samaritani in margine Hexaplorum poſuiſſe. Idem porro dicendum videtur de Syro; cujus interpretationes paſſim reperiuntur in Geneſi, & Exodo, in Pſalmis item; in Jeremia, in Threnis; apud Ezechielem etiam, Danielem & Oſee. Syri porro lectiones adferuntur ab Euſebio Cæſarienſi, a Diodoro Tarſenſi frequentius; ab Euſebio Emiſeno, Hieronymo, Theodoreto & aliis. Quodque notandum eſt, iidem, maximeque Diodorus, Syrum cum Hebræo ſæpe conjungunt hoc pacto; ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος, vel, ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, quando ſcilicet, amborum interpretationes conveniunt, quod ſæpe contingit. Hæ porro lectiones, perinde atque Samaritani ab Origene, diligentiſſimo verſionum collectore, potuerunt etiam in Hexaplorum marginibus collocari: quamquam id minime conſtet. Hæc quippe ſolum divinando dicimus: donec enim aliqua vel tantilla pars Hexaplorum, ut initio ſcripta fuerunt, e tenebris emerſerit, ut jam diximus, plenam perfectamque illorum notitiam expiſcari non valebimus.

IX. *Utrum Origenis tempore Samaritani & Syri Græcæ verſiones fuerint.*

Quæritur num Origenes, vel ſi qui alii in Commentariis in Scripturam Samaritani & Syri lectiones Græce adhibuerunt, eas ex Samaritana & Syra verſione, ubi opus fuit Græce expreſſerint, an ex aliqua Samaritani & Syri Græca tranſlatione, prius adornata, mutuati ſint. Græcam Samaritanorum verſionem fuiſſe innuit Epiphanius, cum ait Symmachum, ut Samaritanorum interpretationes everteret, tertiam edidiſſe tranſlationem. Nam id ſi de Samaritana interpretatione, Samaritano vulgari idiomate facta, intelligi quiſpiam contendat; cur Symmachus, inter Samaritanos doctiſſimus, ut tribulium ſuorum Samaritanam tranſlationem everteret & confutaret, Græcam interpretationem ediderit? Certe omnino conſentaneum videtur eum Græcam verſionem edidiſſe, ut eam alteri Græcæ, quæ erat Samaritanorum, opponeret. Hæc ſane objectio admodum urgebit, ſi tamen vera ſint quæ de Symmachi cum Samaritanis diſſidio narrat Epiphanius: nam ejus teſtimonio non multum fidimus. At non deſunt alia argumenta, quibus id commonſtretur; nam ex ipſis Samaritanæ Editionis fragmentis arguitur, ea ex aliqua tranſlatione Græca deſumta fuiſſe: nimirum Exodi 28. 4. & Levit. 8. 9. vox Hebraïca מצנפת, *mitra*, ſic in Samaritana verſione exprimitur, πῖλον, *pileum*. Vox autem πῖλος aut πίλιος, nam idipſum eſt, pro *pileus*, jam a Plutarcho uſurpata deprehenditur: unde colligimus Græcam Samaritanorum verſionem illam uſurpaſſe pro *mitra* vel *cidari*, exprimenda. Neque enim cogitaverit quiſpiam vocem hujuſmodi Latino-Græcam in verſione aliqua Samaritano Vulgari idiomate concinnata locum habuiſſe, cum hodierna Samaritanorum verſio perantiqua, ut exiſtimatur, longe aliud exhibeat. Et Exod. cap. 6. v. 2. vocem יהוה ait Theodoretus in Samaritano exprimit ιαβὲ, quia videlicet ſic illam expreſſerat qui Græcam Samaritanorum verſionem adornavit. Neque enim hæc varia lectio, vel ex Samaritano Scripturæ textu, vel ex Samaritana Samariticè deſcripta verſione decerpi poterat, ubi legitur hodieque יהוה ſine diſcrimine. Si quis alias in Pentateucho a nobis allatas Samaritani Interpretis lectiones accurate perpendat, ex Græca, ni fallor, interpretatione deſumtas eſſe deprehendet.

Nec officit huic noſtræ opinioni, nota quædam Num. cap. 13. v. 1. quæ ut arbitror Origenis eſt, ubi cum quædam præferret Samaritanus Bibliorum textus ex Deuteronomio deſumta, eadem ipſa ſe Græcè tranſtuliſſe teſtificatur Origenes, & quidem modo ad Editionem LXX. accommodato, ἃ δὲ αὐτὰ ἐκ τοῦ τῶν Σαμαρειτῶν Ἑβραϊκοῦ μετεβάλομεν καταλλήλως τῇ τῶν Ο. ἑρμηνείᾳ τῇ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φερομένῃ. Non enim hic agitur de Samaritana aliqua Tranſlatione, ſed de ipſo textu Bibliorum Samaritano Libri Numerorum, ubi etiam hodie multa ex Deuteronomio

decerpta reperiuntur: quæ ut repræsentaret Origenes, eorum interpretationem ex versione τῶν O. ut in Deuteronomio erat, mutuatus est.

De Syro cujus frequentes lectiones in multis, ut supra diximus, Scripturæ Libris occurrunt, major est difficultas. Licet enim multa suadere possint, fuisse olim Græcam translationem ex versione Syriaca concinnatam; eam nempe quæ ὁ Σύρος vocatur a veteribus; alia tamen sunt quæ ab hac amplectenda sententia deterreant. Sane de versione quadam Græca agi videtur Ezech. 8. 16. ubi vocem אולם Syrus κιγκλίδα, id est *cancellum* vertit: ibi vetus Scholiastes, ὁ Σύρος τὴν κιγκλίδα καλεῖ, ἥτις λέγεται παρὰ τοῖς πολλοῖς, κάγκελλον. i. *Syrus cinclidem vocat, quæ apud multos dicitur cancellum.* Ubi vox κιγκλίδα nonnisi ex versione Græca sumi potuisse videtur. Et Genesis 39. 2. illud איש מצליח ait Diodorus Syrum vertisse ἀνὴρ κατευοδούμενος, Symmachum autem εὐοδούμενος, Aquilam κατευθυνόμενος, LXX. ἐπιτυγχάνων: quæ translationes unicum efferunt sensum, nempe *prosperans*. Hinc autem quid colligas aliud, nisi lectionem Syri ex versione Græca desumtam fuisse. Nam si Diodorus, vel is qui primus Syri lectiones collegit, ex Syriaco fonte ipsas petiisset, Græceque vertisset: numquam sane lectionem Græcam, aliis omnibus interpretationibus synonymam posuisset, ut commentitium discrimen exhiberet. Vox quippe Syriaca quæ verti poterat κατευοδούμενος, æque poterat εὐοδούμενος, & κατευθυνόμενος, & ἐπιτυγχάνων explicari: neque enim tenuissimum illud discrimen, quod inter has Græcas voces intercedit, in Syriaco animadverti poterat. Hæc & similia, quæ quivis observare possit, Græcam aliquam fuisse Syrorum versionem indicare videntur. Verum non desunt exempla alia quæ huic opinioni adversari videntur, ut est illud ex Didymo Gen. 8 7. ὁ Σύρος οὐχ ὁμοίως τῇ ἑλληνικῇ· λέγει γὰρ, ὑπέστρεψε, καὶ ὁ Ἑβραῖος. i. *Syrus non similem Græcæ lectionem habet; dicit enim*, reversus est, *ut & Hebræus.* Cur dicat Syrum non similem Græcæ lectionem habere, si ipse Syrus Græce loquebatur in versione ex qua hodiernæ hujusmodi lectiones collectæ sunt: sane cum Dydimus Græcum Syro opponat, lectio quam adfert ex ipsa Syriaca versione desumta & Græce versa fuisse videtur. Verum huic argumento reponi potest, hîc Syrum dici, non quod hæc versio Syra; sed quod ab interprete Syro Græcè pro Syris facta esset; parique modo ἑλληνικὴν dici Editionem, quæ ab Interprete Græcò facta fuerat. Aliud autem occurrit, quod fortasse magis urgeat: Eusebius Cæsariensis nonnumquam, & Diodorus Tarsensis frequentissime Hebræi & Syri lectiones quasi unam adferunt, hac præmissa nota, ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος. Hinc porro sic arguatur: Si vox illa ὁ Σύρος versionem Græcam ex Syro factam indicet; pari ratione vox illa ὁ Ἑβραῖος versionem aliquam ex Hebraïco Græce factam significabit: at verisimile non est hujusmodi versionem ab aliis omnibus Scripturæ interpretationibus diversam exstitisse. Aliunde tamen loca adferri possunt, sive Syri tantum esse dicantur, sive Hebræi atque Syri, quæ ex versione aliqua Græca depromta videntur. Sic Jeremiæ 31. versu 2. ubi in Hebræo legitur חן, & LXX. interpretati sunt θερμὸν, *calidum*, Aquila vero, Symmachus & Theodotio χάριν vertunt, Theodoretus hæc habet, τὸ θερμὸν, ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος οἰκτιρμὸν, τεθείκασιν; id est, *calidum, Syrus atque Hebræus, miserationem, posuerunt.* Et Ezech. 27. 24. ubi in Hebræo legitur במכללים בגלומי. Aquila vertit, ἐγκατασκευοῖς εἰλήμμασιν, *constructis involucris*; Symmachus, *pretiosis involucris*; Theodotio, ἐν μαχαλὶμ καὶ γαλιμά, *in machalim & galima.* Theodoretus vero Syri lectionem adfert his verbis, ἐν ἀποκρύφοις σκεύεσι· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύρος νοήσας ἡρμήνευσεν. i. *In occultis vasis: ita enim intelligens Syrus transtulit.* Et Ezech. cap. 38. v. 2. ubi legitur ראש משך notat Theodoretus, Τὸ δὲ Ρὼς κεφαλὴν ὁ Σύρος ἡρμήνευσεν, καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ κεφαλὴν Μοσὸχ τὸ Ρὼς Μοσὸχ ἡρμήνευσεν. i. *Syrus Ros caput interpretatur; & Aquila etiam Ros Mosoch, caput Mosoch; interpretatur.* Ibi vero S. LXX. Th. Ρὼς Μοσὸχ interpretati sunt.

Hæc sane loca; & alia longe plura, quæ proferre possemus versionem aliquam

Græcam ex Syro factam indicare videntur; neque enim facile crediderim scriptores illos Commentatoresque veteres qui Syri loca afferunt, vel Origenem, qui fortasse has Syri interpretationes in marginibus Hexaplorum posuerit, Syriacam ipsam versionem præ manibus semper habuisse, & loca quæ ab aliis Interpretibus discrepabant transtulisse. Quod tamen non ita exploratum esse arbitror, ut tuto affirmare possim.

Quod attinet ad lectiones illas, quæ frequentissime hâc præfixa notâ, ὁ Ἑβραῖος, occurrunt; certum quidem est illas non esse Aquilæ, contra quàm nonnulli arbitrati sunt, ut statim deprehendet is, qui hanc Hexaplorum collectionem percurret. Nam plerumque contingit ut post allatam τοῦ Ἑβραίου interpretationem, mox sequatur lectio Aquilæ, ab ea longe diversa. Alioquin ille, quisquis tandem fuerit, Hebræus, non tam scrupulose verba vocesque singulas sectatur, quam Aquila. Hebræi porro nomine intelligi fortasse possunt Hebræi illi Doctores, quibus in Scripturis explicandis utebantur veteres, maximeque Origenes, de quo ait Hieronymus Apologia ad Rufinum, *nec dedignatur Scripturam interpretans per singula loca quid Hebræis videatur inserere.* Hebræis item Doctoribus usi sunt Eusebius, Hieronymus aliique. Origenes vero qui Judæos frequenter adibat, ut de Scripturæ littera edoceretur, inde frequentes τοῦ Ἑβραίου interpretationes in marginibus Hexaplorum forte posuerit. Neque tamen omnes, quæ ad nos usque devenerunt τοῦ Ἑβραίου lectiones ex Origene manasse videntur: nam verisimile est Eusebium, Diodorum, Hieronymum & alios a doctoribus suis Hebræis alias accepisse, quæ fortasse in hac collectione cum Origenianis permixtæ sunt. Hæc quoque non sine scrupulo dico. Quibusdam enim in locis, maxime in Libro Job, tam frequentes adsunt Hebræi Interpretis lectiones, ut facile credi possit eas ab aliqua versione Græca desumtas esse. Itaque donec clarius quodpiam veterum testimonium e tenebris emerserit, de his nonnisi hariolando loqui possumus.

CAPUT II.

De Textu Hebraïco.

I. Textus Hebraïcus, in Hexaplis descriptus, idem erat qui hodiernus, non autem priscus ille Samaritanus. II. Specimina quædam litterarum Hebraïcarum veterum. III. Ex quarumdam litterarum inter se similitudine quanta lectionum & interpretationum varietas orta sit. IV. De prisco Scripturam Hebraïcam legendi more.

I. *Textus Hebraïcus, in Hexaplis descriptus, idem erat qui hodiernus, non autem priscus ille Samaritanus.*

EUSEBIUS Hist. Eccl. Lib. 6. ait Origenem ad Hexapla concinnanda πρωτοτύπους, sive primigenias & authenticas Hebræorum Scripturas sibi comparasse, τάς τε παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφὰς, κτῆμα ἴδιον πεποιῆσθαι. Ubi optime notat Valesius, Eusebium sacræ Scripturæ Codices Hebraïcos ideo πρωτοτύπους sive primigenios vocare, non quod revera essent primigenium exemplar, & autographum ab Esdra conscriptum; sed πρωτοτύπους & & authenticos appellare comparatione facta cum Græcis Editionibus, tam Septuaginta Interpretum, quam aliorum, quæ erant interpretationes ad Exemplar Hebraïcum concinnatæ. Neque item putandum est, ut vir quidam doctus arbitrabatur,

illas πρωτοτύπους γραφὰς esse Samaritanam Scripturam, quam Origenes, Eusebius & Hieronymus ab Hebræorum peritissimis edocti, priscam esse Hebraïcorum characterum formam asseverant. Nam dilucide & nulla verborum ambage ait Eusebius eas esse litteras, quæ apud Judæos circumferuntur. Tunc vero temporis certissimum est refragante nemine, Hebraïcarum Scripturarum characteres eosdem fuisse, qui in hodiernis Bibliis Hebraïcis habentur. Non quo velim ne tantillum quidem discriminis inter illas veteres, & hodiernas intercessisse; ita ut ne vel minima mutatio in ullam Hebraïcarum litterarum successione temporum importata fuerit. Sed dico ita easdem esse, ut modicum a prisca forma recesserint. Querebatur olim Hieronymus de Hebraïcarum litterarum parvitate nimia: *Accedit*, (inquit Prologo cap. XX. in Ezechielem) *ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis senectute, aliquid sustinentibus beati Isaac, ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebræorum volumina relegere, quæ etiam ad solis dieique fulgorem litterarum nobis parvitate cæcantur.* Quæ fortasse de Exemplaribus tantum Hieronymi intelligi debent. Credibile quippe est apud Hebræos, perinde atque apud reliquas Orbis nationes, Exemplaria quædam minore, alia vero majore litterarum forma descripta fuisse.

II. *Specimina quædam litterarum Hebraïcarum veterum.*

Certum habetur apud Eruditos; Hebraïcos Bibliorum Codices manuscriptos, qui in variis Europæ Bibliothecis asservantur, non admodum remotæ vetustatis esse, paucosque haberi, qui superent annos quadringentos. Antiquiorem nullum novimus eo Pentateuchi volumine Bononiensi, de quo multa diximus in Diario Italico p. 399. & 400. quod annis ab hinc quadringentis Magistro Ordinis Dominicanorum Aymerico, quasi autographum Esdræ a Judæis oblatum fuit. Licet autem commentitiam hujusmodi vetustatem nemo prudens admittat, verisimile tamen est aliquot ante sæculis, quam Aymericus acciperet, exaratum fuisse. In hisce porro omnibus Codicibus eadem, ipsa, quæ in hodiernis Bibliis, characterum forma deprehenditur, ita ut nihil discriminis intercedat. Alias vetustiores formas conspicimus in lapillis duobus Basilidianorum, qui penes me sunt, Hebraïco charactere conscriptis, & quidem tertio circiter Christi sæculo ut putatur: ubi præter paucarum litterarum figuras, vix aliud quidpiam expiscari valeas; ut contingit etiam quando Abraxea hujusmodi Symbola Græce descripta sunt, quæ vix legi, raroque intelligi possunt. Subjungimus autem Alphabetum Hebraïcum ex Ms. RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni; ubi in Libro Threnorum Jeremiæ litterarum forma pluries depingitur a Calligrapho Græco; sed ita indiligenter, ut non secum ipse consentiat, & cum idem Alphabetum repetit, a priore quam posuerat forma sæpe deflectat. Ex iis vero formis eas delegimus, quæ magis ad litterarum Hebraïcarum figuram accedebant.

His prolatis vetustioribus litterarum Hebraïcarum speciminibus, jam de fin-

gulis ut olim ſcribebantur litteris pauca pertractare operæ pretium fuerit.

א Semper ita depictum fuiſſe videtur, neque ulla inter veteres & recentiores deprehenditur ſcribendi differentia. Eademque forma occurrit in lapillis Baſilidianorum.

ב Item a priſca forma non receſſiſſe ſuadent tum ſpecimen allatum, tum etiam ejus ſimilitudo cum littera כ, quæ & olim ab Euſebio in Pſalm. 33. obſervata fuit, & hodie in Libris Hebraïcis deprehenditur. Nam ait Euſebius has litteras parvo apice diſtingui, ut hodieque videmus, quod confirmat Hieronymus multis in locis. Ex hac porro formæ ſimilitudine factum eſt, ut aliis ב aliis כ legentibus, magna interpretationum varietas oborta ſit, ut infra pluribus oſtenditur.

ג Secundum hodiernas formas, magnam habet cum נ *nun* affinitatem. Sed abſimiliore olim figura has litteras deſcriptas fuiſſe putamus; non tam quia varie formantur in Alphabeto ſupra depicto, huic enim non multum fidimus; quam quia, vix aliam pro alia uſpiam lectam fuiſſe deprehendimus in Veterum interpretationibus; ſecus quam in litteris ſimilibus contigit.

ד Formam retinuiſſe ſuam arguunt tum ſpecimina vetuſtiora, tum maxime ejus ſimilitudo cum ר, quæ & hodie talis eſt, ut ſæpe vix diſtingui poſſint, & olim tanta fuit, ut innumeras pene interpretationes ex permutatione alterius cum altera profectas obſervemus: quamobrem ait Hieronymus in Ezechielem cap. 6. col. 734. *Poteſt & ob vicinam ſimilitudinem* DALETH *&* RES *Hebraicarum litterarum, quæ parvo apice diſtinguntur, vel Deblatha vel Reblatha appellari.*

ה in Alphabeto ſupra a forma τῦ ח *Heth* multum differt, ſecus quam hodie in Bibliis Hebraïcis, ubi hæ litteræ admodum ſimiles ſunt. Inter utramque vero litteram diſcrimen olim conſpicuum fuiſſe ſuadent, tum Alphabetum ſupra, ubi ה ſic Π, ח vero ſic H depingitur, tum maxime Interpretum conſenſus, qui has litteras non unam pro alia accipere ſolebant, quique tamen litteras quaſlibet inter ſe ſimiles, paſſim confundebant. Sane litteram ה olim ſuperne clauſam fuiſſe indicant alii manuſcripti, & quidem antiquiſſimi, ut Colbertinus in nota ad Pſalm. 71. v. 18. & Codex RR. PP. Jeſuitarum paſſim in Heſaia. In iis quippe vox ΠΙΠΙ, qua certiſſime Hebraïcum יהוה exprimitur, bis litteram ה ſupernæ clauſam exhibet ad modum litteræ Π Græcæ, qua in re conſentiunt cum Alphabeto ſupra.

ו olim pro י ſæpe lectum fuiſſe ſuadet Hieronymus, qui ait Epiſt. ad Suniam & Fret. in Pſalm. 129. *Pro* nomine, *ſive* lege, *apud eos legitur* THIRA; *quod Aquila interpretatus eſt* φόβον, *hoc eſt*, timorem; *Symmachus & Theodotio* νόμον, *id eſt*, legem, *putantes* THORA, *propter litterarum ſimilitudinem* IOD *&* VAU; *quæ tantum magnitudine diſtinguuntur.* In Alphabeto quoque ſupra eadem ipſa ſimilitudo deprehenditur, ita ut ad differentiam litteræ ו duo puncta ſuperſcribantur ſic ו̈. Ab Interpretibus quoque aliam pro alia lectam ſæpe deprehendimus. Veriſimile autem eſt lineam qua formabatur ו in quibuſdam ſaltem libris a ſuperiore parte reflexam fuiſſe ſic ו; unde contigit, ut pro ר ſæpe habita fuerit ab Interpretibus, ut infra videbitur: certe memoratus Codex unde Alphabetum ſupra depictum excerpſimus, in altero Alphabeto (nam Alphabeta repetit, ut diximus) ו quaſi ר delineat. Attamen in voce ΠΙΠΙ multoties repetita in Heſaia, quemadmodum & in Alphabeto ſupra, neutra littera י vel ו a ſupremo apice reflexa eſt.

De littera ז nihil obſervamus, niſi formam ejus in Alphabeto ſupra admodum corruptam videri. Eam vero cum alia quavis littera permutatam fuiſſe nuſquam a nobis obſervatum eſt.

De ח in ה verba fecimus.

ט Eadem pene forma ſcripta deprehenditur in Alphabeto.

י De hac littera actum fuit.

De כ in ב

ל hac circiter figura scribitur in speciminibus & in Alphabeto.

מ non multum deflexisse videtur a prisca forma.

De נ in נ diximus. In Alphabeto, cui non multa fides habenda, longe alia forma pingitur.

ס forma pene triangulari delineatur in Alphabeto sic ▷

ע pene similem huic habet formam in Alphabeto supra.

פ sine intermedia linea scribitur sæpenumero in Codice memorato, sed cum annulo.

צ & ק formas habent in Alphabeto vitiatas, an autem & in quo a prisca forma recesserint, ignoramus.

De ר vide in ד

ש non ob formæ similitudinem, sed ob soni affinitatem aliquando cum ס confunditur. Figura ejus vetusta similis est hodiernæ.

ח si fides Alphabeto paulum deflexit a prisca figura.

III. *Ex quarumdam litterarum similitudine quanta interpretationum varietas orta sit.*

Ex quarumdam porro litterarum Hebraïcarum cum aliis litteris similitudine incredibile est quanta lectionum & interpretationum varietas orta sit: Ex unius quippe litteræ commutatione voces longe diversa significant; nomina vero propria cum aliis confunduntur.

De ב quidem litteræ cum כ similitudine agit Euseb. in Psalm. 33. ubi de mutato Achimelech אכימלך in Abimelech אבימלך loquitur his verbis: ἡ τῶν βασιλειῶν γραφὴ Ἀχιμέλεχ περιέχει, ἐναλλαγῆς στοιχείου γενομένης οὐδὲν δεῖ κινεῖσθαι· παρὰ γὰρ τὴν ὁμοιότητα τοῦ στοιχείου τοῦ Βὴθ παρ' Ἑβραίοις καλουμένου καὶ τοῦ Χάφ, διαφόρως ἐξεδόθη τοὔνομα· σχεδὸν γὰρ ἓν καὶ ταυτόν ἐστι τὰ δύο στοιχεῖα, βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης. i. *Regnorum Scriptura Achimelech habet; ne litteræ commutatione quispiam moveatur: nam ex ea quæ intercedit inter litteras Bèth & Chaph, ut Hebræi vocant, similitudine, diverse nomen editum fuit: siquidem una eademque fere est duorum elementorum figura, brevissimo solum apice distinguente.* Ex illa vero אבימלך in אכימלך mutatione difficultas exurgit, quam ibidem solvere nititur Eusebius. Idipsum de litterarum ב & כ similitudine passim dicit Hieronymus. Par lectionis varietas observatur Josue 17. 2. in voce אביעזר Ἀβιέζερ, quam alius Interpres אכיעזר Ἀχιέζερ legit. Ex eadem ב in כ commutatione longe diversæ interpretationes prodeunt 1. Reg. 2. ubi vocem נשכרו quam Vulgata vertit *se locaverunt*, & alius Interpres eodem sensu ἐμισθώθησαν, *mercede conducti sunt*, Aquila, qui legit נשברו, transfert συνετρίβησαν, *contriti sunt*, & LXX. qui vertunt ἠλαττώθησαν, *minorati sunt*, eamdem quam Aquila lectionem sequuti videntur. Itemque 4. Reg. 23. 7. בתים *domos*, LXX. qui legerunt כתים, χεττιεὶμ reddunt.

Et Job 36. 11. vocem יכלו, quam LXX. συντελέσουσι, Vulgata, *complebunt*, transtulêre, Symmachus, qui haud dubie legit יבלו παλαιώσουσι, i. *antiquabunt*, vertit. Psalmo autem 91. v. 11. ubi legitur בשמן *in oleo*, Symmachus haud dubie legit כשמן vertit enim ὡς ἐλαία, *quasi olea*, Prov. 14. v. 7. pro ובל-ידעת quod alii vertunt, *& nescies*, LXX. legerunt כלי דעת vertunt enim, ὅπλα αἰσθήσεως, *arma sensus sive cognitionis*. Item Prov. 21. 29. ubi legitur יכין Aquila & Symmachus, ἑτοιμάσει, *præparabit* transtulerunt. Vulgatus quoque Interpres, qui vertit, *corrigit* יכין legit. At LXX. יבין legerunt qui vertunt συνιεῖ *intelliget*.

Et Hesaiæ 3. 6. ubi legitur מכשלה Symm. & Th. ἀσθένεια *infirmitas*, Vulg. *ruina*. At LXX. qui reddunt βρῶμα מבשלה legerunt: nam בשל est *cibos coquere*.

Et Hesaiæ 5. 18. בחבלי Vulgata vertit *in funiculis*, lectionemque sequitur eam, quæ hodieque in Hebraïco exstat. At Aquila, Symmachus & Theodotio כחבלי legerunt, vertunt enim, ὡς σχοινίοις, *quasi funiculis*, & LXX. ὡς σχοινίῳ, *quasi funiculo*.

Longe

Longe plura in utramque litteram proferre possem; sed ad majorem varietatum fontem properandum est.

ד pro ר lectum, & vicissim ר pro ד passim reperitur in Scriptura. Sic Gen. 3. 17. בעבורך hodie legitur in Bibliis, & sic olim legit Aquila, qui vertit, ἕνεκά σου, *propter te*. LXX. cum ד legerunt בעבודך ἐν τοῖς ἔργοις σου *in operibus tuis*, Vulgata, *in opere tuo*; Theodotio autem, ut Aquila, legit בעבורך ἐν τῇ παραβάσει σου, *in transgressione tua*. Exod. 6. 16. vocem גרשון *Gerson* (est nomen filii Moysis), vetus quidam Interpres bis legit גדשון Γεδσών, *Gedson*. Levitici 19. 26. ubi legitur, *non comedetis cum sanguine*, Hebraïcum habet על-הדם & vetus quidam Interpres ἐπὶ τοῦ αἵματος *super sanguinem*; LXX. ר pro ד legerunt על-הרם vel על-הרים ἐπὶ τῶν ὀρέων, *super montibus*. Et Levit. 25. 10. דרור ab Hebraïzantibus, *libertas*, vertitur; à LXX. ἄφεσις, à Vulgata, *remissio*; Theodotio autem cum דדור legeret, nec hujus vocis significationem calleret, eam Græcis litteris expressit, δαδώρ, *dador*. Numerorum vero 16. 15. חמור legitur; significatque *asinum*, vel, ut Vulgata vertit, *asellum*; LXX. autem cum ד in fine, legerunt חמוד & interpretati sunt, ἐπιθύμημα, *desiderabile*, vel, *desiderium*, alius, δῶρον *donum*. 1. Reg. 14. 21. העברים A. Ἑβραῖοι, reddit, Vulgata, *Hebræi*; LXX. vero העבדים legerunt, ac δοῦλοι, *servi*; interpretati sunt. 1. Reg. 21. 7. & 22. 9. האדמי *Idumæus*: Primo loco vetus quidam Interpres; secundo LXX. legerunt הארמי *Arami*, verteruntque Σύρος, *Syrus*, & 1. Reg. 23. 15. & 19. חרשה Alii transtulerunt, δρυμός, vel ὕλη, *sylva*; LXX. vero, qui legerunt חדשה, καινή, *nova*. 2. Reg. 3. 4. & aliquoties initio ejusdem libri אדניה Alii, Ἀδωνίας, *Adonias*. LXX. vero ר pro ד, Ὀρνία. Job 9. 25. מני רץ *præcursore*: Symmachus & LXX. legisse videntur מני ראו, nam vertunt οὐκ εἴδοσαν, *non viderunt*. Sed observatu dignus est locus ille Psalm. 29. 8. *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem*, ubi illud, *decori meo*, respondet voci Hebraïcæ hodiernæ להררי, secundum quam Aquila & Quinta verterunt, ἐν τῷ ὄρει μου, *in monte meo*; Hieron. *monti meo*; LXX. qui vertunt τῷ κάλλει μου, *pulchritudini*, vel *decori meo*, haud dubie legerunt להדרי; Symmachus autem qui vertit τῷ προπάτορί μου, *progenitori*, vel, *primo parenti meo*; legisse videtur להורי, nam הורה est *progenitor*, nec infrequenter accidit ut ו cum ר commutetur, ut infra dicemus. Eadem commutatio τοῦ ד in ר observatur, Psalm. 109. ubi illud, *in splendoribus Sanctorum* lectionem Hebraïcam hodiernam exprimit בהדרי, atque ita legerunt A. LXX. Th. V. Verum Symmachus בהררי legit: vertit enim ἐν ὄρεσι, & Hieronymus, *in montibus*, Job 6. 10. עוד quod alii vertunt ἔτι *adhuc*, LXX. mutato עוד in עיר verterunt, πόλιν, *urbem*. Item Job cap. 36. v. 30. vocem אורו *lucem suam* LXX. legerunt אידו; sic enim eam Græcis litteris exprimunt ἠδώ, ubi mutatio τοῦ ר in ד & τοῦ ו in י observatur. Et Job 37. 4. ubi Hebraïcum habet יסרי, quo pacto legit etiam Symmachus: ibi LXX. & Vulgatus Interpres legerunt יסדי. Vide suo loco. Psalm. 76. v. 3. LXX. pro נגרה *defluxit*, legerunt נגדה *in conspectu ejus*. Eccles. 7. 23. ידע ut hodie legitur, vertit Vulgata, *novit*; sed Aquila legit ירע, qui transtulit, πονηρεύσεται, *improbe agit*, LXX. vero, κακώσει, *male adficiet*. Et capite sequenti versu 6. רעה Symmachus, κάκωσις, Vulg. *afflictio*. LXX. & Theod. γνῶσις, *scientia*, quia דעה legerunt. Hieronymus verò in hunc locum: *In Hebræo*, malitiam *habet*, *non* scientiam; *sed quia* RES *&* DALETH *litteræ Hebraïcæ, excepto parvo apice, similes sunt, pro* RAATH, *legerunt* DATH, *id est pro* malitia, scientiam. *Hoc melius sciet qui ejus linguæ habuerit notitiam*. Eamdem ipsam ד & ר commutationem observabis Proverb. 19. 23. Hesai. 8. 9. & 10. 28. & 16. 11. Itemque cap. 28. v. 9. & Jerem. 15. 12. & 31. 40. Item Prov. 28. 22. Amos 1. 5 Et Sophoniæ 3. 9. ubi vocem ברורה A. Th. ἐκλελεγμένον transtulerunt, Vulg. *electum*. Symmachus, καθαρόν, *purum*. LXX. vero qui legerunt בדורה, εἰς τὴν γενεὰν αὐτῆς, *in generationem ejus*; quo loco notat Hieronymus: *LXX. dixerunt*, in generationem ejus. *Et hinc error exortus est, quod verbum Hebraïcum* BARURA, *quod Aquila & Theodotio*, electum; *Symmachus*, mundum, *interpretatus est*, *LXX. legerunt* BADURA, RES *litteram* DALETH *existimantes, propter elementi nimiam simi-*

litudinem, quod parvo apice distinguitur. Et Hesaiæ 44. 21. Innumera pene similia adferre possemus, sed hæc erunt ad præsens institutum satis.

Observantur item mutationes frequentes τῦ ו in י: jam vidimus supra Job 6. 10. ubi alii Interpretes lectionem Hebraïcam hodiernam עור sequuti sunt, LXX. עיר legisse, & Job 36. 30. אירו legisse pro אורו. Sic etiam Psalmo 48. 4. vocem Hebraïcam ורונת ait Chrysostomus, Hebraïce legi ὀαγνὴθ: Psalmo autem 72. v. 7. ubi legitur עינמו *oculus eorum*, quam lectionem sequuti sunt Aquila, Symmachus, & Hieronymus, LXX. legerunt עונמו, qui vertunt, ἀδικία αὐτῶν, *iniquitas eorum.* Et Psalmo 1. 7. 16. vocem כפור, Veteres Hebraïce legunt χαφείρ, Chaphir, & Hesaiæ 38. 14 vocem סוס *equus*, Theodotio legit סיס σὶς, LXX. vero χελιδὼν, *hirundo*, verterunt: qua de re Hieronymus: *Pro* pullo hirundinis, *sive* hirundine, *ut LXX. transtulerunt, in Hebraïco scriptum est*, SUS AGOR, *quod interpretatus est Aquila*, equus agor; *Theodotio*, SIS AGUR: *media enim vocalis littera* VAV, *si ponatur inter duo* SAMECH, *legitur* SUS, *& appellatur*, equus, si IOD *legitur*, SIS, *&* hirundo *dicitur.* Et Jeremiæ 8. 7. סוס item legitur: in margine autem Hebraïcorum Bibliorum notatur legendum esse סיס, ubi Hieronymus: *Rursum pro* hirundine *Symmachus* cicadam *transtulit, quæ Hebraïce dicitur* SIS. Longe plura hujusmodi exempla proferre possemus: sed ab iis supersedemus, maxime quia illa τῦ ו in י mutatio plerumque sensum non alio transfert.

Sed mutatio τῦ ו in ר & vicissim, quæ nonnumquam occurrit, magnam interpretationum varietatem parit. Jam vidimus supra ad Psalm. 29. v. 8 Symmachum legisse להורי *progenitori*, pro להררי *monti.* Et Gen. 34. 2. ubi legitur החוי & LXX. Εὐαῖος Vulg. *Hevæus* transtulerunt, vetus alius Interpres, qui haud dubie legit החרי Χοῤῥαῖος reddidit. Sunt autem Chorræi vel Horræi altera gens Chananæorum. Et 4. Reg. 11. 16. ubi legitur סוסים LXX. τῶν ἵππων, Vulgata, *equorum* vertunt. Alius autem vetus Interpres, qui סרסים legit, εὐνούχων, sive *Eunuchorum* transtulit. Lib. 1. Regum cap. 20. v. 30. locum hunc difficilem בן־נעות המרדות vertunt hodierni Hebraïzantes, *Fili perversæ rebellionis.* Vulgata, *Fili mulieris virum ultro rapientis*, Symmachus, *Fili indisciplinatarum deficientium. LXX.* υἱὲ κορασίων αὐτομολουσῶν, aliter αὐτομολούντων, *Fili puellarum ultro venientium.* Pro נעות enim legisse videntur נערת *puellarum*, ר nempe pro ו ut supra.

Præter has ex commutatione litterarum ortas Interpretationum varietates, aliæ observantur ubi litteræ pro aliis etiam non similibus substitutæ deprehenduntur, vel ubi ex duabus una efficitur, ut Gen. 25. 8. ubi legitur אל־עמיו *ad populum suum*, alius Interpres vetus transtulit, πρὸς τοὺς περάτας αὐτοῦ, *ad transitores suos*, qui legisse videtur אל־עבריו. Et Num. 13. 34. נפלים Symmachus vertit τεράστιους *portentosos*, ac si legeretur נפלאים: Josue vero 4. 1. הכהנים *sacerdotes* LXX. vertunt λίθοι *lapides*, quia legerunt האבנים. Et 2. Reg. 18. 33. בלכתו, *in eundo ipsum*, vetus quidam Interpres legisse videtur בבכתו, qui vertit ἐν τῷ κλαίειν αὐτὸν, *in flendo ipsum*, sive, *cum fleret.* Et Psalm. 71. 14. דמם *sanguis eorum.* LXX. legerunt שמם interpretantur enim, τὸ ὄνομα αὐτῶν, *nomen eorum.* Proverb. 26. v. 17. legitur אזני: aliique omnes, *auriculas*, ut par est exprimunt. LXX. vero qui vertunt κέρκου הזנב haud dubie legisse videntur. Similia bene multa adferre possemus ubi Interpretes illi Veteres, sive varie legerint, sive varie legendum putaverint, longe disparatas interpretationes dederunt. At iis consulto prætermissis ad alia transeamus.

Ex modo etiam dividendi voces Interpretationum varietas oritur, ut Proverb. 18. 10. מגדל Aquila & Theodotio πύργος, *turris.* LXX. vero & Alius, מ habentes quasi præpositionem מן, rejecto ן, ἐκ μεγαλωσύνης, & ἐκ μεγέθους, *ex magnitudine*, vertunt.

Ex similitudine item soni aliquando litteræ nullatenus similes aliæ pro aliis accipiuntur, ut Psalm. 89. v. 11. vocem חיש *cito*, Aquila ἀνὴρ *vir* interpretatur, ac si legisset איש. Exod. 4. 26. vocem חתן vertit ἐσφράγισεν, ac si legisset חתם. Exemplum

singularissimum habetur Ezech. 13. 5. ubi לעמר *ad standum* ita verterunt LXX. ac si legissent, לאמר interpretantur enim λέγοντες, *dicentes*.

IV. *De prisco scripturam Hebraïcam legendi more.*

Fatentur eruditi omnes magnum intercedere inter veteres & recentiores in Hebraïcæ Scripturæ lectione discrimen; imo & eamdem ipsam in legendo varietatem suo tempore observari, ait Hieronymus Epist. ad Evangelum: *Nec refert*, inquit, *utrum* Salem *aut* Salim *nominetur: cum vocalibus in medio litteris perraro utantur Hebræi, & pro voluntate lectorum ac varietate regionum eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur.* Ex variis autem lectionum veterum fragmentis, quæ in hac nostra Collectione passim occurrunt, de modo legendi Veterum hic edisserere animus erat, indicareque in quibus Veteres a Recentioribus in legendo & pronuntiando differant, & in quibus inter se conveniant. Verum hæc in opportuniorem locum rejicienda duximus; nempe in præviam disquisitionem in fronte Hebraïci Lexici ad calcem hujusce Operis positam. Ubi accurate, quantum licebit, de modo legendi Veterum disputabitur.

CAPUT III.

De Historia LXX. vel LXXII. Interpretum, quæ Aristeæ nomine circumfertur.

I. Aristeanæ historiæ compendium. II. Quid de hac historia dixerint Aristobulus, & Philo Judæus. III. Quid Josephus. IV. Quam longe ab Aristeæ narratione aberraverit Justinus Martyr, & quinam ipsum sequuti sint. V. Epiphanius longe diversa ab Aristea & a cæteris refert. VI. Tota controversia in tres quæstiones dividitur. VII. Probatur Aristeæ Exemplaria quæ supersunt, genuina, cæterorum autem additamenta respuenda esse. VIII. Post Hieronymum asseritur LXX. vel eos, qui Pentateuchum transtulerunt, non reliqua interpretatos esse. IX. Utrum Aristeæ primigenia historia vera sit, an ficta & supposititia: adferuntur argumenta utrinque. X. Disputationis conclusio.

I. *Aristeanæ historiæ compendium.*

QUÆ ad historiam Aristeæ spectant, tot plena difficultatibus, tot agitata quæstionibus sunt; ut si luberet omnia prolixe tractare, singulorumque sententias expendere, longius a proposito nostro abduceremur: quia tamen eorum notitia intelligendis iis, quæ de Editione τῶν O. Hexaplari infra dicturi sumus, prorsus necessaria videtur, rem ita compendio explanare statuimus, ut nihil debeat ultra studiosus Lector desiderare.

Aristeæ Epistola ad Philocratem, quæ hactenus extat, & eruditorum manibus teritur, minutatim recenset ea quæ jussu sumtibusque Ptolemæi Ægypti Regis, pro interpretandis ex Hebraïco in Græcum sacris Scripturis, gesta sunt. Hæc autem ἐπιτομικῶς proferimus.

Demetrius Phalereus Bibliothecæ Ptolemæi Philadelphi Ægypti Regis præfectus, conquisitis undique Libris, eam usque adeo auxerat, ut plusquam ducenta voluminum millia complecteretur. Quod cum sciscitanti Regi, præsente tum Aristea, renuntiaret, adjecit effecturum se ut brevi ad quingenta millia librorum

d ij

numerus pertingeret, atque se narratu quorumdam comperisse, Judæorum leges dignas esse, quæ in ejus Bibliotheca reponerentur, dummodo ex Syriaca Lingua (ita vocabant multi, sed iis repugnat Demetrius,) qua conscripta erant, in Græcam converterentur. Nec mora, Rex decrevit ad Summum Pontificem scribere, ut quæ in optatis erant assequeretur. Tum Aristeas ea de quibus jam Sosibium Tatentinum & Andream Regiorum Custodum principes allocutus sæpe fuerat, Regi aperit; nimirum par esse ut missurus ad Summum Pontificem Legatos qui Judæorum Libros adferrent, Judæos omnes, qui a patre ipsius in captivitatem abducti fuerant, liberos remittat in patriam. Percontatus Rex quot Judæorum millia in Ægypto servituti addicta essent: Plus, quam centum millia esse, referente Andræa, audivit. Hinc converso in hilaritatem vultu Rex jussit liberos dimitti Judæos omnes, tum eos qui a patre ipsius, tum etiam alios qui antea in servitutem abducti fuerant, tradique dominis, qui hujusmodi famulitio utebantur, pro singulis capitibus viginti drachmas. Summa porro regii muneris fuit 660. talentorum.

Demetrius Phalereus postea libellum dat Regi, quo auctor est ut petat a Summo Judæorum Sacerdote Eleazaro sex ex quaque Tribu senes, honestate vitæ & peritia legum præstantes, ut plurium interpretatio fide dignior habeatur. Rex Oratores mittit Andream & Aristeam nostrum cum præstantissimis muneribus, quæ ibidem recensentur, & litteris Regiis, ubi de Judæis a servitute redemtis, de mittendis ad interpretationem Scripturæ Senibus, deque missis muneribus agitur. Has litteras excipit Epistola Eleazari ad Ptolemæum, ubi in gratiam beneficiorum fausta Regi Arsinoeque uxori & filiis apprecatur, & ex singulis Tribubus Senes sex interpretandis Scripturis se mittere profitetur. Deinde Senum cujusque Tribus nomina referuntur. Donorum postea forma præstantiaque fuse describitur. Sequitur narratio eorum quæ Jerosolymis Aristeas observaverat, Jerosolymorum nempe situm, Templi Jerosolymitani formam, Sacerdorum item ministerium, Eleazari Sacerdotum Principis sacra tractantis cultum, Arcis Hierosolymitanæ situm, urbis totius ambitum, agri & regionis fecunditatem, fructuum copiam & varietatem. Jordanem fluvium instar Nili exundantem terrasque irrigantem exhibet Aristeas, eaque in re falsi arguitur a multis.

Sub hæc de Senibus ab Eleazaro ex quaque Tribu selectis agitur: hi utriusque linguæ, Hebraïcæ nimirum & Græcæ peritissimi, & legum scientia clarissimi perhibentur. Postea de recta morum institutione, de vanitate deorum Gentilium, de legis Mosaïcæ præstantia excellentiaque multa edisserit Eleasarus. Hinc oblato Sacrificio Oratores, & una LXXII. a se delectos viros cum litteris ad Regem dimittit. Rex, qui venturos expectabat, eosdem perhumaniter excepit, deinde exhibitas sibi membranas ubi Lex aureis litteris descripta erat, venerabundus septies adoravit, ac præ gaudio lacrymatus est: & quia eodem tempore victoria navali adversus Antigonum potitus erat: eum sibi diem solennem & faustum quotannis fore denuntiavit: virosque eodem ipso die ad lautam cœnam invitavit. Accumbentes secum Senes variis ad vitam instituendam, regnumque moderandum quæstionibus provocat, quarum singulis Senes per ordinem interrogati sapientissime responderunt; ita ut septem dierum spatio, repetito eodem cœnæ more, LXXII. Senum singularum sententias exceperit, ac cujusque dictum laudibus celebrarit, denumque singulis talenta tria dono obtulerit.

Elapso post convivia triduo, Senes a Demetrio ad proximam insulam deducuntur, & in splendida domo locati, quotidie ad nonam usque horam Legis interpretationi dabant operam, Demetrio scribæ munere fungente. Atque etiam quotidie bene mane veniebant in aulam, & salutato Rege redibant in locum suum. Sicque collatis Exemplaribus, unàque congregati, septuaginta duorum dierum spatio interpretationem absolvunt. Demetrius totam interpretationem Judæis omnibus rum præsentibus recitavit, qui summis eam laudibus prosecuti sunt. Tum omnium

consensu, suadente Demetrio, diras imprecati sunt iis qui huic versioni aliquid addere, vel demere, vel in ea quidpiam immutare ausuri essent.

Rex fausto rei exitu lætus, & post lectionem Legislatoris sapientiam admiratus sciscitatur, cur Poëtæ & Historiographi nullam tanti operis mentionem fecerint. Respondet Demetrius sanctissimam Legem non potuisse sine periculo in scriptis exterorum usurpari. Theopompum enim & Theodecten, qui id aggressi fuerant, divinitus immissis pœnis coercitos fuisse. His auditis Rex Legem religiosa veneratione prosecutus est, eamque jussit summo studio asservari. Senesque rogavit ut in posterum se crebrius convenirent, ipsosque cum donis, & amplissimis muneribus Eleazaro summo Pontifici destinatis, domum remisit.

En totam Aristeæ & LXX. Interpretum historiam. Licet autem hinc hausisse putentur quotquot idem argumentum pertractarunt: attamen illi tum a se mutuo, tum ab Aristea illo, quem modo retulimus, multum differunt.

II. *Quid de hac historia dixerint Aristobulus & Philo Judæus.*

Qui primus Aristeæ historiam memoravit, tacito tamen Aristeæ nomine, est Aristobulus ab Eusebio Cæsariensi allatus (Præp. Evang p. 664.) qui de Scripturæ Hebraïcæ interpretatione jussu Ptolemæi Philadelphi, curante Demetrio Phalereo facta, carptim loquitur. Hunc quidam sub Ptolemæo Philadelpho, plures sub Philometore; alii sub postremis Ptolemæorum vixisse arbitrantur. Nec desunt qui fragmenta Aristobuli ab Eusebio allata, ex operibus supposititiis, & prima Christianæ rei ætate confictis, desumta esse putent.

Philo Judæus in vita Moïsis Lib. 2. historiam LXX. Interpretum commemorat, ac primo dicit Ptolemæum Philadelphum, quem summis laudibus extollit, pro interpretatione Scripturarum adornanda misisse ad summum Sacerdotem & Regem Judææ, qui unus & idem erat, ἐξέπεμψε πρὸς τὸν τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερέα καὶ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν. Ille vero peritissimos quosque delegit, qui de Chaldaïca in Græcam linguam (sic ille) Legem converterent. De numero autem Interpretum nihil uspiam tradit Philo. Pergit vero deinde, atque Interpretes in occulto nemineque præsente, versionem suam edidisse. Cum autem in Pharo insula hæc interpretatio facta fuisset, testificatur Philo ad suum usque tempus hujusce tantæ rei memoriam quotannis celebrari; ita ut non modo Judæi, sed etiam alii, in eam insulam transmeantes, gratiarum actionibus & conviviis tantum beneficium recolerent.

III. *Quid Josephus.*

Josephus, (Antiquit. Jud. Lib. 12. 2.) qui se ea quæ tradit ex Aristea ipso mutuatum profitetur, stylum Aristeæ omnino mutavit; ita ut etiam Epistolas variorum, quæ in historia eadem comparent, longe alia verborum serie describat. Nec modo verba, sed & res ipsas aliquando commutat, multa detrahit, non pauca de suo adjicit. Attamen eodem ipso Exemplari, quo hodiernus Aristeas ad nos usque transmissus est, usus fuisse videtur; licet enim plurimum variet in recensione; id ex more suo fecit, Scripturas enim sacras, quibus fere per totam Historiam utitur, paribus mutationibus passim vitiavit.

IV. *Quam longe ab Aristeæ narratione aberraverit Justinus Martyr.*

Justinus Martyr, Admonitione ad Græcos, longe alia narravit: Ait quippe Ptolemæum Ægypti Regem cum Bibliothecam Alexandriæ pararet, & Libros undique comportari curaret, audivisse antiquas historias Hebraicis litteris conscriptas superesse, ac legendi cupidum, Septuaginta viros Hebraïcæ & Græcæ Linguæ peritos accersivisse, qui interpretationem Græcam ederent, utque procul tumultu rem peragerent, LXX. viris totidem cellulas seu domunculas construi jussisse, eo consilio, ut quisque separatim inconsultisque aliis interpretationem

adornaret: miniſtriſque ad eam rem deſtinatis præcepiſſe, ne ipſos mutuo colloquia inire permitterent, ut collatis poſtea interpretationibus, de eorum fide peritiaque judicare poſſet. Cum autem eamdem omnes, ne minimo quidem verborum diſcrimine, interpretationem peregiſſent; ſtupefactum Regem Interpretes quaſi divinos homines muneribus cumulaſſe, domumque remiſiſſe. In rei fidem Juſtinus teſtificatur ſe domuncularum hujuſmodi rudera in Pharo inſula ipſis oculis conſpexiſſe: & ab indigenis quæ refert accepiſſe. Claudit demum, & Lectorem remittit ad Philonem & ad Joſephum, ubi tamen nulla cellularum mentio. In ſecunda vero pro Chriſtianis Apologia, ait Ptolemæum Regem cum libros undique parandæ Bibliothecæ comportari curaret, Herodem Regem rogaviſſe, Libros ſibi Prophetiarum tranſmitteret: ac cum Hebraicos Libros legere non poſſet, rurſum ab eodem Interpretes poſtulaſſe, qui Hebraica Græce converterent &c. Sic ille immanem profert anachroniſmum: nam Herodes annis circiter ducentis quinquaquinta poſt Ptolemæi Philadelphi obitum regnare cœpit.

Eamdem porro, quam Juſtinus, cellularum hiſtoriam refert Cyrillus Hieroſolymitanus. At qui proxime poſt Juſtinum ſcripſerunt, Irenæus, Tertullianus & Clemens Alexandrinus, de Hiſtoria LXX. Interpretum pauca loquuti, nihil de cellulis hujuſmodi narraverunt: ex quibus Irenæus & Clemens Alexandrinus verſionem eorum divino afflante ſpiritu factam aſſeverant. Euſebius vero de Præparatione Evangelica Lib. 8. Ariſteæ maximam partem refert, & cum Exemplaribus hodiernis ut plurimum conſentit.

V. *Epiphanius longe diverſa ab Ariſtea & a cæteris refert.*

Demum Epiphanius longe alia, quam cæteri refert. Et quia ejus narratio a multis pro veriſſima & ſinceriſſima omnium habita eſt, eam hic referre non gravabimur. In Libro de menſuris & ponderibus ſub initium, poſtquam Editionis τῶν O. præſtantiam prædicavit, eamque non ſine ſancti Spiritus afflatu factam aſſeruit, ſic proſequitur.

» Duo enim ac LXX. viri in Pharo inſula, quæ Terra ſuperior dicitur, e regione » urbis Alexandrinæ, in ſex & triginta domunculis ſive cellulis, bini ſcilicet in » ſingulis, a primo diluculo uſque in veſperam concludebantur. Veſpere autem » triginta ſex ſcaphis in Ptolemæi Philadelphi palatium tranſvecti, ad ejus epulas » adhibebantur. Tum bini in triginta ſex cubiculis dormiebant, ne mutuo collo- » quia miſcere poſſent; (ἀλλ' αὐθεντῶς ἑρμηνεύσωσι) ſed ſibi propriam nec ab » aliis acceptam interpretationem ederent. Ptolemæus enim triginta ſex illas, » quas dixi, domunculas in inſula paravit, eaſque duplices, in quibus bi- » nos concluſit, duoſque famulos, qui cibos pararent ipſiſque miniſtrarent, » ſimulque Tachygraphos ſive Notarios. In illis porro domunculis, nullas parieti- » bus feneſtras effecit; ſed e tecto ſuperne illas aperuit, quas anaphotidas vocant. » Hoc illi modo a primo diluculo ad veſperam obſeratis foribus (ὑπὸ κλεῖδα) » incluſi ſacras Litteras tranſtulerunt. Unicuique vero Interpretum pari liber unus » tradebatur; exempli cauſa, Geneſis uni; Exodus alteri, Leviticus alii: atque » ita cæteri. Sic porro viginti ſeptem Sacræ ſcripturæ Libri, qui duo & viginti » ſecundum Alphabetum Hebraïcum numerantur, Græcum in ſermonem converſi » ſunt.

» Habent enim Hebræi 22. Litteras, e quibus quinque duplicantur, Caph, Mem, » Nun, Phi, & Aleph. Quamobrem cum Libri hac ratione viginti duo nume- » rentur, ſeptem ac viginti reperiuntur, quod ex illis quinque duplicentur &c.

» Igitur ſeptem & viginti illi libri, qui viginti duo numerantur............ » eo quem dixi modo per ordinem unicuique Interpretum pari traditi ſunt, ſcilicet » a primo pari ad ſecundum, a ſecundo ad tertium tranſierunt, donec ſexies ac tri-

gesies singuli Græce conversi sunt, ut quidem narratur. His viginti duo addendi sunt Apocryphi.

Postremo absolutis omnibus Rex in sublimi solio consedit: aderant triginta sex Lectores cum triginta sex Exemplaribus, & alter qui Hebraïcum antigraphum tenebat. Uno legente aliisque attendentibus, nihil repertum est discriminis. Sed admirandum Dei opus accidit, ut notum esset, viros illos dono Spiritus sancti præditos, in illa solitudine consensisse; ita ut ubicumque aliquid addebatur, ab omnibus simul adderetur; & ubi demebatur, ab omnibus pariter demeretur. Et quidquid ademtum erat, inutile; quidquid vero relictum, necessarium esse deprehendebatur. Ut autem cognoscas eos mirum in modum, & ex Dei providentia, exque Spiritus sancti consensu interpretatos esse, exemplum tibi proferam &c.

Sub hæc autem Epiphanius rem a principio repetens ait: Ptolemæum Philadelphum, φιλόκαλον, καὶ φιλόλογον in ea urbis parte, quæ Bruchium appellabatur, Bibliothecam instituisse, eique Demetrium Phalereum præposuisse, qui cum magnam librorum omnis generis supellectilem comparasset, sciscitanti Regi quot librorum millia collegisset, jam quinquaginta quatuor millia cum octingentis haberi dixit: superesse tamen longe plures in orbe terrarum apud Æthiopas, Indos, Persas, Elamitas, Babylonios, Assyrios, Chaldæos, Romanos, Phœnicas, Syros & Græcos. Esseque præterea Hierosolymis, & apud Judæos Libros Prophetarum, eosque divinos, qui de Deo & de mundi creatione disserebant, quos hortatus est Regem ut accerseret, eaque de causa ad Doctores Jerosolymitanos scriberet. Cui Rex moremgerens, Epistolam Jerosolymitanis, ab Aristeanis omnibus longe diversam, scripsit, quæ αὐτολεξεὶ ab Epiphanio adfertur. In ea postulat Rex ad se transmitti Prophetarum Libros, ut in Bibliotheca sua reponerentur: in memoriam revocat præterita beneficia, quo pacto scilicet multos Judæorum populares in bello captos & in Ægyptum deportatos, liberos cum viatico dimiserit. Nunc autem mensam auream lapidibus pretiosis ornatam pondo quingentorum talentorum cum aliis muneribus mittere, ut voti compos efficeretur.

Missos postea Libros Hebraïce scriptos cum legere non posset, secundò scribere & Interpretes petere coactus est. Secundam postea adfert Epiphanius Epistolam Aristeanis dissimilem, licet Aristeam, vel Aristæum (sic ille) sibi auctorem profiteatur, ubi Ptolemæus Interpretes Hebraïce Græceque peritissimos postulat, qui Libros sacros de Hebraïco in Græcum convertant. Hebræorum Magistri delectu habito Septuaginta duos Interpretes designant: Sex videlicet ex singulis Tribubus, qui in Pharo insula, eo quo supra dictum est modo, sacros Codices interpretati sunt. Quo peracto, Libri illi in Græcum translati in priore Bibliotheca, quæ in Bruchio fundata est, repositi sunt. Post hæc alia rursus in Serapio Bibliotheca constituta est, longe illa minor, quæ hujus filia dicebatur, in quam Aquilæ, Symmachi, Theodotionis & aliorum editiones congestæ sunt post annos 250. Hactenus Epiphanius.

VI. *Tota controversia in tres quæstiones dividitur.*

Hac porro conspecta narrationum varietate, nemo mirabitur hinc tanta opinionum divortia facta esse. Licet autem nulla fere ex præmissis narrationibus cum altera plane consentiat; sed unaquæque vel in majoris momenti rebus, vel in minusculis differat ab aliis; attamen in tres præcipuas Quæstiones potest tota controversia reduci; nimirum, utra ex narrationibus γνήσιος sive primigenia sit; an ea quæ Aristeæ nomine hodieque circumfertur, quæque Senes una congregatos interpretationem adornasse perhibet, nulla facta mentione peculiaris Spiritus sancti afflatus; an vero ea quæ Senes sive solos in Septuaginta cellulis, sive binos in triginta sex domunculis inclusos, afflante numine interpretatos esse commemorat. Altera Quæstio, an LXX. Interpretes, vel qui priores Scripturam sacram de He-

braïco in Græcum converterunt, solam Legem, vel Pentateuchum, an etiam reliquos Libros interpretati sint. Tertia demum an Historia Aristeæ, sive ut primo prodiit, sive ut postea a Justino, & aliquot post sæculis ab Epiphanio allata est, vera sit, an conficta & supposititia.

VIII. *Probatur Aristeæ Exemplaria quæ supersunt genuina, cæterorum autem additamenta respuenda esse.*

Quod ad primam quæstionem attinet, certum est alter-utram ex narrationibus adulteratam fuisse; aut videlicet eam quæ Septuaginta duos Senes simul congregatos, mutuoque colloquia miscentes, interpretationem illam edidisse perhibet; aut eam quæ illos in Septuaginta cellulis separatos, aut binos in triginta sex domunculis inclusos, ut narrat Epiphanius, Scripturam afflante numine, ut ex mirabili omnium consensu probatum est, vertisse commemorat. (De aliis porro prope innumeris varietatibus, quæ inter narrationes illas intercedunt, brevitatis causa consulto tacemus.) Pro hac postrema sententia stant Justinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius, licet in numero cellularum variet, Chrysostomus, Augustinus: quibus accenseri possunt Irenæus & Clemens Alexandrinus, qui licet de LXX. cellulis nihil habeant, interpretationem tamen illam Spiritus sancti afflatu & inspiratione factam asseverant: Ex recentioribus autem Leo Castrius, Alphonsus Salmeron, aliique, eamdem sententiam amplectuntur, qui narrationem Aristeæ, qualis in hodiernis exemplaribus habetur, vitiatam & adulteratam: alteram vero de cellulis & de mirabili interpretatione veram germanamque esse pugnant.

Huic porro sententiæ refragatur Hieronymus, qui cellularum historiam mendacii arguit, & LXX. Senes afflante numine interpretatos esse negat. Sic ille Prologo in Genesim: *Et nescio quis primus auctor Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo exstruxerit, quibus divisi eadem scriptitarent, cum Aristæus ejusdem Ptolomæi ὑπερασπιστὴς, & multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint: sed in una Basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse Interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte; afflatus Rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem Libris per Septuaginta, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit; ut quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint.* Quæ postrema Hieronymi verba ut intelligas, scias oportet multa in Scripturis esse, quæ LXX. Interpretes vel prætermiserant, vel consulto tacuerant, quæ ab Evangelistis & ab Apostolis afferuntur. Quod eodem Prologo in Genesim affirmat Hieronymus, & passim in Commentariis, maximeque in Jeremiam. Sententiam porro Hieronymi amplectuntur plerique omnes hodierni eruditi viri: & putant cellularum historiam, mirabilemque illum consensum, ac Spiritus sancti afflatum, omnino supposititia esse. Certe Justinus Martyr, qui primus cellularum, & mirabilis Senum consensus historiam texuit, id ex rumore vulgi acceperat, ut ipse profitetur in Admonitione ad Græcos: αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ᾽ ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ᾽ αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε, Ἰωσήπου καὶ ἑτέρων πλειόνων. id est: *Ipsi qui Alexandriæ fuimus, & vestigia domuncularum in Pharo adhuc residua vidimus, & ab incolis, qui rem à majoribus acceperant, audivimus, hæc annunciamus: quæ ex aliis quoque ediscere potestis, ac potissimum ex iis, qui hæc enarraverunt, Philone, Josepho, aliisque pluribus.* Hinc sane conspicias ex populari fama loqui Justinum Martyrem, cum de cellulis & de miraculo tanto verba facit; nam Philo, & Josephus, quos allegat, ne verbum quidem de cellulis & de mirabili Interpretum consensu habent. Probabile igitur est Justinum ea, quæ de cellulis tradit,

tradit, ex iisdem fontibus accepisse, ex quibus acceperat Ptolemæum ab Herode Judæorum rege Interpretes vertendis Scripturis sacris postulasse. Qui Justinum secuti sunt, ejus auctoritate abrepti, explorandæ rei ne minimum quidem examen habuisse videntur. Epiphanius vero qui Justini narrationem in multis mutavit plurimaque adjecit, ex aliis fabulatoribus mutuatus putatur. Sane primigeniam Aristeæ historiam eam esse quæ hodie in Bibliothecis nostris extat, suadet Josephus, qui licet eam, pro more suo, quoad stylum & seriem in non paucis mutaverit, quoad sensum tamen & res gestas, presso vestigio sequitur; suadet item Eusebius, qui longissima Aristeanæ historiæ excerpta edidit in Præparatione Evangelica: itemque Hieronymus, qui Aristeæ quidem historiam agnoscit; sed additamenta posteriora reprobat.

VIII. *Post Hieronymum asseritur LXX. vel eos qui Pentateuchum transtulerunt, non reliqua interpretatos esse.*

Altera quæstio est, an LXX. Interpretes, vel qui priores Scripturam sacram de Hebraïco in Græcum converterunt, solam Legem seu Pentateuchum, an reliquos etiam Libros interpretati sint. Ratio dubitandi hinc primum exorta est, quod qui LXX. Interpretum historiam texuerunt, alii Legem tantum ab iis Græce conversam dicant, alii historias, alii Prophetas, Epiphanius universæ Scripturæ Libros. Hieronymus vero Comment. in Ezechielem cap. 16. v. 13. ait Eruditorum sui temporis opinionem esse, solos quinque Libros Moysi à LXX. versos fuisse. Ejus verba sunt: *Hoc in LXX. non habetur, qui forsitan Alexandriæ in Græcum sermonem Scripturas ex Hebraïca veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne Regem Ægypti viderentur offendere, dum à Deo Jerusalem debitum regnum esse commemorarent: quamquam Eruditi solos quinque Libros Moysi ab eis interpretatos esse putant.* Idem porro existimant Eruditi hodierni, quotquot videlicet Hebraïcum cum Editione illa, quæ Septuaginta Interpretum dicitur, contulere. Nam qui Pentateuchum verterunt longe peritiores fuisse videntur iis, qui cæteros Scripturæ Libros Græce sunt interpretati: stylus omnino diversus est; verba sæpe longe disparata Hebraïcis vocibus aptantur. Varietatis hujusmodi exempla multa proferre in promtu esset: verum quia res a doctis viris jam fuse & ex professo agitata fuit, nobisque ad alia properantibus non licet his diutius immorari, destinatum carpimus iter.

IX. *Utrum Aristeæ primigeniæ historia vera sit, an conficta & suppostitia; adferuntur argumenta utrinque.*

Tertia demum quæstio, illaque gravissima est: Num Aristeæ historia, sive illa quæ jam ejus nomine circumfertur, doctorumque manibus teritur; sive illa, quæ cum additamentis & mutationibus a Justino, vel ab Epiphanio adfertur, vera ac sincera, an vero conficta & suppositia sit. Cum autem additamentis illis fidem esse denegandam jam supra demonstratum sit, restat ut de primigeniæ Aristeanæ historiæ fide nunc agamus. Historiam illam prorsus fictitiam & commentitiam esse pugnant multi viri doctissimi; ex Catholicis Henricus Valesius, quem sequitur Joannes Bona Cardinalis, itemque Ægidius Menagius & alii: ex Heterodoxis Josephus Scaliger, Humfredus Hody in eruditissimo opere *contra historiam Aristeæ*, & novissime Antonius Van Dale in *Dissertatione super historia Aristeæ*: aliique quam plurimi.

Primo dicitur Aristeam illum, qui se & ortu & parentibus Græcum esse fingit, esse haud dubie Judæum Hellenistam, ut comprobant bene multa: exempli causâ Judaïcarum legum plena notitia, unius Dei cognitio nulla admixta Serapidis, Isidis, aliorumque, qui tum maxime Alexandriæ colebantur, deorum comme-

moratione. In ipsa narratione Hebraïsmi plurimi occurrunt: quæ omnia auctorem vere Judæum produnt.

Præterea objicitur, Demetrium Phalereum hic induci Bibliothecæ Regiæ Ptolemæi Philadelphi Præfectum, cum tamen Hermippus apud Diogenem Laertium narret, Demetrium Phalereum transfugam apud Ptolemæum Soterem Lagi filium, cum Ptolemæo Philadelpho adversatus esset, post mortem Lagidæ à Philadelpho relegatum fuisse, & morsu aspidis obiisse. Ad hæc Demetrius ille Phalereus homo facundissimus, & sua ætate Atticæ eloquentiæ facile princeps; isque deorum cultor, pravis moribus luxuque perditus; hic ab Aristea exhibetur vix Græce imo Barbare loquens in Epistola quam scribit ad Philadelphum; unius Dei cultor, utpote qui Hebræorum legem pro divina, omniumque sanctissima habeat, & diras imprecetur iis qui in translatione LXXII. Interpretum aliquid addere, vel demere, vel immutare ausi fuerint. Erunt fortasse qui huic argumento occurri posse putabunt, ex Cosmæ Ægyptii nuper a nobis editi narratu. Is enim in Topographia Christiana, quam Justiniano imperante edidit, non Demetrium Phalereum, sed Tryphonem Phalereum sub Ptolemæo Philadelpho Bibliothecæ Regiæ custodem fuisse dicit: qua admissa lectione, cadunt omnia illa argumenta, quæ stante Demetrio Phalereo alicujus momenti erant. At quid valeat hac in re scriptoris unius, & quidem inferioris ævi, testimonium, quando omnes a principio, qui Aristeam meminere Demetrium Phalereum habent. Certe nulli dubium esse potest primum illum Aristeam, Demetrium Phalereum item habuisse. Quare Cosmas Ægyptius vel memoria lapsus est, vel aliunde errorem est mutuatus.

Nec modo Demetrium Phalereum; sed etiam Ptolemæum ipsum Philadelphum, fratrum interfectorem, Sororis conjugem, cujus mollities, luxuria, scelera, ab historicis celebrantur; ita pium, legisque Mosaïcæ cultorem exhibet Aristeas, ut Regem Davidem vel Ezechiam dicas. Is allatas sibi Legis membranas, tanta veneratione prosecutus est, ut septies adoraret, ac præ gaudio lacrymaretur. Parem erga legem Mosaïcam cultum exhibent Græci omnes, quotquot in Aristeana historia memorantur, ut mira metamorphosi credas omnes, qui huic negotio intersunt, derepente proselytos factos esse.

Laudatur Ptolemæi Evergetis, (non Philadelphi ut quidam dixere) liberalitas, quod Sophoclis, Euripidis, & Æschyli Exemplaria ab Atheniensibus mutuatus, ut exscribi curaret; reservatis sibi Exemplaribus, apographa pulcherrima reddiderit, simulque summam quindecim talentorum, quam Atheniensibus oppigneraverat, iis in gratiam beneficii reliquerit. Sane quindecim talentorum summa tunc temporis magni habebatur; at quid dicas si computatis omnibus, quæ pro adipiscendis Legis exemplaribus a Philadelpho expensa sunt, captivorum videlicet pretio, donis Eleazaro, Templo, Senum cuilibet oblatis, plusquam mille ducentorum talentorum summam reperias? An non exhaustam plane Gazam regiam inferas? Nemo negaverit hæc fabulam sapere.

Mirum etiam videatur, quo pacto Eleazarus sex ex singulis Tribubus viros, Senes, bene moratos, doctos, Legis peritissimos, & utramque linguam, Hebræam scilicet & Græcam, apprime callentes; sic paratos & ad manum habuerit, ut rogatus statim miserit. Cum tamen Eleazari tempore, vel nulla vel modica Tribuum distinctio fuisse credatur.

Ad hæc victoriam illam de Antigono reportatam, eodem tempore, quo LXXII. Senes Alexandriam advenere ut narrat Aristeas, certum est multis ante annis, regnante videlicet Ptolemæo Lagi filio contigisse. Sunt & alia multa quæ contra Aristeanæ historiæ sinceritatem adferuntur: at postquam præcipua in medium adduximus, ab aliis recensendis compendii causa abstinendum putamus.

Alii pro Aristeæ historia stant, ejusque γνησιότητα propugnare nituntur; ex Ca-

tholicis, Serarius, Gretſerus, Paulus Pezronius, multique alii; ex Heterodoxis, Brianus Waltonus, Iſaac Voſſius, aliique inſignes viri. Non referam argumentum, quod ex Patrum teſtimonio ad tutandam Ariſteanæ hiſtoriæ veritatem quidam adferunt. Nam cum SS. Patres Juſtinus, Irenæus, Clemens, Cyrillus Jeroſolymitanus, eam præcipue hujus hiſtoriæ partem propugnare videantur, quæ reſpicit cellulas, mirabilem Senum in interpretando conſenſum, & Spiritus ſancti afflatum; quam tamen partem ut ſuppoſititiam & ſpuriam cum divo Hieronymo aliiſque doctis viris rejecimus: non poteſt hic pro Ariſteanæ hiſtoriæ defenſione Patrum illorum auctoritas opponi.

Verùm aliud in medium adducam, quod ſane validiſſimum putatur a multis: Ariſteas, ut oculatus teſtis rem ſuo tempore, ſeque præſente parteſque ſuas agente, geſtam enarrat; Rem, inquam, uſque adeo inſignem & ſingularem, ut neceſſario debuerit omnium ore celebrari, nec facile ex hominum memoria obliterari potuerit. Poſt Ariſteam Ariſtobulus vir inſignis, vel ipſius Ptolemæi Philadelphi tempore, vel ut alii exiſtimant ſub Philometore Alexandriæ ſcribit, & Ariſteanæ hiſtoriæ teſtimonio ſuo patrocinatur. Si ea falſa prorſuſque ſuppoſititia fuiſſet, an poterat Ariſtobulo ipſis Ægypti regibus tunc familiari fucum facere, etiamſi ponatur eum ſub poſtremis Ptolemæorum floruiſſe? Alexander item Polyhiſtor qui Olympiade circiter centeſima ſeptuageſima tertia ſcripſit, laudat Ariſteæ cujuſdam hiſtoriam Judaïcam; illam videlicet quam de LXXII. Interpretibus ſcripſit, ut putant eruditi. Poſt eum Philo hiſtoriam eamdem paucis tangit, ac licet de numero Interpretum nihil habeat, quia rem carptim enarrat, videtur tamen ea quæ dixit ex Ariſtea hauſiſſe, poſt eum Joſephus, ac demum Euſebius Ariſteanam hiſtoriam referunt eique patrocinantur. Nihil dicam de Juſtino & aliis, qui adulteratis Exemplaribus ſunt uſi. Si qua poſſit hiſtoria ſequentium temporum teſtimoniis confirmari, nihil ſane huic deeſt, ut talem firmitatem adipiſcatur.

Reponunt alii, Ariſtobuli & Alexandri Polyhiſtoris auctoritate id unum argui & probari, videlicet Ariſteæ hiſtoriam ante horum Scriptorum ætatem prodiiſſe: & Ariſtobulum quidem diu poſt Philadelphum vixiſſe; nam quod modò ſub Philadelpho, modò ſub Philometore ſcripſiſſe dicatur apud Euſebium; id Euſebii lapſu contigit, vel fortaſſe Librariorum, qui nomina commutarunt: nam Ariſtobulus ipſe, Philadelphum ejus, ad quem ſcribit, Philometoris πρόγονον vocat, qua poſita lectione, Philadelphi nomen mendoſe irrepſiſſe convincitur. Ariſtobulumque utpote Judæum Helleniſtam, hiſtoriam illam qua Interpretatio Septuaginta Senum ſummopere commendabatur, lubenter amplexatum eſſe; & ſi νοθείας agnoverit, in partem tamen fabulæ veniſſe. Siquidem omnes Judæi Helleniſtæ Interpretationem illam ſummo in pretio habebant, haberique volebant. Alexandrum Polyhiſtorem, ſi tamen vere de hac Ariſteæ hiſtoria loqui voluerit, ſolum indicare illam prodiiſſe ante ſuum ævum, quod fere omnes fatentur. Philonem, Joſephum & alios, ut ſolent oves gregariæ, priorum veſtigiis hæſiſſe, nec examinaſſe veramne an ſuppoſititiam narrationem adoptarent. Demum tam validas objectiones contra Ariſteanam hiſtoriam ſuperius allatas, non poſſe ſcriptorum ſequentium teſtimoniis enervari, quandoquidem multas quotidie narrationes deprehendimus eſſe ſuppoſititias, licet non a ſequentium modo ſæculorum ſcriptoribus; ſed etiam a coævis & ſuppatibus enarrentur.

X. *Diſputationis concluſio.*

His diutius immorari, quæſtionemque fuſius exagitare non libet. Quædam ſolum nobis in confeſſo habenda, & pro veris tuenda ſunt; nimirum interpretationem quæ τῶν O. ſeu LXX. vocatur, ſive illa a Septuaginta viris, ſive a paucioribus facta fuerit, eſſe veram & ſanctam fidei morumque normam; utpote quæ ab Apoſtolis non ſemel adhibeatur: ac non modo in Eccleſia Græca pro vera Scriptura

ſemper habita fuerit, ſed etiam in Eccleſia Latina prioribus ſæculis obtinuerit, quando ſcilicet vetus Itala, quæ ex Græco LXX. Interpretum facta fuerat, pro unica Scriptura ſacra agnoſcebatur, antequam Hieronymus hodiernam Vulgatam adornaret; licet enim multa eſſet inter Editiones, quæ tunc in uſu erant, varietas, omnes tamen Editiones ex LXX. manaverant; imo etiam hodie Pſalmi ex eadem veteri Itala in Eccleſia Latina in Scripturæ ſacræ Catalogo locum habent. Nihilque officere auctoritati Editionis ℞ O. quod ejus auctor vel ignoretur, vel quiſnam ſit in dubium vocetur, quandoquidem nihil officiebat veteris Italæ auctoritati quod quo interprete prodiiſſet ignoraretur. Non enim ex Interpretibus verſiones auctoritatem mutuabantur, ſed ex approbatione & admiſſione Eccleſiæ.

Quod autem Hieronymus in Editione ℞ O. multos nævos deprehenderit, ac multa ſecus quam oportebat de Hebraico Græce converſa redarguerit, id ejus Editionis auctoritatem neutiquam minuit vel infirmat: ut alicubi fatetur & ipſe Hieronymus: loca enim illa quæ Hieronymus reprehendit hujuſmodi ſunt, ut utrovis modo legas, æque pia ſententia remaneat.

Pro certo item habemus cellularum hiſtoriam, mirabilem illum Seniorum conſenſum, & ea quæ inde conſequuntur omnino ſuppoſititia eſſe, jureque ab Hieronymo reprobari. Itemque cum Hieronymo & Eruditorum turba puramus Interpretem Pentateuchi Græcum, omnino diverſum eſſe ab eo vel iis, qui reliquos Scripturæ ſacræ Libros interpretati ſunt.

CAPUT IV.

De LXX. Interpretum verſione, ut in Hexaplis erat.

I. De ſtatu Editionis ℞ O. antequam Origenes Hexapla adornaret. II. Origenes Editionem ℞ O. emendatam cum Aſteriſcis & Obelis in Hexaplis poſuit. III. De Aſteriſcorum & Obelorum uſu in Hexaplis. IV. De Lemniſcis & Hypolemniſcis. V. In hodiernis Editionibus LXX. Interpretum multa ex Editione illa Hexaplari deſumta deprehenduntur. VI. De mutationibus, quæ ab Origenis tempore in Editiones LXX. Interpretum advectæ ſunt. VII. De iis etiam mutationibus, quæ ex ſimilitudine quarumdam literarum admiſſæ ſunt. VIII. De diſtinctione capitum & verſiculorum antiquitus uſurpata.

I. *De ſtatu Editionis ℞ O. antequam Origenes Hexapla adornaret.*

CERTUM quidem eſt Editionem ℞ O. fidei morumque normam, in iis Exemplaribus, quæ in Eccleſia Dei admittebantur, nullam potuiſſe in iis ſaltem quæ ad fidem & mores pertinent, labem incurrere. In cæteris vero parem cum aliis omnibus Libris fortunam ſubiiſſe docet uſus & experientia. Id jam Origenis tempore acciderat: Exemplaria quippe Scripturæ, *tum propter Scribarum indiligentiam*, inquit ille, *tum propter quorumdam audaciam, pravamque Scripturæ emendationem; tum etiam propter eos, qui dum corrigerent, quædam pro arbitrio addiderunt vel detraxerunt*, multis in locis viriata erant. Idipſum non ſemel teſtificatur etiam Hieronymus, qui adjicit, præter ſupra memoratas mutationum, additionum, omiſſionumque cauſas, aliam a principio deprehendi: quia videlicet LXX. Interpretes, ſive ii qui prophetas primitus Græce tranſtulere, multa in Hebraico expreſſa, in ſua interpretatione conſulto prætermiſerunt, quod exiſtimarent Græcorum aliarumque

ἀμυήτων nationum oculis non exponenda esse. His omnibus ut medicam manum admoveret Origenes, ex aliis Editionibus errata, quæ in LXX. interpretum translatione occurrebant, emendavit, omissa adjecit, redundantia amputavit. Ea tamen cautela atque scrupulo, ut relicta priori lectione, quæ addenda vel mutanda erant Asteriscis notaret; quæ amputanda, Obelis.

Nec ab re erit hic omnes Scripturæ Libros percurrere, ut quid in singulis ab Origene præstitum fuerit uno intuitu possit studiosus Lector carptim observare. In Genesi, ut ex iis quæ supersunt fragmentis existimare licet, non tot mutationes factæ sunt, quot in aliis bene multis Scripturæ Libris, neque tantam Asteriscorum turbam adhibuit Origenes, quantum in sequentibus. In Exodo longe plura addidit & mutavit: nam præterquam quod cap. 28. sex integros versus, in LXX. non accurate positos, cum Asteriscis adjecit; insuper a capite 36. ad finem usque Libri omnia, quæ in Translatione τῶν O. sus deque versa erant, additis Obelis & Asteriscis suo ordini restituit, ut fusius in nota ad caput 36. ex antiquo Basiliensi Codice desumta, narratur. Libri Levitici, Numerorum, ac Deuteronomii, pari pene erant atque Genesis conditione. In Libros Josue & Judicum, innumeræ pene ab Origene mutationes advectæ sunt: ibi passim Asterisci pro omissis, & Obeli pro adjectis observabantur. In Libris Regum instaurandis Origenis nostri desudavit industria: in his enim multa loca emendatione opus habebant; maxime autem Libro 3. ubi historiæ non paucæ suis sedibus ejectæ peregrinis in locis versabantur. In Libris Paralipomenôn quid ab Origene præstitum fuerit non ita facile est indicare, quoniam in hac Scripturæ parte paucissima Hexaplorum supersunt fragmenta. In Libro Job octingenti circiter versiculi variis in locis desiderabantur, quos ex aliorum Interpretum translationibus, maxime vero ex Theodotionis Editione, cum Asteriscis adjecit Origenes. Tanti vero defectûs causa, si augurari liceat, hinc petenda est, quod tam obscuri Libri vertendi difficultate deterriti Interpretes, multa prætermiserint. In Psalmis vero, qui omnium manibus terebantur, longe pauciora, quam in Libro Job addita & detracta sunt: non rari tamen ibi erant Obeli & Asterisci. In Proverbiis non tanta fuisse videtur Asteriscorum & Obelorum turba, nisi circa finem, ubi quædam præpostere posita occurrebant. In Ecclesiaste plurima cum Asteriscis adjecta fuere, quorum pars non minima in Editionibus τῶν O. hodiernis remansit, ut infra dicturi sumus. In Canticis, ut quidem arbitramur, non multa erant Obelis & Asteriscis notata. In Hesaïa quid Origenes addiderit cum Asteriscis, quid demendum significaverit cum nota Obeli, quisque videre potest in Editione Procopii in Hesaïam, a Joanne Curterio adornata: ubi etiamsi bene multa hujuscemodi compareant, pauca tamen existimabuntur, si comparentur cum iis, quæ in Jeremia & Ezechiele occurrebant: in Jeremia quippe multa a LXX. Interpretibus omissa, cum Asteriscis ex Theodotione addita fuere: plurimaque insuper a capite 25. usque ad finem, transposita & confusa, nativo ordini restituta sunt: in Ezechiele innumera a Senioribus illis prætermissa cum Asteriscis addita fuere. Si quis vero formam trium Prophetarum, Hesaïæ, Jeremiæ & Ezechielis secundum Editionem τῶν O. Hexaplarem conspicere voluerit, adeat vetustissimum Codicem Prophetarum, ubi illa τῶν O. Editio Hexaplaris repræsentatur. In Editione τῶν O. Danielis Prophetæ, quædam addidisse cum Asteriscis, quædam Obelo notasse Origenem, ait Hieronymus. Sed quia, ut arbitrantur Eruditi, in Editione illa lacunæ frequentiores aderant, pro ea substituit Theodotionem, qui solus, ut testificatur Hieronymus, in Ecclesiis postea legebatur. In duodecim Prophetis minoribus pauca annotavit Origenes.

II. *Origenes Editionem τῶν O. emendatam cum Asteriscis & Obelis in Hexaplis posuit.*

Quod autem Editionem LXX. Interpretum illam, quæ in Hexaplis posita erat, Asteriscis, ubi quid additum fuerat, & Obelis ad superflua notanda distinxerit Origenes, clare docet Hieronymus, Epistola ad Suniam & Fretelam col. 627. *In quo*, ait, *illud breviter admoneo, ut sciatis aliam esse Editionem, quam Origenes & Cæsariensis Eusebius, omnesque Græcia tractatores κοινὴν, id est, communem, atque Vulgatam, & a plerisque nunc Λουκιανὸς dicitur; aliam LXX. Interpretum, quæ & in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, & à nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, & Jerosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur.......... κοινὴ autem ista, hoc est, communis Editio, ipsa est quæ & LXX. Sed hoc interest inter utramque, quod κοινὴ pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum, vetus corrupta Editio est. Ea autem quæ habetur in ἑξαπλοῖς, & quam nos vertimus, ipsa est quæ in Eruditorum Libris incorrupta & immaculata LXX. Interpretum translatio reservatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita & ab Hebræorum auctoritate discordet.* Igitur Editio LXX. Interpretum Hexaplaris illa erat, quæ ab Origene ad Exemplar Hebraïcum emendata fuerat, & pura atque immaculata, ab Hebræorum auctoritate non discordabat: illaque Asteriscis & Obelis distincta erat: quamobrem in iis Scripturæ partibus, ab Hieronymo ad fidem Editionis illius Hexaplaris Latinè conversis, quæ hodieque supersunt, in Job videlicet atque in Psalmis, Asterisci & Obeli conspiciuntur, ut quisque videre potest in Editione Joan. Martianæi nostri. Huc accedit nota Codicis Basiliensis X. sæculi, in cujus marginibus Hexaplorum lectiones ac notæ prima manu descriptæ fuere. Sic autem habet Exodi cap. 36. Ἐνταῦθά σοι γενομένῳ πάρεστιν ὁρᾶν πολλὴν τὴν διαφωνίαν τῆς τε προκειμένης, καὶ τῆς ἐν ἑξαπλοῖς διαφερομένης εἰς τοὺς O. καὶ οὐ τοῦτό φημι ὡς τοῖς κατηστερισμένοις ταύτης ἐκείνη διαφέρει· πολλαχοῦ γὰρ ταύτης τούτοις παρηλλάσσει· ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τούτοις μᾶλλον ἢ κατὰ τὸ ἄλλο τῆς γραφῆς ἔδαφος ἐνταῦθα πλεονάζει, καὶ ἃ μὴ οἱ ἀστερίσκοι δηλοῦσι παρεῖσθαι τοῖς O. κἂν τούτοις οὐδὲν ἔλαττον τὸ τῆς παραλλαγῆς εἶδος οἰκειοῦται. i. *Cum huc adveneris, multam deprehendes dissonantiam inter hanc Scripturam & eam quæ in Hexaplis habetur in Septuaginta Interpretum versione: neque solum dico illam, quoad ea quæ Asteriscis notantur ab hac differre, siquidem & in his illa sæpe ab hac dissonat; imo vero his (Asteriscis) multo magis abundat, quam aliut Scripturæ textus; sed etiam in iis quæ Asterisci non notant a LXX. Interpretibus omissa fuisse, non minor differentia deprehenditur.* Hæc ad verbum retulimus contra quosdam nuperos, qui existimant notas illas Obelorum & Asteriscorum non in Editione τῶν O. Hexaplari positas fuisse ab Origene; sed in alia seorsim adornata. Verum his tam apertis testimoniis eorum, qui Hexapla tractaverant, refragari non licet: quibus ad majorem fidem aliud adjicimus ex notis ad caput 14. Libri tertii Regum, ubi sic legitur: μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς Ἐξαπλοῖς κεῖται τὰ κατὰ τὴν νόσον καὶ τὴν τελευτὴν Ἀβιὰ τοῦ υἱοῦ Ἱεροβοὰμ μετὰ ἀστερίσκων; i. *Postea in Hexaplis jacent ea, quæ spectant ad ægritudinem & mortem Abiæ filii Jeroboam, cum Asteriscis.* Quid clarius? Hæc vero nota prodit ex antiquissimo Codice Romano, qui, vel exscriptus fuit cum Hexapla superessent; vel ex alio Codice ad fidem Hexaplorum exscripto, manavit. Plura proferre possemus: sed hæc erunt, ut spero, satis.

III. *De Asteriscorum & Obelorum usu in Hexaplis.*

Asteriscos & Obelos in Editione LXX. Interpretum Hexaplari usurpavit Origenes, ut quid ibi addendum vel demendum esset indicaret: quod tanta religione præstitit, ut quod adjectum erat præfixo Asterisco, sic ※, & postpositis duobus punctis crassioribus hac forma : statim emineret: quod vero expungendum putabatur, præmisso Obelo hac forma ÷ & adjectis duobus in fine punctis: in

ſerie tamen, his notis diſtinctum, remaneret. Hoc autem artificio vetus illa κοινὴ, ſeu vulgata LXX. Interpretum Editio, intacta ſimul & emendata conſpiciebatur: exceptis tamen iis locis ubi ordo Scripturæ perturbatus erat, ita ut multa præpoſtere ponerentur: ibi enim Origenes germanam & ad Exemplar Hebraïcum accommodatam ſeriem reſtituerat. Quæ poſt Aſteriſcum ponebantur, ex Editione Theodotionis ut plurimum excerpta erant; non infrequenter ex Aquila; interdum, ſed rarius, ex Symmacho; nonnumquam ex duobus vel ex tribus ſimul. Exempli cauſa: Job. 32. 12. ※ Θ. καὶ μέχρι ὑμῶν συνήσω· καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν τῷ Ἰὼβ ἐλέγχων, ἀντα-※ ποκρινόμενος ῥήματα αὐτοῦ ἐξ ὑμῶν· ἵνα μὴ εἴπητε, εὕρομεν σοφίαν τῷ κυρίῳ προσθέμενοι: ubi animadvertas, cum aliquid vel ex Theodotione vel ex aliis adjiceretur, ſi id initio, ſive in medio, ſive in fine lineæ jaceret, præmiſſo ſemper Aſteriſco additum fuiſſe, appoſitis poſt additamentum duobus punctis. Si vero additamentum illud ad plures lineas extraheretur, initio cujuſlibet lineæ Aſteriſcus appingebatur donec totum deſineret, ibique duo puncta craſſiora de more ponebantur: quæ tamen plerumque negliguntur in Manuſcriptis, præſertim quando additamenta hujuſmodi longiuſcula ſunt: qua in re Codicum morem religioſe ſequuti ſumus. In iis quæ ex Theodotione excerpta erant, frequenter ab eis Librariis, qui Hexaplorum lectiones in marginibus Bibliorum deſcribebant, ſic ※ O. Θ. vel ※ Θ. O. ponebatur: id vero ſignificabat in τοῖς O. reperiri ex Theodotione deſumtum. Sic Job 34. 25. ※ Θ. O. γνωρίζων αὐτῶν τὰ ἔργα &c. Similiter ex Aquila ſumebatur lectio, ſic Jerem. 22. 24. ※ A. ὅτι: Aliquando ex Symmacho, Job. 27. 18. ※ Σ. ἃ συνετήρησε: Ex Aquila & Symmacho. Jer. 3. 7. ※ A. Σ. ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς: Ex Aquila & Theodotione frequentiſſime Jer. 11. 13. ※ A. Θ. τῇ αἰσχύνῃ: Ex Symmacho & Theodotione rarius, Jer. 11. 22. ※ Σ. Θ. κύριος τῶν δυνάμεων Ex Aquila, Symmacho. & Theodotione ſæpiſſime, Jer. 11. 13. ※ A. Σ. Θ. θυσιαστήρια. Frequenter etiam ubi lectio ex Aquila, Symmacho & Theodotione prodibat, poſt Aſteriſcum οἱ Γ. id eſt, *tres Interpretes*, ponebatur, ſic Heſai. 38. 3. ※. οἱ Γ. Ω. δὴ κύριε:

In vetuſtiſſimis Codicibus Coiſliniano, Claromontano, ſive RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni & aliis, poſt Aſteriſcos nomina Interpretum a primis litteris deſcribuntur ut ſupra, ita ut frequentiſſime Aſteriſcus nomen præcedat, rarius autem nomen Aſteriſcum. Utrum vero ipſe Origenes nomina cum Aſteriſcis in textu ſuæ Editionis poſuerit; an id ſubſequenti ævo ab iis, qui Hexaplorum lectiones collegerunt, & in Bibliis poſuerunt, factum fuerit, non ita facile eſt divinare. Certe Codex ille RR. PP. Jeſuitarum in Jeremia & Ezechiele ſæpe Aſteriſcos in ipſo textu ponit, ſubjuncto plerumque a prima ſolum littera nomine Interpretis, ex quo lectio illa adjectitia deſumta fuit, ſic ※ A. vel ※ Θ. vel ※ οἱ Γ. Fortaſſe vero quia ut plurimum Theodotionis lectiones cum Aſteriſcis adferebat Origenes, Theodotionis nomen non ſolebat exprimere; Aquilæ vero quia rarius, & Symmachi quia rariſſime, interpretationes cum Aſteriſcis inſerebat, nomina a prima littera depingebat, ut indicaret non ex Theodotione pro ſolito verba decerpi. Sed hoc ex conjectura tantum dicitur.

Illa autem quæ cum Aſteriſcis textui τῶν O. inſerebantur, aliquando ad ſenſus integritatem & accuratiorem explicationem opportuna erant; ſed ut plurimum inutilia, & nimia ſcrupuloſitate conſarcinata; ita ut plus officerent, quam juvarent. Hebraïſmi quippe omnes quos, utpote a Græca lingua & dictione prorſus abhorrentes, conſulto prætermiſerant LXX. Interpretes, ubique exprimebantur: quæ quantam κακοφωνίαν Editioni Hexaplari inferrent, hoc exemplo declaratur. Jerem. 43. 6. ※ σὺν τὰς γυναῖκας, καὶ ※ σὺν τὰ τέκνα, καὶ ※ σὺν τὰς ψυχάς, ubi Hebraïcum habet את־הגברים ואת־הטף...... ואת־כל־הנפש: ibi illud σὺν ad exprimendam particulam, את notam accuſativi caſus apud Hebræos, ex Aquilæ Editione cum Aſteriſco inſeritur: quaſi vero ſi articulus את omnino exprimendus erat, non ſat apte redderetur per articulos Græcos τὰς & τά. Hujuſmodi ſupervacaneam dili-

gentiam, aut ut melius dicatur χαχεζηλίαν, ſexcenties obſervabis. Sic & Levit. 2. 2. καὶ δραξάμενος πλήρη τὴν δράκα ※ αὐτοῦ: ἀπὸ τῆς σεμιδάλεως ※ αὐτῆς: σὺν τῷ ἐλαίῳ ※ αὐτῆς: ubi pronominum illam repetitionem, quam Hebraïcæ linguæ propriam, ut inelegantem inutilemque reſpuerant LXX. Interpretes, cum Aſteriſcis reſtituit Origenes. Innumera his ſimilia in decurſu operis hujus animadvertet Eruditus Lector.

Alia quoque multa in verſione ſua prætermiſere LXX. quæ licet enuntiari poſſent, nihil ad ſenſum apte exprimendum juvabant. Sic Jer. 1. 18. hæc Hebraica verba ואני הנה נתתך LXX. verterant, ἰδοὺ τέθεικά σε, *ecce poſui te*, nihilque ad ſenſum deſiderabatur; Origenes vero prætermiſſam ואני vocem exiſtimans, cum Aſteriſco ex Symmacho defectum ſupplevit ※ Σ. ἐγὼ δὲ: ut ſic exprimerentur omnia hoc modo: *Ego autem ecce poſui te.*

Obelos ſimiliter ſæpe poſuit pro notandis iis, quæ cum in Hebraïco non exſtarent, in Editionem τῶν O. invecta fuerant: verum ſæpiſſime ea ut amputanda Obelis notavit, quæ a LXX. Interpretibus vel claritatis vel elegantiæ cauſa poſita fuerant, quæque licet in Hebraïco ad verbum non exprimerentur, ſenſui tamen illuſtrando commoda erant. Quæ porro notantur Obelo, aliquando dicuntur, ἀμφιβόλως, id eſt, *dubie*, jacere. Sic Codex Vaticanus, in illud Pſalmi 10. v. 4. *Oculi ejus in pauperem reſpiciunt*, ubi illud, *in pauperem*, non eſt in Hebræo, hæc habet, τὸ εἰς τὸν πένητα ἐν τῇ σελίδι τῶν O. ἔκειτο μόνον ἀμφιβόλως, id eſt, *illud, in pauperem, in ſola LXX. Interpretum columna dubie jacebat.* Dubie ſcilicet, quia licet in Hebræo Origenis tempore non jaceret, ibi exſtare potuerat LXX. Interpretum ævo.

Non modo autem ea, quæ ex Editione τῶν O. exciderant, cum Aſteriſcis ſupplevit Origenes; ſed etiam ſi quando Editio τῶν O. non videretur Hebraïcam veritatem accurate exprimere, Obelo notata priori lectione, alteram Aſteriſco ſignatam ex aliis Interpretibus adjiciebat, ſic ad illud הבו ליהוה בני אלים priori lectione Obelo, ſive melius lemniſco jugulata, alteram adjecerat ſic ÷ ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ ※ ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν id eſt: ÷ *Afferte Domino filii Dei* ※ *afferte Domino filios arietum:* quæ ambæ in LXX. & in verſione Latina remanſerunt. Sic & Heſai. 15. 3. וברחובתיה A. Σ. Θ. καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς O. καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις αὐτῆς.... Sed utraque lectio ab Hexaplari Editione deſumta in hodiernis Bibliis remanſit, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις αὐτῆς: itaque prima verſio Aſteriſco, ſecunda Obelo, vel potius lemniſco, notata fuerat, ſed notæ omnes a vulgatis Exemplaribus exciderunt. Rem ſimilem vide Ezech. 22. 5. & 23. 19. multiſque aliis in locis quæ longum eſſet recenſere. Verum in his exemplis non Obelos, ſed lemniſcos adhibitos fuiſſe puto, ut articulo ſequenti probatur.

IV. *De Lemniſcis & Hypolemniſcis.*

Lemniſcus Græce λημνίσκος, ſeu λιμνίσκος dicitur, ſed poſtrema lectio Græca mendoſe ex vulgari illa mutatione τοῦ η in ι inducta putatur. Ab Epiphanio autem hujus vocis λιμνίσκος etymon inde petitur, διὰ τὸ λιμνάζειν κλυζόμενον τὸ μότον ἐν τοῖς τόποις ὑγροῖς, id eſt, quod vitta illa, quam medici vulneribus curandis apponunt, in locis humidis humorum copia redundet. Sed hæc vocis origo jure reſpuitur a viris doctis. Nam λιμνίσκος vitiatum eſt, & ληµνίσκος ſcribitur. De cujus nominis etymo quid ſentiat vir Erudítiſſimus Bernardus Moneta paucis, ut ab eo accepi, expromam:

„ Athenæus pag. 200. Editionis Lugdunenſis, in prolixo Callixeni Rhodii loco, „ vocem λιμνίσκοις habet, quæ in margine ſic emendatur, λινίσκοις, atque ita legit Euſta„ thius in verſum 570. decimi octavi Libri Iliados, ubi hunc ipſum ab Athenæo „ allatum locum refert. Iſaacus vero Caſaubonus in Notis, aut ληµνίσκοις, aut λι„ νίσκοις legendum eſſe dicit, ſed neutram alteri lectionem præferre audet. Certum „ autem eſt, vocem ημνίσκος, quæ primitus anguſtam faſciam ſignificabat, ex

voce

voce λῆνος, lana, derivatam esse, quia ab ipsa origine fasciæ hujusmodi laneæ erant. Hinc vero Syracusani singulari formatione, loco τοῦ λανίσκος inserto μ, λημνίσκος fecerunt: quæ causa fuit ut hæc vox pro Syracusana haberetur. Hesychius, λημνίσκους τὰς φασκίας Συρακούσιοι ταινίας, subintellige λέγουσι. Hinc ad alia significanda usurpata vox fuit; nempe pro fasciis, quibus coronæ circumplicabantur; pro lineamento convoluto vulneribus inserendo; demumque pro nota Librorum, de qua Isidorus: *Limniscus, id est, virgula inter geminos punctos jacens, apponitur in iis locis, quæ sacræ scripturæ Interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt.* Hac triplici significatione vox λημνίσκος usurpata fuit; nempe ad res significandas angustis fasciis similes, quas Syracusani λημνίσκους vocabant.

Inde vocatus Lemniscus, sive linea vittæ more depicta cum duobus punctis, altero superne, altero inferne positis sic ÷ Ideo autem Lemniscos ab Origene usurpatos fuisse ait Epiphanius, ut cum in Editione τῶν O. repetitur aliqua vox non cohærens neque aliis connexa, hoc signo notatâ, noveris ab uno vel duobus Interpretum paribus ita versum fuisse; ab uno scilicet, cum uno solum puncto linea signatur —, tuncque vocatur, Hypolemniscus; a duobus vero quando punctum utrinque ponitur sic ÷ & tunc Lemniscus dicitur. Quod ut intelligas, Historiam cellularum triginta sex repetas oportet: ubi, Epiphanio narrante, LXXII. Interpretes bini, sive per paria distributi, Scripturis interpretandis vacarunt. Hoc itaque sibi vult Epiphanius, illas lectionum discrepantias, quæ in Origeniana Editione Lemnisco vel Hypolemnisco signabantur, esse varias translationes, quæ ab uno alterove Interpretum pari editæ essent. Hujusce rei duo exempla adfert; scilicet ex Psalmo 70. 15. καὶ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ubi adjungebatur, ἀναγγελεῖ τὰς δικαιοσύνας σου: & Psalm. 71. 14. καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα μου ἐνώπιον αὐτοῦ, ubi, ait Epiphanius, prius legebatur, καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα μου ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Et eodem Libro de Ponderibus, multis interpositis ait: Lemniscis insigniri eas voces quæ in aliquot LXXII. Interpretum, voce tantum non sensu variant, ut si quis, verbi gratiâ, pro ἐκέκλαγεν, dicat, ἐφθέγξατο, & pro ἦλθεν, ἐλήλυθε. Epiphanio similia narrat Hesychius in Psalmum 12. v. 6. ubi in hæc Hebraica verba אשירה ליהוה כי גמל עלי, hæc interpretatio occurrit in LXX. ᾄσω τῷ κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου. Hæc porro verba ᾄσω τῷ κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, *Cantabo Domino qui benefecit mihi*, totum versiculum Hebraïcum exprimunt, cætera redundant: quare Vaticanus Codex hic notat, τὸ καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου, οὐκ ἔκειτο παρ᾽ οὐδενὶ ἐν τῷ τετρασελίδῳ, οὔτε ἐν τῷ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ; id est, *Illud*, Psallam nomini Domini altissimi, *apud neminem in quadruplici columna jacebat: neque in Eusebio Pamphili, neque in Hebraïco.* Ibi vero notat Hesychius: τοῦτον τὸν στίχον δύο ζυγαὶ τῶν οβʹ ἑρμηνευτῶν εἶπον· διότι παράκειται σημεῖον τὸ διὰ τοῦ μέλανος, ὃ λέγεται λημνίσκος, διὰ μὲν τῆς κεραίας τῆς μέσης σημαίνει τὸν στίχον, διὰ δὲ τῶν δύο στιγμῶν, τῆς ἐπάνωθεν, καὶ τῆς ὑποκάτω, τὰς δύο ζυγὰς τῶν ἑρμηνευτῶν ᾐνίξατο. i. *Hunc versiculum duo paria Interpretum expresserunt, quare appositum est signum atramento delineatum, quod dicitur Lemniscus. Per mediam quidem lineam significat versiculum: per duo autem puncta, alterum supra & alterum infra, duo Interpretum paria subindicavit.* Ex Epiphanio itaque & ex Hesychio discimus, Lemniscum usurpatum fuisse, quando ejusdem vocis aut loci duæ translationes apponebantur, ut ex illa nota distinguerentur: quod autem de triginta sex Interpretum paribus & de totidem cellulis adjicitur, ab Hieronymo & a viris doctis pene omnibus exploditur veluti commentum.

Ad hæc, videtur Epiphanius secum pugnare: nam si triginta sex illa paria Interpretum, qui seorsim & aliis inconsultis interpretabantur, tam mirabili consensu interpretati sunt, ut ne minimum quidem interesset discriminis, ad quid illæ notæ ad indicanda discrimina? Si vero, ut ait Epiphanius, Lemniscus, qui duobus punctis notatur, significabat duo Interpretum paria secum convenire ab

aliisque discrepare; Hypolemniscus vero, qui uno solùm puncto notatur, unum par Interpretum ab aliis omnibus differre; quando ex triginta sex paribus, tria vel quatuor vel decem, vel duodecim vel plura differebant, quæ tunc nota adhibebatur? Nam si duo differre poterant, sine dubio poterant & tria & quinque & plura discrepare.

Quare hoc, utpote fabuloso, Lemniscorum usu rejecto, alius verior sinceriorque exquirendus est. Joannes Curterius Præfatione in Procopii Commentarium in Hesaïam, putat Lemniscos significare Interpretes aliquos verbis convenire, discrepare sensu; Hypolemniscos autem, & verbis & sensu discrepare. Sed id gratis & sine auctoritate ulla dicitur, nec intelligi potest quo pacto Origenes Lemniscos & Hypolemniscos ad talem usum destinaverit. Masius vero putat tunc appositos fuisse Lemniscos & Hypolemniscos, cum varias lectiones plures paucioresve Codices afferrent. An vero credibile est Origenem hisce notis ad Exemplaria τῶν O. varia remisisse, aut Exemplarium lectiones varias in ipso textu cum hisce notis apposuisse, nec ipse Origenes, nec alius quispiam hoc umquam dixit. Existimo igitur, quemadmodum Asteriscus ad omissa, quæ inserebantur, annotanda, & Obelus ad ea, quæ redundabant, jugulanda, ut ait Hieronymus, appositi sunt; ita Lemniscum adhibitum fuisse, ubi LXX. Interpretes lectionem quidem Hebraïcam exprimebant; sed non ita accurate atque distinctè: quæ causa erat ut illa in textu relicta, altera quæ melior videbatur, ex aliis Interpretibus petita, huic subjungeretur. Neque enim putandum est, Origenem virum admodum accuratum, qui tam diligenter vel levissima quæ addebantur Asterisco, & quæ demenda erant Obelo notabat, nullam apposuisse notam iis in locis sane frequentibus, ubi relicta priori lectione novam tamen addebat ex aliquo Interpretum desumtam. Exempla vero, quæ Epiphanius adfert, admodum perplexa sunt, ita ut vix inde quidpiam expiscari valeas. Quare iis prætermissis, aliud adferam unde possis Lemniscorum usum, secundum meam quidem sententiam, percipere. Psalm. 28. 1. in Hebræo legitur הבו ליהוה בני אלים, ubi LXX. verterant, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. Reliqui vero Interpretes, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. Ibi Origenes lectionem τῶν O. reliquit præmissa Lemnisci nota, & aliorum interpretationem adjecit Asterisco notatam, hoc pacto ÷ ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. ※ ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν: Ita ut Lemniscus doceret eam esse LXX. & Theodotionis lectionem: id enim duo puncta denotabant. Hunc fuisse Lemniscorum usum suadet supra allatus Hesychii locus, ubi sane quæ Lemnisco notabatur clausula, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου, non verbo tenus solum differebat a præcedenti, ᾄσω τῷ κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, sed re & sensu; atque hæc quidem ex Hebraïco & ex cæteris Interpretibus excerpta fuerat, altera vero ex LXX. remanserat. Hæc solùm conjectando dici possunt: cum enim nullo alio quam Epiphanio duce uti fas sit, omnia certe salebris plena sunt. Hypolemniscus vero, cujus hæc figura erat ‒̣ significabat secundum Epiphanium ex uno tantum Interpretum pari lectionem appositam emanare, esseque adjunctæ lectioni συναμφότερον καὶ συνάδελφον, id est, omnino synonymam; sic Epiphanius. Sed quod de 36. Interpretum paribus & de totidem cellulis narratur, jam ablegatum est; quare potius crederem Hypolemniscum tunc appositum fuisse, cum lectio illa notata, LXX. Interpretum solum erat, quod uno subtus lineam posito puncto indicabatur; Lemniscum vero cum duobus punctis, quando non LXX. Interpretum tantum, sed etiam Theodotionis erat. Cæterum ex similitudine quæ intercedebat Obelos inter & Lemniscos atque Hypolemniscos, non solum quantum ad formam, sed etiam quantum ad usum; factum est ut Lemnisci pro Obelis sint habiti. Nam uno excepto Hesychii loco supra laudato, nullam me Lemniscorum mentionem a tempore Epiphanii & Hieronymi uspiam reperire memini; in Bibliis scilicet manuscriptis, in Catenis, & in Commentariis.

V. *In hodiernis Editionibus & Mss. LXX. Interpretum, multa ex Editione illa Hexaplari desumta deprehenduntur.*

Narrat Hieronymus tempore suo Ecclesias varias variis LXX. Interpretum Editionibus usas esse. *Alexandria*, inquit, *& Ægyptus in LXX. suis Hesychium laudat auctorem; Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris Exemplaria probat; Mediæ inter has provinciæ Palæstinos Codices legunt: quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: totusque Orbis hac inter se contraria varietate compugnat.* Item in Epistola ad Augustinum, quæ est in postrema Editione 74. Hieronymus loquens ait: *Vis amator esse verus LXX. Interpretum, non legas ea, quæ sub Asteriscis sunt: imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnium Ecclesiarum Bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter inveniatur liber, qui ista non habeat.* Hinc ediscimus jam ævo Hieronymi Exemplaria LXX. Interpretum innumera Asteriscis & Obelis onusta fuisse: quæ Origenianæ notæ in plurimis Exemplaribus Manuscriptis Græcis hinc & inde sparsæ hodieque observantur; imo etiam in nonnullis Latinis, maxime in Libris Job & Psalmorum. Ex Editione illa Hexaplari multa in hodiernas Editiones transmissa deprehenduntur. Nec loquor tantum de Alexandrino Codice, qui Editionem illam Hexaplarem pene sequitur, ut videre est præsertim in Libro Judicum; nec de Editione Complutensi, ubi aliorum Interpretum lectiones, maximeque Symmachi, passim intermixtæ occurrunt; sed etiam in Editione Romana non paucæ deprehenduntur lectiones, quæ ab Hexaplari illa Editione manarunt, ut verbi gratia Job. 9. 3. in hæc verba יעננו Symmachus & Theodotio, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, quæ lectio in Editione Hexaplari posita fuerat, quia prisca τῶν O. interpretatio, ἵνα μὴ ἀντείπῃ non satis conveniebat: utraque tamen versio in textu relicta est, ita ut quæ præibat Symmachi & Theodotionis, Asterisco notaretur, altera vero Lemnisco, ut quidem existimo: deinde neglectis Asteriscis, ambæ lectiones remanserunt sic, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, ἵνα μὴ ἀντείπῃ. Et Psalm. 17. v. 36. hæc verba וענותך תרבני LXX. verterant, καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με, Theodotio autem, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει· utraque autem lectio in Hexaplari illa Editione posita, in hodiernis Bibliis conjunctim legitur. Similia multa frequenter occurrunt.

In Ecclesiaste vero σὺν præpositio, qua exprimere solebat Aquila particulam Hebraïcam את, notam accusativi casus, quamque Origenes in Hexaplari illa Editione præmisso Asterisco, sicubi occurreret, posuerat, non infrequenter reperitur in Editione Romana. Sic cap. 2. v. 17. καὶ ἐμίσησα σὺν τὴν ζωήν, & cap. 3. v. 17. σὺν τὸν δίκαιον καὶ σὺν τὸν ἀσεβῆ κρινεῖ ὁ Θεός, & similia quædam. Capite autem 7. v. 23. clausulam ex Aquila in Editionem τῶν O. invectam deprehendimus, ut videas in nota ibidem. Ex his porro mutationibus evenit, ut Editio LXX. Interpretum pura, & qualis erat ante Origenem, frustra quæratur hodie. Hinc item accidit ut Librarii dum Exemplaria LXX. Interpretum exscriberent, alias lectiones præfixo O. nota videlicet LXX. Interpretum, in margine notarent; ita ut minus periti rerum hujusmodi, mirentur ubi LXX. Interpretum textus exscriptus est, in margine notari LXX. Interpretes alio modo legere.

VI. *De mutationibus, quæ ab Origenis tempore in Editiones LXX. Interpretum advectæ sunt.*

Sæpissime etiam, præsertim Libro Judicum, in Codicibus Coislinianо, unciali charactere descripto, & Basiliensi, variæ lectiones in margine scribuntur cum nota O. Θ. quia scilicet ex Theodotione in Editionem τῶν O. cum Asteriscis ab Origene invectæ fuerant. Imo etiam Libro Judicum 6. 8. tres LXX. Interpretum

Digitized by Google

lectiones pro uno eodemque loco observantur. Præter eam enim, de qua egimus, varietatis causam, aliæ multæ haud dubie extiterunt. Nec potuit aliter evenire in Libro toties descripto; cujus tot varia in diversis regionibus Exemplaria ferebantur: nam ex alia Editione in aliam lectiones persæpe translatæ sunt. Non raro etiam contingit ut loca ex Editione τῶν O. adferantur vel a scriptoribus vel a Scholiastis, quæ jam in ea non comparent, quia nempe illa supplementa quæ cum Asteriscis addita fuerunt, in aliquot Exemplaria invecta sunt, in alia non item.

VII. *De iis etiam mutationibus, quæ ex similitudine quarumdam litterarum admissæ sunt.*

Inter præcipuas autem varietatum, quæ in Exemplaribus τῶν O. observantur, causas, locum habet illa litterarum Græcarum inter se similium frequens commutatio. Nam cum Origenis tempore, & aliquot postea sæculis, omnes Biblici Libri unciali charactere sine accentibus & spiritibus scriberentur, ac litteræ plurimæ inter se ita similes essent, ut vix distingui possent, hinc contigit ut sæpe una pro alia substitueretur, unde magna diversitatum sylva exorta est. Hæ vero maxime litteræ inter se commutari solebant Α, Δ Λ. α. δ λ. & Є, Θ. C, ε. θ. σ, & aliquando M, & N, quarum omnium mutationum ex multis pauca hic exempla proferimus.

Α. in Δ. Hujus mutationis perspicuum habet exemplum Hieronymus Commentario in Jerem. cap. 29. v. 17. ubi vocem שערים Theodotio σουαρὶμ expresserat, deinde vero Librariorum errore in σουδρεὶμ, mutato Α. in Δ. versum fuerat, qua de re Hieronymus: *quas Theodotio interpretatus est*, Sudrinas........ *quæ Hebraïce appellantur* SUARIM, *sed scriptorum vitio pro media syllaba, sive littera* alpha *Græcum* delta *inolevit.* Judicum cap. 3. v. 31. ubi Hebraïcum habet ענת LXX. Δινὰχ mendose pro Αἰνάθ mutato Α in Δ; Alius Λινάθ mutato Α in Λ. alius, Αἰνάθ melius. Et Judicum 1. 31. ubi legitur אחלב LXX. hodie habent Δαλάφ pro Ααλάβ, ut alii legunt.

Α in Λ. hujus commutationis exemplum vidimus supra: præterea vero Psalm. 30. 16. ad vocem Hebraïcam עתתי LXX. habent *οἱ κλῆροί μου*, *sortes meæ*, mutato Α in Λ: nam illa vox significat, *καιροί μου*, *tempora mea*, ut Reliqui Interpretes & Hieronymus verterunt: & Psalmo 80. v. 3. ad hæc verba כנור נעים Symmachus vertit λύραν ἡδεῖαν, *lyram dulcem*: ubi aliquot Exemplaria mutato Λ. in Α, αὔραν, *auram* habent.

Є in C. Psalm. 38. v. 3. in versione Aquilæ, Codex unus habet σιωπῆς σιγῆς ἀπὸ ἀγαθοῦ, pro σιωπῇ ἐσίγησα ἀπὸ ἀγαθοῦ: ubi Hebraïca sic habent דמיה חשיתי מטוב.

Є in C. Psalm. 76. 7. Eusebius lectionem Symmachi sic effert, ἀνὴρ σκωὼν τὸ πνεῦμά μου, pro ἀνηρεύνων τὸ πνεῦμά μου *perscrutabar spiritum meum*, ubi Hebraïca sic habent ויחפש רוחי.

Є in Θ. Aquila, Symm. Theodotio & Septima, in MSS. habent Βηθσαβεὲθ, pro Βηθσαβεέ, ubi in Hebraïco legitur בית־שבע Psalm. 50. 1.

M. pro N. LXX. Interpretes quater habent ὤμων pro ὄνων, *humeros* pro *asinis*, Josue 9. 4. & 10. 1. & 6. ubi in Hebraïco legitur חמורי.

Præter illas autem mutationum causas, aliæ non paucæ acciderunt propter similitudinem verborum vel soni. Sic Job. 39. 21. in Hebraïco legitur לקראת־נשק *in occursum armaturæ*, Vulgata, *in occursum armatis*; A. Th. Εἰς συνάντησιν ὅπλου, *in occursum teli*; *Sym.* Εἰς ἀπάντησιν καταφράκτων, *in occursum Cataphractorum*; ubi LXX. habent, συναντῶν βασιλεῖ, *occurrens Regi*, mendose pro βέλει, *telo*, ex similitudine soni & terminationis. Et sane βέλει posuerat Origenes in Tetraplis, ut ibidem annotamus; quia videlicet lectio illa vitiata βασιλεῖ, nondum in Exemplaria, quibus

usus est Origenes, manaverat. Psalm. 131. v. 15. vocem צידה verterant LXX. Interpretes θήραν venationem, atque ita legit Athanasius, Hieronymus quoque *venationem*; Aquila, ἐπισιτισμὸν αὐτῆς; Theodotio θήραν, ut & LXX. quæ lectio secundum hæc ex similitudine soni mutata est in χήραν *viduam*, & hactenus sic legitur in Vulgatis Exemplaribus. Item Hesai 14. 21 ubi in Hebræo legitur ערים LXX. πόλεων, ut liquet: posteaque πόλεων in πολέμων mutatum est. Alia longe plura his addere possemus, verum hæc erunt ad præsens institutum satis.

VIII. *De distinctione capitum & versiculorum antiquitus usurpata.*

Distinctio capitum olim nec hodiernæ similis, nec una fuit. Capita longe minora hodiernis erant, cujus rei exemplum habes infra Numerorum 4. 25. in nota, ex omnibus catenis MSS. desumta, quæ sic habet, τὸ Σαμαρειτικὸν, ἐπίσπαστρον καὶ δέρματα ὑακίνθινα· ἅπερ κατὰ τὸ ξ. κεφάλαιον ἐξόδου διφθέρας i. *Samariticum habet, tentorium & pelles hyacinthinas: quæ capite LX. Exodi vocantur diphtheræ.* In Exodo quadraginta solum capita habentur: locusque hic citatus exstat in capite 39. hodierno. In Codice illo Coisliniano vetustissimo unciali charactere descripto, ubi Octateuchus, & Libri Regum continentur, duæ singulis in Libris in capita divisiones in margine notantur, quarum unaquæque longe plura capita habet, quam hodierna. Discrimina paucis accipe.

In Genesi prima divisio in Codice Coisliniano CVI. capita exhibet; secunda in eodem Codice XCIX. hodierna L.

In Exodo prima divisio in Coislin. LXXXIV. capita habet; secunda in eodem Codice CX. hodierna XL.

In Levitico prima in Coislin. LIV. capita habet; secunda in eod. Codice LXI. hodierna XXVII.

In Numeris prima in Coislin. L. capita; secunda in Coislin. LI. hodierna XXXVI.

In Deuteronomio prima in Coisl. LXVIII. capita; secunda in Coislin. XCI. hodierna XXXIV.

In Libro Josue una capitum divisio observatur in Coisliniano, & quia Liber hic magna sui parte mutilus est, ibi ad caput decimum quartum dumtaxat pervenitur, quod cum nono capite hodierno concurrit.

In Libro Judicum nulla capitum distinctio occurrit in Coisliniano. Sed quoties Israëlitæ ob prævaricationem in servitutem rediguntur, in margine ponitur δουλεία α'. δουλεία β'. &c. Similiter ad singulos Judices, qui constituuntur, annotatur κριτὴς α. κριτὴς β.

Libro primo Regum prima divisio in Coislin. est LIII. capitum; secunda LXXIII. hodierna XXXI.

Libro II. Reg. prima in Coislin. est L. capitum; secunda LIII. hodierna XXIV.

In Libro tertio Regum divisio in capita, perplexa admodum, liber magna sui parte mutilus est, ita ut etiam totus Liber quartus desideretur.

Primam in Codice Coisliniano divisionem, eam dicimus quæ cum argumentis est, secundam, eam quæ sine argumentis. Verum hæc fusius in Bibliotheca Coisliniana propediem edenda.

Versiculi similiter longe breviores olim erant hodiernis, ut plurimis locis ac exemplis probavimus in Palæographia Græca, & infra in notis ad Librum Job passim. Sed quia in ea re viri etiam docti lapsi sunt, rati versiculos olim hodiernis æquales fuisse; unicum hîc adferam exemplum ex Libro Job cap. 21. v. 28. ubi tredecim versiculi secundum antiquum morem computati, sex hodiernos versus efficiunt. Tredecim autem versiculi στίχοι sic in quibusdam MSS. omnium vetustissimis στιχηρῶς scripti erant, ita ut ad singulos a linea inciperetur.

Ὅτι ἐρεῖτε, ποῦ ἐστιν οἶκος ἄρχοντος,
Καὶ ποῦ ἐστιν ἡ σκέπη τῶν σκηνωμάτων τῶν ἀσεβῶν.
Ἐρωτήσατε παραπορευομένους ὁδόν,
Καὶ τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ ἀπαλλοτριώσετε·
Ὅτι εἰς ἡμέραν ἀπωλείας κουφίζεται ὁ πονηρός,
Εἰς ἡμέραν ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαχθήσονται.
Τίς ἀναγγελεῖ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ;
Καὶ αὐτὸς ἐποίησε.
Τίς ἀνταποδώσει αὐτῷ, καὶ αὐτὸς εἰς τάφους ἀπηνέχθη;
Καὶ αὐτὸς ἐπὶ σορῶν ἠγρύπνησεν.
Ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ χάλικες χειμάρρου,
Καὶ ὀπίσω αὐτοῦ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται,
Καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀναρίθμητοι.

Moneo autem in fine Catenæ in Job in Anglia editæ, haberi totum Librum Job στιχηρῶς scriptum ad fidem veteris cujusdam Codicis.

CAPUT V.

De Aquilæ Editionibus.

I. Aquilæ historia. II. Aquila duas Interpretationes edidit. III. Utra ex duabus in Hexaplis posita fuerit. IV. An de industria Aquila quædam Scripturæ loca in alium sensum detorserit. V. Expenduntur loca ubi Aquila, quasi ob Christianismi odium male interpretatus, reprehenditur. VI. Quæritur utrum Aquila idem sit qui Onkelus, & utrum Thargum Onkeli aliquid adfinitatis habeat cum interpretatione Aquilæ.

I. *Aquilæ historia.*

AQUILAM ait Epiphanius fuisse πενθερίδην, hoc est affinem, vel ut alii vertunt, socerum, aut soceri socrusve filium Imperatoris Hadriani: Chronicon vero Paschale πενθερόν, sive socerum dicit. Id autem, ut plane fabulosum, a viris doctis merito respuitur. Paulo melioris notæ videntur alia quædam, quæ de Aquila tradit Epiphanius; at si qua sincera sint, ex ipsis Origenis scriptis desumta putantur: nam ut jam diximus, Origenes initio singularum versionum de Historia cujusque Interpretis quædam in Hexaplis posuerat. Verum inter illa Epiphanii dicta, non desunt quæ doctis viris suspecta videantur, ut pluribus dicitur infra.

Aquila igitur, ait ille, cum Jerosolymis ageret, restaurandæ urbi ab Imperatore Hadriano præpositus; atque Apostolorum discipulos, nuper Jerosolymam Pella reversos, fide florentes mirabiliaque patrantes cerneret, compunctus corde Christianismum amplexus est: elapsoque tempore Christi sigillum petiit & impetravit: neque tamen mores pristinos mutavit. Enimvero cum in vana Astronomiæ arte, quam Apotelesmaticen vocabant, institutus esset, solitamque ei operam daret; increpantibus Magistris, ac rem ut Christiano viro indignam vetantibus: ille contra pervicaciter repugnans, de fato disserendi, genesimque suam observandi nullum finem faciebat. Quamobrem ab iis, utpote salutem numquam consequuturus, Ecclesia pellitur. Ille quasi ignominia affectus, vanâ ductus verecundiâ, Christianismum ejurat, ad Judæosque declinans circumciditur. Tum vehementi studio percitus, Hebraïcæ Linguæ addiscendæ totum se dedidit: cujus perfectam adeptus notitiam, interpretationem ex

affectu suo concinnavit; ita ut quædam Scripturæ dicta præter LXX. Interpretum mentem ad alium sensum detorqueret, ac testimonia de Christo in divinis Scripturis expressa, aliò deflecteret, ignominiæque suæ absurdam apologiam pararet. Hæc ex Epiphanio. Utrum autem Aquila loca Scripturæ, quæ Christum prænuntiabant, de industria aliò deverterit, mox disquiremus.

Quod ait Epiphanius, Aquilam Hadriani tempore Scripturam Sacram interpretatum esse, ex ipsis Origenis scriptis mutuatus creditur. Certum enim videtur Origenem in Hexaplis suis singularum Editionum brevem historiam posuisse, ut ex his Eusebii verbis arguitur, qui Eccl. Hist. Lib. 6. cap. 16. de Quinta, Sexta & Septima Editionibus loquens, hæc habet: ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα, τίνος ἄρ' εἶεν οὐκ εἰδὼς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὕροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίοις Νικοπόλει, τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε. ἔν γε μὴν τοῖς ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. i. *Et cum ignoraret cujusnam essent, id solum significavit, se alteram quidem reperisse Nicopoli ad Actium, alteram vero in alio designato loco. Utque in Hexaplis Psalmorum post insignes illas quatuor Editiones, ubi non solum Quintam, sed etiam Sextam & Septimam Editionem apposuit, ad unam rursus annotavit, inventam illam fuisse Hierichunte in dolio, temporibus Antonini filii Severi.* Hæc Eusebius, qui ipsa Origenis Hexapla tractabat. Unde inferas Origenem in Hexaplis, singulorum Interpretum & Interpretationum brevem historiam texuisse, ubi tum alia quædam ad singulas pertinentia, tum maxime uniuscujusque tempus annotavit. Hinc autem hausisse putandus est Epiphanius id quod ait, Aquilam nempe sub Hadriano Imperatore interpretationem adornasse suam: quod etiam confirmari potest ex Justini testimonio, qui ait in Dialogo cum Tryphone: ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τολμᾶτε λέγειν μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἡσαΐου· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν. ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν. i. *Quandoquidem vos & Doctores vestri dicere audetis non dictum esse in Prophetia Hesaiæ*: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium; *sed*, ecce adolescentula in utero accipiet, & pariet filium: Ubi illud, ἰδοὺ ἡ νεᾶνις, &c. ex Aquilæ interpretatione sumtum est: unde inferas tempore Justini Martyris jam evulgatam fuisse Aquilæ Editionem, atque adeo antea factam, videlicet Hadriano principe, ut ait Epiphanius ex Origene, ut creditur, mutuatus.

Cætera autem, quæ adjecit Epiphanius de Aquila, non ex eodem fonte hausisse putandus est: nam quod narrat eum ab Hadriano restaurandæ urbi Jerosolymorum præpositum fuisse, perinde suspicioni obnoxium videtur, atque id quod ante dixerat, ipsum Hadriani socerum fuisse. Reliqua de Apotelesmatice, sive de genethlialogiæ usu, de baptismo, de ejurato postea Christianismo, de admissa circumcisione, deque adepta demum Hebraïcæ Linguæ perfecta notitia, majorem sane postularent auctoritatem, exque fabulosis Judæorum narrationibus manare potuerunt. Siquidem Judæi Aquilæ Editionem, eam videlicet quæ κατ' ἀκρίβειαν facta fuerat, magni faciebant, Auctoremque illius laudibus prædicabant. Hinc Origenes ad Africanum: *Sic enim Aquila, Hebraicæ lectioni serviens edidit: quem Judæi accuratissime omnium credunt interpretatum esse Scripturam: quo maxime uti solent qui Hebraïcam dialectum ignorant, utpote qui omnium maxime sensum assecutus esse putetur.*

II. *Aquila duas Interpretationes edidit.*

Duas autem Translationes edidisse Aquilam exploratum est; primam liberiorem, ubi etsi verba singula Hebraïca Græce exprimere satageret, sensum tamen apte reddere curabat, neque tam scrupulose voculas omnes sectabatur, ac cum seriem interturbaturas esse prospiceret, repræsentare negligebat: quod verum erat Interpretis officium. Alteram deinde versionem paravit, quæ κατ' ἀκρίβειαν vocita-

batur, id eſt, ſecundum exactam vertendi rationem, de qua Hieronymus in Ezechielem p. 716. *Aquilæ ſecunda Editio, quam Hebræi, κατὰ ἀκρίβειαν, nominant*: ubi tanta accuratione verba & voculas ſingulas Hebraïcas reddere curabat, ut de ſtyli barbarie nihil cogitaret. Ejuſmodi vero κακοζηλίας exempla multa proferre poſſemus; ſed, ut cætera taceam, quis non ægre ferat hæc Hebraïca verba, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ ſic expreſſa videre, ἐν κεφαλαίῳ ἔκτισεν ὁ θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν; nimirum ille ne particulam את, notam accuſativi caſus, prætermiſiſſe videretur, pro illa σὺν poſuit, quia את in nonnullis locis, σὺν vel μετὰ, id eſt, *cum* ſignificat. Idque ſexcenties repetiit, quod ſane magnam in ejus tranſlatione κακοφωνίαν intulit. Sed audiendus Hieronymus ad Pammachium de opt. gen. interpretandi: *Aquila autem proſelytus & contentioſus Interpres, qui non ſolum verba, ſed etymologias quoque verborum transferre conatus eſt, jure projicitur a nobis. Quis enim pro frumento & vino & oleo poſſit vel legere vel intelligere,* χεῦμα ὀπωρισμὸν στιλπνότητα, *quod nos poſſumus dicere* fuſionem, pomationemque & ſplendentiam. *Aut quia Hebræi non ſolum habent* ἄρθρα; *ſed &* προάρθρα, *ille* κακοζήλως *& ſyllabas interpretatur & litteras, dicitque* σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν, *quod Græca & Latina Lingua omnino non recipit. Cujus rei exemplum ex noſtro ſermone captare poſſumus. Quanta enim apud Græcos bene dicuntur, quæ ſi ad verbum transferamus, in Latino non reſonant: & e regione, quæ apud nos placent, ſi vertantur juxta ordinem, apud illos diſplicebunt.* Illud vero χεῦμα, ὀπωρισμὸν, στιλπνότητα, quod undenam ſumtum eſſet ante ignorabatur, ex Deut. 7. 13. nunc primo prodit in Appendice primi Tomi ex Codice Coiſliniano.

Aliquando item nulla habita generum ratione, ut Hebraïſmos exprimeret, ſingulare cum plurali copulavit, ut Gen. 5. v. 5. καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ τριάκοντα ἔτος, καὶ ἐννακόσια ἔτος, & vixit *Adam triginta annum & nongentos annum*, quia nempe vox שנה ſingularis formam habet, licet hic vim pluralis habeat, ut nemo non videt. Pari ratione nonnumquam pluralia, quæ vim ſingularis habent, ille pluraliter expreſſit: ſic Gen. 6. 2. בני אלהים οἱ υἱοὶ τῶν θεῶν, quia nimirum אלהים habet pluralis formam, ille pluraliter hic vertit: ubi Vulgata, *Videntes filii Dei filias hominum.* Ad hæc etymologias nominum verborumque ita conſectatur, ut nulla habita ſeriei rationе, eamdem vocem Hebraïcam ut plurimum eadem Græca exprimat, non cogitans idem verbum, ſi aliis diverſiſque jungatur vocibus, aliud ſignificare.

III. *Utra ex duabus in Hexaplis poſita fuerit.*

Ex illa porro duplici Aquilæ verſione, quæſtio exoriri poteſt; utra videlicet ex duabus in Hexaplis ab Origene poſita fuerit, an prima, an ſecunda, quæ κατ' ἀκρίβειαν vocabatur: & utrum ſemper eamdem adhibuerit Origenes in omnibus & ſingulis Scripturæ Libris; an modo unam, modo alteram appoſuerit. Non dubito eam in Hexaplis tertio loco poſuiſſe, quæ quia nimia accuratione concinnata erat, κατ' ἀκρίβειαν facta dicebatur; nempe ſecundam. Id vero ſuadet particula σὺν ſæpe poſita in iis, quæ ſuperſunt Editionis Aquilæ fragmentis, & alia nimiæ religionis veſtigia. Ex eadem etiam decerptæ fuere lectiones Aquilæ, quæ in Editione τῶν O. Hexaplari cum Aſteriſcis ab Origene poſitæ ſunt. Verum quia in locis Aquilæ, quæ frequenter in hac Hexaplorum collectione occurrunt, hæc tam ſcrupuloſa vertendi ratio non ubique obſervatur, hinc fortaſſe quiſpiam ſuſpicetur, ea, quæ elegantius exprimuntur, nec tantam præferunt Interpretis ἀκρίβειαν. ex prima ejus verſione, quæ liberiore interpretandi genere adornata fuerat, deſumta fuiſſe. Verum potuit Aquila, etiam in illa κατ' ἀκρίβειαν interpretatione, non ſemper eadem religione in vertendo uti: nec inſolitum eſt Interpretes quoſlibet modo litteræ hærere, modo elegantiore interpretandi genere procedere. Certum igitur habeo, Origenem in tertia Hexaplorum columna Aquilæ interpretationem illam poſuiſſe, quæ κατ' ἀκρίβειαν & ſecunda vocabatur, & lectiones Aquilæ illas, quas præmiſſis Aſteriſcis in Hexaplari τῶν O. Editione poſuit, ex ea accepiſſe.

IV. *An*

IV. *An de industria Aquila quædam Scripturæ loca in alium sensum detorserit.*

Una fuit Sanctorum Patrum, veterumque pene omnium mens & opinio, Aquilam ob illatam sibi ab Ecclesiæ Præfectis quam supra memoravimus contumeliam, (nam quod illi ex vero religionis pietatisque studio admiserant, injuriæ loco habebat;) infensum postea Christianæ religioni fuisse; ac loca Veteris Testamenti, quæ futurum Christi adventum prænuntiabant, de industria in Translatione sua depravasse, & in alium sensum detorsisse. Licet autem ea quæ de Christianismo ab Aquila ejurato Epiphanius tradidit non suspicione vacent, ut supra diximus; attamen sive a Christianis ad Judæos defecerit, sive Judæus ab exortu fuerit, ob Christianismi odium aliqua Scripturæ loca detorsisse putabatur. Sic Irenæus, Eusebius, Epiphanius, & aliquando Hieronymus; sic etiam Philastrius, Anastasius Sinaïta, aliique senserunt. Verum Hieronymus, qui parem de Aquila sententiam alibi tulerat, in Epistola quadam ad Damasum ait; eum non *contentiose*, ut alii arbitrabantur, sed *studiose* interpretatum esse. Imo Commentariis in Habacuc laudat illum, quod hæc verba: *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo*, secundum Christianorum mentem transtulerit; cum contra Symmachus & Theodotio, Christiani licet, in alium sensum declinarint. Et alibi quoque ejus defensionem suscipere videtur. Quare putaverim Hieronymum, in aliis locis ubi Aquilam quasi Christianis infensum carpere videtur, ex vulgari aliorum qui præcesserant sententia locutum esse; ipsumque tamen, qui plus quam cæteri omnes Aquilæ versionem tractaverat, alia opinione fuisse. *Aquila*, inquit in Epistola ad Damasum, *qui non contentiosus, ut quidam putant, sed studiosius verbum interpretatur ad verbum.* Et in Epistola ad Marcellam: *jam pridem cum voluminibus Hebræorum Editionem Aquilæ confero, ne quid propter odium Christi Synagoga mutaverit; & ut amicæ menti fatear, quæ ad nostram fidem pertineant roboranda plura reperio.*

V. *Expenduntur loca ubi Aquila, quasi ob Christianismi odium male interpretatus, reprehenditur.*

E re autem fuerit loca illa interpretationis Aquilæ, quæ a Patribus ut Christianæ fidei repugnantia reprehenduntur, hîc proferre; ut exquiratur, num re vera Aquila de industria hæc ad aliam mentem detorserit. Qui prior Aquilam simulque Theodotionem criminatur, est Irenæus Lib. 3. cap. 24. ubi ait: *non vera est interpretatio*, ecce adolescentula, *ut Theodotion Ephesius & Aquila Ponticus sunt interpretati. Hinc Ebionæi ex Joseph natum aiunt.* Agitur hîc de Hesaiæ loco 7. 14. *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* An autem ut locum detorqueret Aquila, sic versionem suam concinnaverit, nescio. Verisimile tamen est eum a voce παρθένος consulto declinasse, quia hac maxime prophetiâ utebantur Christiani pro sua tuenda fide. Imo nec vocem ἀπόκρυφος, *abscondita*, quam alibi pro Hebraïca עלמה exprimenda adhibet, hîc usurpare voluit; quia forte hæc interpretatio puellam, quæ virorum aspectui occulta manserat, atque ideo virginem exprimebat.

Eusebius Cæsariensis Comment. in Psalm. 90. v. 9. Aquilam & Symmachum carpit, quod doctrinam de Altissimo & de Domino, id est, de Patre & Filio; suspectam habentes, Ἰουδαΐζοντες, sive modo ad Judaïcam sententiam accedentes hæc Hebraïca verba כי־אתה יהוה מחסי עליון שמת מעונך sic transtulerint; Aquila nempe, ὅτι σὺ, κύριε, ἐλπίς μου, ὕψιστον ἔθηκας κατοικητήριόν σου: *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posui habitaculum tuum*; Symmachus vero, σὺ γὰρ θεὲ ἀφοβία μου, ὑψίστην ἔθου τὴν κατοίκησίν σου: *Tu enim, Deus, fiducia mea; altissimam posuisti habitationem tuam.* Quid Christianis officiant hujusmodi translationes, non satis perspicio. At

Eusebius vult hæc verba : *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posuisti refugium tuum*, ut in LXX. leguntur, sic intelligenda esse, ut illud, *Domine*, significet Filium; & illud, *altissimum*, quem pro refugio suo ponit Filius, significet Patrem : qua data interpretatione magis Arianismo favere videtur Eusebius, cujus scopus est Deum Filium longe minorem Deo Patre statuere, quàm Aquila & Symmachus Judaïsmo.

Hieronymus in Hesaïam cap. 49. v. 5. in hæc verba וישראל לא יאסף, ubi Aquila vertit, *Et Israel ei congregabitur*, hæc annotat. *De Aquila autem non miror, quod homo eruditissimus Linguæ Hebraïcæ in hoc loco aut simularit imperitiam, aut Pharisæorum perversa interpretatione deceptus sit, qui interpretari voluit*, & Israel ei congregabitur, *hoc est, Deo : cum verbum Hebraïcum* LO, *in hoc loco non scribatur per* LAMED *&* VAU, *quod si esset, significaret* ei *vel* illi ; *sed per* LAMED ALEPH, *quod proprie sonat* non. Hæc porro varietas interpretationum ex varietate lectionum haud dubie profecta est : nam alia Exemplaria לא & alia לו habebant, hodieque in Bibliis Massoreticis legitur לא & in margine לו קרי Nec quidpiam hinc in gratiam Judæorum colligi potest, quod non in aliis Scripturæ locis centies habeatur.

Philastrius Brixiensis de Hæresibus, Aquilam in crimen vocat, quod Psalmo 2. *v.* 2. ubi LXX. verterunt, *adversus Dominum, & adversus Christum ejus*, ipse transtulerit, *adversus Dominum & adversus unctum ejus.* Verum Aquila non hoc loco tantum, sed etiam alibi vocem משיח ἠλειμμένον, sive *unctum* interpretatus est ; quia nimirum putabat χριστὸς & ἠλειμμένος idipsum significare. Sed tamen non videtur a voce χριστὸς de industria abstinuisse : nam modo una, modo alia voce utitur, etiam ubi de Christo agitur. Sic Psal. 88. v. 52. οὗ ὠνείδισαν τὰ ἴχνη τοῦ χριστοῦ σου ; & Habacuc 3. *v.* 3. *in salutem cum Christo tuo.* Non improbabile tamen videtur Aquilam in odium Christianismi, ἠλειμμένοι fere semper posuisse, ubi משיח reperiebatur, ut a voce χριστὸς Christianis familiari, quâ Filium Dei compellabant, consulto declinaret.

Anastasius Serm. 9. in Hexaëmeron, impietatis Aquilam accusat, quod illud Gen. 2. 18. אעשה־לו עזר כנגדו verterit, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατέναντι αὐτοῦ i. *faciamus ei adjutorem e regione ipsius*, vel *coram eo.* Illud quippe κατέναντι αὐτοῦ, sic intelligi vult Anastasius, ἀντίδικον καὶ πολέμιον, *adversarium & inimicum*, quasi scilicet ex Aquilæ mente Deus homini mulierem quasi adversarium & inimicum dederit. Verum, ut norunt omnes Græce periti, κατέναντι αὐτοῦ hîc significat, *e regione ipsius*, sive *ut illi adstaret* : alioquin vox βοηθὸς adjutor, quæ præcedit, Anastasii interpretationem prorsus refellit. Quis enim putet Aquilam sic interpretari voluisse, *faciamus ei adjutorem adversarium ?*

IV. *Quæritur utrum Aquila idem sit qui Onkelus, & utrum Thargum Onkeli aliquid affinitatis habeat cum interpretatione Aquilæ.*

Multiplex quæstio movetur de Onkelo ; ac de ipso statim nomine quæritur, an Onkelos, vel Onkelus idem sit, quod Aquila. Sane Onkelos vox est Hebræis extranea, & peregrinæ gentis, quæ cum Hebraïce scribi cœpta est, aliquam mutationem novamque terminationem accepit. Id negari non posse videtur. Nulla autem vox propinquior τῷ Onkelos est quam Ακύλας, *Aquilas* vel *Aquila.* O enim & A passim permutantur & confunduntur : quare prorsus crediderim idem esse nomen Onkelos, vel Ankelas, & Ακύλας. Id vero confirmat Thalmud Hierosolymitanum, ubi *Aquila* sæpe hac fere nominis forma memoratur. Alia subinde quæstio oritur, num Aquila interpres ille Græcus idem sit qui Onkelos, cujus nomen, ut diximus, idem videtur esse quod Aquila ; an vero duo Aquilæ fuerint, quorum alius Thargum in Pentateuchum, alius scilicet is de quo nunc agitur, versionem Græcam quæ in Hexaplis ferebatur, edidit. Ex Rabbinis quidam Onkelum vel Aquilam Paraphrasis Chaldaïcæ auctorem, longe antiquiorem putant Aquila illo, qui versionem Græcam Hadriani tempore edidit ; qua de re

videndi Brianus Waltonus, & Nicolaus Serarius Prolegom. cap. XIV. Quæstiuncula 4. Alii eumdem esse putant Chaldaïcum Paraphrasten & Græcum Interpretem. Ut ut vero sit, certum est Paraphrasin illam Chaldaïcam nihil habere cum versione Græca Aquilæ affinitatis. Nam ut cætera taceam, in quibus omnes Interpretes consentiunt: vocem בראשית Gen. 1. 1. Aquila vertit, *ἐν κεφαλαίῳ. in capitulo*, Onkelos autem בקדמין *in principio*; moxque תהו ובהו Aquila, *κένωμα καὶ οὐθέν, inanitas & nihil*, Onkelos, צדיא ורקניא *deserta & vacua*, v. 2. מרחפת Vulgata, *& Spiritus Dei ferebatur*; *Aquila, ἐπιφερόμενον, superferebatur*; Onkelos, מנשבא *insufflabat*. Genesis cap. 2. v. 6. ואד Vulgata, *& fons*, Aquila, καὶ *ἐπιβλυσμὸς, & scatebra* vel *scaturigo*; Onkelos, ועננא *& nubes*. v. 7. וייצר Aquila, *καὶ ἔπλασε, & formavit*; Onkelos וברא *& creavit*. Gen. 3. 16. תשוקתך Aquila, *ἡ συνάφειά σου societas tua*; Onkelos, תאובתך *desiderium tuum* Gen. 4. v. 8. ait Origenes Aquilam expressisse, illud Caini dictum, *διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, egrediamur in campum*, vel *egrediamur foras*, quod tamen non legitur in Onkelo. Et Gen. cap. 6. v. 2. בני־האלהים Aquila *οἱ υἱοὶ τῶν θεῶν, filii deorum*; Onkelus, בני־רברביא *filii principum*, vel *magnatum*. Innumera congerere possem, unde liquidum foret, nihil esse inter Aquilæ versionem Græcam, & Chaldaïcam Paraphrasin, affinitatis. Sed hæc, ni fallor, satis erunt.

CAPUT V.

De Symmachi interpretatione.

I. Multipliciter errat Epiphanius & pugnantia loquitur, dum narrat Symmachum Scripturam vertisse ante Theodotionem. II. Auctor Synopseos Epiphanii errorem sensisse videtur. III. Chronicon Alexandrinum errorem Epiphanii emendavit, ut & Ado. IV. An duas interpretationes ediderit Symmachus. V. Quo vertendi genere usus sit: ac de annis Chronologicis primæ & secundæ ætatis, ut a Symmacho repræsentabantur. VI. Ejus Editio a veteribus admodum laudata. VII. Theodoro Heracleotæ non ita probatur.

I. *Multipliciter errat Epiphanius & pugnantia loquitur, dum narrat Symmachum Scripturam vertisse ante Theodotionem.*

EPIPHANIUS conspecto Hexaplorum ordine, ubi Symmachus ante Theodotionem positus, secundum locum in Græcis Editionibus occupabat, putavit Symmachum prius Theodotione Editionem suam concinnasse. Ideo ille narrationem, quam ex Veteribus, atque partim ut videtur ex ipsis Origenis scriptis acceperat, mire perturbavit & *ἄνω κάτω* dixit. Ait igitur Severi temporibus Symmachum Samaritanum, inter sapientes gentis suæ floruisse, atque ambitione & dominandi cupidine ductum, cum apud contribules voti compos esse non posset, ad Judæos descivisse, reductoque secundum illius temporis usum præputio, & accepta denuo circumcisione, inter Judæos connumeratum fuisse. Hactenus omnia quadrant. In hoc tamen differt ab Eusebio & Hieronymo; quod hi Ebionæum, id est, semi-Christianum & semi-Judæum, factum fuisse dicant: Epiphanius vero ad Judæos descivisse, & inter Judæos fuisse connumeratum narret. Sed Eusebii & Hieronymi testimoniis standum esse videtur: quippe qui Librum Symmachi viderint, ubi ex Evangelio Matthæi Ebionitarum dogma asserere nitebatur. Quod sane nonnisi Ebionitæ convenire potest. Mox autem Epiphanius probe

positam a se Chronologiæ notam evertit, cum ait: *Post hunc, tantillo elapso tempore, hoc est Commodo secundo, τοῦ δευτέρου, imperante, qui post Lucium Aurelium Commodum, tredecim annis imperavit, Theodotio quidam genere Ponticus, ex Marcionis Hæresiarchæ factione, cum hæresi suæ succenseret, ad Judæos defecit.* Quo posito calculo, interpretatio sub Severo facta, ætate præcesserit eam, quæ sub Commodo concinnata est, quæ sunt ἀπροσδιόνυσα. Cum præsertim ille Commodum designet eum, qui tredecim annis imperavit, cui post Pertinacem & Didium Julianum, qui paucis mensibus regnarunt, successit Severus. Hanc vero Chronologiæ rationem, alio commento asserere nititur Auctor Epitomes Libri S. Epiphanii de mensuris, quam infra edemus, cum ait, Symmachum versionem suam edidisse sub Commodo Severo; Theodotionem vero sub Commodo secundo: quæ sane ruunt & consistere non possunt: nullus enim Commodus Severus Imperator fuit, nullus post eum Commodus secundus exstitit.

II. *Auctor Synopseos Epiphanii errorem sensisse videtur.*

Auctor vero Synopseos, quam falso adscriptam Athanasio putamus, ex Epiphanio quidem hausisse videtur, ut ex verborum similitudine probatur; sed sive Epiphanii errorem senserit, sive emendatiore alio exemplari sit usus, in notis & calculis suis a vera Chronologiæ ratione minus recedit, quam Epiphanius: ait enim Symmachum sub Severo, Theodotionem sub Commodo interpretatum esse, *ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ, eodem tempore*; qui vera dicere comperitur si addas, *circiter*. Imo etiam sine addito atque temperamento dici forte potest, Theodotionem & Symmachum eodem tempore vertendæ Scripturæ sacræ insudasse, sed ita ut Theodotio prius, Symmachus autem modico post tempore interpretationem suam in lucem emiserint.

III. *Chronicon Alexandrinum errorem Epiphanii emendavit, ut & Ado.*

Auctor vero Chronici Alexandrini, postquam Theodotionis Editionem in annum Commodi sextum contulerat; & postea, ordine temporis procedens, Symmachi interpretationem anno Severi nono factam dixerat, sic claudit: *Hæc Epiphanius Cyprius de tribus Interpretibus Aquila, Symmacho & Theodotione narravit.* Hanc germanam veramque temporum rationem ab Epiphanio se accepisse testificatur ille: unde fortasse suspicio oriatur, Epiphanium ab imperito quodam homine vitiatum fuisse in Exemplaribus, quæ ad nos usque devenerunt, Auctoremque Chronici Alexandrini, longe diverso Exemplari & quidem emendatiore usum esse. Sed huic suspicioni reclamare videtur Editio Epiphanii hodierna, cujus verba Latine tantum brevitatis causa proferimus.

Post Aquilam hunc, & illius interpretationem, Adriano Imperatori succedit Antoninus cognomine Pius, & imperat annos viginti duos.

Hunc excipit Caracallus, qui & Geta, & Marcus Aurelius Verus dicebatur, annis septem.

Hujus tempore imperavit & Lucius Aurelius Commodus, annis perinde septem.

Pertinax mensibus sex.

Severus annis octodecim.

Hujus porro Severi temporibus, Symmachus quidam Samaritanus extitit, ex eorum numero, qui apud illos sapientes habentur &c. ut supra narravimus: Postquam vero Symmachi historiam texuit, ita pergit.

Post hunc e vestigio subsequenti tempore, id est, circa imperium Commodi secundi, qui post prædictum Lucium Aurelium Commodum imperavit tredecim annis, Theodotio quidam Ponticus, ex successione Marcionis Hæresiarchæ Sinopensis &c. Tam immanem rectæ Chronologiæ eversionem, tam præposteram Imperatorum Romanorum enumerationem, vel a Librariis, vel a temerario quopiam homine, in textum Epi-

phanii inductam fuisse vix crederem. Verique similius esse arbitror, Epiphanium indiligentem sane Chronologum, cum putaret Symmachi Editionem, quia ante Theodotionis versionem in Hexaplis ponebatur, esse hac antiquiorem, ut huic opinioni calculum accommodaret suum, hanc rebus & temporibus perturbationem attulisse: nam ubi postea, non multis interpositis verbis, Imperatorum seriem repetit, eos suo pene ordini restituit, quia nullâ factâ Symmachi mentione, nihil opinioni suæ repugnans offerebatur; sic autem habet: *Post Antoninum Pium regnavit Marcus Aurelius Antoninus, qui & Verus, annis novendecim.*

Post hunc Commodus alius imperat annis 13. cujus tempore floruisse diximus Theodotionem, qui quartam interpretationem edidit.

Commodum hunc excipit Pertinax; & imperat menses sex.

Hinc Severus cum Antonino filio, annis 18. Mortuo Severo succedit Antoninus.

In hac postrema recensione Commodum non loco suo movit, quia cum nulla sub Severo Symmachi mentio fieret, nihil præconceptæ a se opinioni repugnabat, quæ opinio tam alte animo ejus defixa erat: ut licet veterum & forte Origenis ipsius testimonio edisceret, Theodotionis editionem sub Commodo, Symmachi sub Severo prodiisse, mallet ipse Severum ante Commodum locare, quam Theodotionis Editionem Symmachi versione antiquiorem fateri. Quamobrem ubi paulo postea Lectorem monet, caveat ne, quia LXX. Interpretes post Aquilam & Symmachum in Hexaplis locantur; existimet Aquilam & Symmachum esse LXX. Interpretibus antiquiores, neutiquam monet, ne Symmachum priorem Theodotione pari de causa putet. Chronici igitur Alexandrini Auctor, in calculis peritior Epiphanio, ex duabus supra memoratis Imperatorum recensionibus, ab Epiphanio editis, veram utriusque Interpretis ætatem, quasi ab Epiphanio mutuatus, assignavit: nec enim ignotare potuit eam, quæ sub Commodo prodiit, Editionem, vetustiorem ea esse, quæ sub Severo. Ado item in Chronico veram Interpretum ætatem descripsit: nam de tempore Hadriani loquens ait: *per idem tempus Aquila Ponticus Interpres, secundus post LXX. oritur.* Et sub Commodo, *Theodotion Ephesius, Interpres tertius apparuit.* Idem sub Severo, *Symmachus Interpres quartus agnoscitur.* Theodotionem igitur ante Symmachum Editionem emisisse suam, ex iis quæ supra dicta sunt, liquidum est. Idipsum credidisse videtur Hieronymus, qui ait Comment. in Hesaiam cap. 58. v. 6. *Pro Catena, LXX.* σύνδεσμον; *id est, colligationem, sive vinculum transtulerunt; Aquila sicut supra, errorem interpretatus est: Symmachus in Theodotionis scita concedens* torquem *posuit.* Quo indicat Symmachum in Editione sua secutum esse interpretationem Theodotionis, utpote antiquioris; confirmatur etiam Irenæi loco: ubi carpit ille Aquilam & Theodotionem tantum, quod cap. 7. Isaïæ vocem עלמה verterint νεᾶνις, *adolescentula*, non παρθένος *virgo*, ut LXX. Interpretes. Si autem Symmachus jam Editionem suam publicam fecisset, cum & ipse νεᾶνις, transtulerit, an prætermittendus erat ab Irenæo? At cum ex Chronico Alexandrino, anno Severi nono Symmachus Interpretationem suam concinnaverit, non potuit ab Irenæo reprehendi, qui anno circiter secundo ejusdem Imperatoris Martyrium passus esse putatur. Hinc vero corrigas velim nostram ad Synopsin Scripturæ sacræ notam, ubi post Dionysium Petavium diximus, Symmachum Editionem suam emisisse ante Theodotionem.

IV. *An duas interpretationes ediderit Symmachus.*

Quâ vero permotus causâ ad Scripturam Græce interpretandam animum appulerit Symmachus, docet idem Epiphanius: quia nimirum Samaritanis infensus erat, translationem novam aggressus est, ut Samaritanorum Interpretationes everteret. In Epitome Epiphanii de ponderibus mox edenda legitur; εἰς διαστροφὴν τῶν παρὰ Σαμαρείταις ἑρμηνευτῶν, *ad eversionem Interpretum Samaritanorum*: hasce porro Interpretationes Græcas fuisse, ex conjecturis admodum probabilibus supra statuimus.

Duas Symmachum Editiones emisisse, certum videtur; nec mirum est Epiphanium id præteriisse, quandoquidem nec de duplici Aquilæ Editione, quæ pluribus testimoniis asseritur, verbum fecit. Hieronymus vero duas etiam Symmachum emisisse testificatur Comment. in Nahum cap. 3. v. 1. ubi ait: *In Hebræo habetur*, PHEREC MALEA, *quod interpretatus est Aquila*, ἐξαυχενισμοῦ πλήρης, *id est*, excervicatione plena; *Symmachus autem*, ἀποτομίας πλήρης, *quod possumus dicere*, credulitate *vel* severitate plena. *In altera ejus Editione reperi*, μελοκοπίας πλήρης, *id est*, sectionibus carnium, & frustis per membra concisis plena. Duæ etiam eæque diversæ Symmachi lectiones adferuntur Hesaï. 47. 2. Osee 12. 11. Psalm. 109. v. 4. Et in Appendice Exod. 28. 14. In Libris item 1. & 2. Regum binæ nonnumquam Symmachi interpretationes adferuntur. Vide etiam sodes Jeremiæ 20. 3. & Jer. 30. 31. in Nota. Sed quia ejusmodi exempla non ita frequentia sunt, conjectandi locus est Symmachum non duas omnino diversas Editiones emisisse; sed quam priorem emiserat aliquot in locis emendasse, verbaque alia identidem substituisse pro aliis. Alioquin si duas, perinde atque Aquila, prorsusque varias interpretationes concinnasset, quid causæ est cur, cum longe elegantior & melior Interpres a multis habitus sit, quam Aquila, tam paucæ tamen ex altera ejus Editione lectiones adferantur, quando tot tantaque ex secunda Aquilæ Editione supersunt? Hæc conjectando solùm dicta sint: res enim non ita explorata est, ut tuto possimus sententiam ferre.

V. *Quo vertendi genere usus sit: & de annis Chronologicis primæ ac secundæ ætatis ut a Symmacho numerabantur.*

Interpretatio Symmachi clarissima & elegantissima omnium est. Res ille ut plurimum apte ac dilucide exprimit: non verba singula scrupulose referre studet ut Aquila; non LXX. Interpretes presso vestigio sequitur ut Theodotio; sed vel in difficillimis locis sensum ita legenti exhibet, ut statim intelligatur. Hebraïsmos raro sectatur. Summopereque curasse videtur, ne quidpiam in Græca serie poneret, quod Græcum lectorem Hebraïce ignarum offendere posset: ea tamen cautela, ut Hebraïcum Exemplar unicum sequendum sibi proponeret, nec quidpiam ex Editione τῶν O. ubi cum Hebraïco non quadrabat, in interpretationem suam refunderet. Quamobrem in annis Chronologicis ab Adamo usque ad Abrahamum, missa Septuaginta Interpretum supputatione, Hebraïci semper textus annos exprimebat, ut testificatur Eusebius Emisenus in loco, quem ex Manuscriptis excerptum retulimus in notis Gen. 5. 5. *Hebræus*, inquit ille, *& Syrus & Symmachus in Genealogiis centum annos minus semper ponunt: exempli causa, scriptum est in LXX. quod Adam anno vitæ CCXXX. genuerit Seth; ibi Hebræus CXXX. habet. Illos autem centum annos reliquis Adami vitæ annis adjungit.* Mirum autem in recensione eorum qui Hebraïcum textum in annorum calculo sequuti sunt, Hebræum, Syrum & Symmachum memorari, Aquilam vero τὸν δουλεύοντα τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει prætermitti, qui utique, ut Hebraïcum semper scrupulosius quam cæteri sequutus est, in annorum calculis ipsum non deseruisse putandus est. Sed vel Aquila in recensione illa Eusebii Emiseni Librariorum vitio exciderit, vel quia Hebræum semper sequitur Aquila, ipsum non memorandum esse censuerit, quod putaret satis esse Hebræum nominari, ut statim sequeretur Aquilam eodem modo vertisse, utpote qui Hebræi semper vestigiis hæreat. Præterea non insolens est veteres illos, etiam ubi duo vel tres Interpretes eamdem ipsam lectionem præferunt, unum tantum ex illis commemorare, ut sexcenties in decursu hujus operis animadvertes. Quod ad Theodotionem vero spectat, verisimile est ipsum in Genealogiis, ut & alibi frequentissime, LXX. Interpretum lectionem sequutum esse: nam ideo post LXX. & quasi ab Aquila & Symmacho segregatus, in Hexaplis locum habebat; quia illi Hebraïcum, hic LXX. Interpretes sequi solebat. Symmachus itaque Hebræum

quidem sequitur ut Aquila; sed ita ut hic litteram nimia sæpe religione exprimere studeat; ille vero ita Hebraïcis hæreat, ut elegantiæ & perspicuitatis rationem habere videatur.

VI. *Ejus Editio a veteribus admodum laudata.*

Hanc styli elegantiam & claritatem passim laudant Hieronymus Eusebius aliique; quorum prior ejus interpretationes frequenter admiratur & laudibus extollit, ut Comment. in Psalm. 21. v. 31. σαφέστερον ὁ Σύμμαχος *clarius Symmachus*, ut & sæpe alibi: & versu sequenti σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος *admodum mirabiliter Symmachus*: & Psalm. 46. v. 10. οὕτως ἡρμήνευσε θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος, *ita mirabiliter interpretatus est Symmachus.* Hieronymus vero de Symmacho loquens frequenter dicit, eum apertius & manifestius interpretatum esse. Et Commentario in Amos 3. 11. ait Symmachum non solere verborum κακοζηλίαν, sed intelligentiæ ordinem sequi.

VII. *Theodoro Heracleota non ita probatur.*

Verum, ut variant opiniones, Theodotus Heracleotes vir ingenii perspicacitate, quam fidei integritate nobilior, in fragmento, quod infra edemus, animadvertit, Symmachum, dum nimiæ perspicuitati studet, a vero Hebraïci sensu non infrequenter aberasse. Nam cum omnia, etiam difficillima, clare reddere satageret, plerumque euenit ut eas voces & loquendi rationes deligeret, quæ majorem quidem perspicuitatem præferrent; sed ad Hebraicum non ita quadrarent. Ad hæc autem, similitudines, quibus abundat Hebraïca Lingua, Symmachus sæpe in versione sua non expressit; sicque dictorum vim & emphasim enervavit, ut cum, verbi causa, illud Psalm. 67. v. 31. עדת אבירים a LXX. Interpretibus sic expressum, ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων, *congregatio taurorum*, Symmachus, συνόδῳ παμμεγέθων, *congregationi prægandium*, vertit, ut clarius rem exprimeret: & sic similitudinem illam abstulit, quæ cum quamdam ἐνέργειαν orationi inderet, nihil tamen sensui officiebat. Hæc Theodorus Heracleotes, qui aliud simileque exemplum ex eodem Psalmo v. 34. ubi illa verba לרכב בשמי שמי־קדם LXX. vertunt; τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολὰς, *qui ascendit super cælum cæli ad orientem.* Symmachus vero, τῷ ἐποχουμένῳ ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ πρώτης: *qui vehitur super cælum celi ex prima.*

Quod ad primum autem exemplum adtinet, non dubito multos fore, qui Symmachi partes suscipiant: nam אביר sæpe ἰσχυρὸς *fortis* vel δυνάστης *potens* etiam a LXX. Interpretibus vertitur; rarius, ταῦρος taurus: hoc autem loco Hieronymus *fortium* interpretatur Aquilam forte sequutus, uti solet in Psalmis. Quod ad secundum vero exemplum, fateor mihi etiam, perinde atque Theodoro, accuratiorem videri τῶν O. quam Symmachi, interpretationem. Verum non desunt alia exempla ex quibus arguatur Symmachum, dum perspicuitati & elegantiæ studet, a vero Scripturæ scopo abetrasse.

Attamen vere dici potest Symmachum optimi Interpretis munere functum esse: etsi enim, dum claram exprimere sententiam nititur, a vero sensu nonnumquam deflectat; quid mirum, in re maxime tam ardua? Quis adeo lynceus, in tanta seriei peregrinitate, tanta obscuritate verborum, quantam innumeris in locis præfert Hebraïcus textus, ut omnia semper accurate & sine sphalmate possit interpretari? Id certe humanæ non esse facultatis videtur. Cæterum Symmachus ideo fortasse liberiorem elegantioremque interpretandi morem sectatus est, quia videbat Aquilam, propter nimiam ἀκρίβειαν & religionem, ipso Hebraïco textu sæpe obscuriorem esse.

CAPUT VII.

De Theodotionis Editione.

I. Quis fuerit Theodotio II. De ratione interpretandi qua usus est. III. Cæteris Interpretibus indoctior habetur.

I. *Quis fuerit Theodotio.*

THEODOTIO Sinope in Ponto oriundus, Marcionista erat, ut ait Epiphanius: sed cum hæresi suæ ignota nobis de causa succenseret, ad Judæos confugit, circumcisusque est. Postquam vero Hebraïcam Linguam edidicisset, interpretationem & ipse suam aggressus est. Hæc Epiphanius. Alii vero nempe Eusebius & Hieronymus aiunt Ebionitam fuisse; sive ex Judæis ad Ebionitas confugerit, sive, quia Ebionitæ pro Judæis habebantur & circumcidebantur, ad Judæos confugisse crediderit Epiphanius, quia ad Ebionitas se receperat. Hieronymus tamen, qui eum alibi Ebionitam appellat, Præfatione in Comment. Danielis, rem in dubio relinquere videtur, cum ait: *Sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit, licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est.* Ille vero non semel a Græcis, qui in Scripturam Commentaria ediderunt, Θεόδοτος, *Theodotus* etiam vocatur, ut videas Psalm. 63. in Notis, & Psalm. 65. sive id Librarii mendo acciderit; sive utraque terminatio in ejus nomine admissa fuerit, ita ut modo Θεόδοτος, modo Θεοδοτίων vocaretur; ut Ἀσκλήπας, etiam Ἀσκληπιὸς; Ἰσχύρας, Ἰσχυρος & Ἰσχυρίων appellabantur. Illum autem incredulum fuisse, non autem Christianum Ebionitam, suadere videtur interpretatio loci illius celeberrimi in Daniele, cap. 9. v. 26. ubi Hebraïca verba sunt ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח Aquila vero sic interpretatur, καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας, καὶ ἑξήκοντα δύο, ἐξολεθρευθήσεται ἠλειμμένος, *& post septem hebdomadas & sexaginta duas, exterminabitur unctus.* Symmachus Ebionita Christianus, καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο, ἐκκοπήσεται Χριστός, *& post hebdomadas septem & sexaginta duas exscindetur Christus.* At Theodotio insignem illam de Christo Prophetiam interpretatione sua quantum potuit labefactavit, & Judæorum more interpretatus est his verbis: καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο, ἐξολεθρευθήσεται χρίσμα, *& post hebdomadas sexaginta duas exterminabitur unctio,* ubi Christi & uncti & Messiæ mentionem sustulit, licet משיח clare in Hebraïco exprimatur. At Ebionitæ etsi Jesum non crederent esse Deum, ipsum tamen pro Christo, atque Messia habebant: quæ res suspicionem maximam inducit ipsum non Ebionitam, sed vere incredulum & Judæum fuisse.

II. *De ratione interpretandi, qua usus est.*

Theodotio, ut jam probavimus, post Aquilam & ante Symmachum, interpretationem suam imperante Commodo, in lucem emisit: & in vertendi modo a LXX. Interpretibus minus, quam alii, deflexit; imo etiam LXX. sæpissime sequutus est: quæ causa fuit, ut cum LXX. deficerent, quod frequenter accidit, præsertim in Libris Josue, Judicum, Regum, Job, Jeremiæ & Ezechielis, defectus hujusmodi ex Theodotione, qui styli & orationis genere similior LXX. Interpretibus erat, supplerentur, asteriscis initio semper a latereque positis, donec adjectitia illa absolverentur. In Libro autem Danielis, quia in LXX. Interpretibus tota series præpostere posita erat, licet ei medicam admovere manum tentaverit Origenes, illa tamen Editione remota, Theodotionem ejus loco substituit Ecclesia:

Ecclesia: unde factum est ut Theodotionis Editio in Danielem hodieque sola in Ecclesiis Græcis legatur, & Editio τῶν O. paulatim interierit. Alia item minora additamenta, quæ præmissis asteriscis Editioni τῶν O. inseruit Origenes, ut plurimum ex Theodotione, ob memoratam styli affinitatem, mutuatus est; non infrequenter tamen ex Aquila, rarius ex Symmacho, desumsit.

Licet autem Theodotio LXX. Interpretum vestigio fere semper hæreat, non parem tamen ubique & in omnibus Scripturæ Libris interpretandi rationem sectatus est: Aquilæ enim non raro interpretationem adoptat, ut in decursu hujus operis videbis, quando notatur A. Θ. atque etiam ubi A. Σ. Θ. Etsi enim Theodotio Symmachum ætate præcedat, posterior tamen ob causam initio memoratam locatur. Itaque ubi A. Σ. Θ. præmittitur, intelligas oportet Symmachum, ubi Aquilam & Theodotionem in vertendo convenire vidit, eosdem in Editione sua sæpe sequutum esse.

III. *Cæteris Interpretibus indoctior habetur.*

Non infrequenter etiam Theodotio, peculiarem sibi, ab aliisque omnibus diversam interpretationem adornat: in iisque locis longe minore, quam Aquila vel Symmachus, Hebraïcæ Linguæ peritia instructus deprehenditur. Nam præter alia minus docti Interpretis signa, quæ erudito Lectori exploranda remittimus, persæpe ille verba Hebraïca, quorum interpretatio non ita difficilis erat, ut vertendi molestiam declinaret, Græcis litteris expressit, exempli causa Levit. 7. v. 13. פגול יהיה, ipse vertit φεγγὼλ ἔσται, vel ut alius Codex habet, φεγγὺλ ἔσται, *phengul erit*, ubi Aquila & Symmachus, פגול ἀπόβλητον *abjiciendum*, LXX. *μίασμα inquinatio*, Symmachus alibi *ἀργὸν*, *inutile*, Alii, *fœtidum*, vel *corruptum* vel *abominatio*, interpretantur. Et Levit. 13. *6.* מספחת Theodotio, *μασφάα*: ubi Aquila, ἐξανάδοσις, *eruptio*, Symmachus, ἔκβρασμα, *ebullitio*, vel *ejectamentum*; alibi vero ἔκφυμα, *pustula*; Vulgata, *scabies*: ejusdem etiam puto esse eodem capite, σηθ positum pro שאת, quod est, *tumor* vel *cicatrix*. Et Levit. 18. 23. תבל Theodotio θαβελ, *Thabel*, ut legitur in Appendice, Aquila vero, ἀπειρημένον, *prohibitum*, Symmachus ἄῤῥητον, *infandum*. Vulgata, *scelus*. Et Deut. 22. 9. כלאים Theodotio vertit κώλυμα, *impedimentum*, quia hæc vox Græca, Hebraicam pene lectionem refert, magisque respexisse videtur Theodotio ad soni affinitatem, quam ad significationem, Aquila vero ἀνομοιογενὲς, id est, *genere dissimile*; alii *mixtum* vel *mixturam* interpretantur. Et Hesaiæ 64. 6. עדים Theodotio vertit, ἐδδὶμ, *Eddim*, ubi Aquila, μαρτυριῶν *testimoniorum*, Symmachus, κυουσῶν, *parientium*, Vulgata, *menstruatæ*, alii *centonum*. Dicet fortasse quispiam Theodotionem has voces perraras, & quas alii Interpretes, nempe LXX. & Aquila quasi divinando transtulisse videbantur, consulto ἀνερμηνεύτους prætermisisse, quia earum significationem priscis illis perinde atque sibi, ignotam esse putabat: poterat enim ex aliis mutuari, si bene translatas ab eis putavisset. Præterea multa verba fuisse, quorum licet significatio non ignoraretur, ex usu tamen Judæorum ἀνερμήνευτα remanebant, & litteris solum Græcis, ut Hebraïce sonabant exprimebantur; cujus rei exempla multa in LXX. Interpretibus occurrunt. Hæc objectio non verisimilitudine caret: at etsi aliquando in quibusdam ex allatis locis & in aliis bene multis quæ consulto prætermisimus, valere possit: in aliquot tamen exemplis Theodotionis vel indiligentiam, vel imperitiam vix excusare possumus.

CAPUT VIII.

De reliquis Editionibus.

I. Quinta, Sexta, Septima Editiones, quandonam factæ ſint. II. Quandonam repertæ fuerint. III. De Quinta Editione. IV. De Sexta. V. De Septima. VI. De Vulgatæ editionis Latinæ præſtantia.

I. *Quinta, Sexta, Septima Editiones quandonam factæ ſint.*

QUo tempore Quinta, Sexta, & Septima Editiones emiſſæ fuerint; an alia aliam ætate longe præcedat, quæ prior, quæ poſterior concinnata fuerit, quibus auctoribus ſingulæ; hæc, inquam, omnia æque ignota ſunt, nec poteſt iis de rebus vel conjectando quidpiam proferri. Perindeque ignoratur an Aquilæ, Theodotionis & Symmachi Editionibus illæ vel antiquiores ſint, vel ætate poſteriores. Si tamen Quinta, quæ anno Caracallæ ſeptimo in doliis reperta eſt, & Sexta quæ tempore Alexandri Severi in doliis pariter deprehenſa fuit; ſi ambæ, inquam, illæ in doliis hujuſmodi diu latuerint, Theodotionis ſane & Symmachi Editiones, quæ paulo ante emiſſæ fuerant, ætate præceſſerint. Sane veriſimile videtur, vel ex ipſo narrandi modo, Editiones illas, quæ caſu in doliis latentes deprehenſæ ſunt, non nuperrime occultatas fuiſſe, ſed non paucis latuiſſe annis. Ex hac porro Editionum collectione animadvertas, illo ævo multos fuiſſe, qui Hebraïcis Libris ſacræ Scripturæ Græce vertendis inſudarent: nam præter LXX. Interpretes, ſex alias Editiones nactus eſt Origenes, qui fortaſſe non omnes, quæ ante prodierant, reperire potuit.

II. *Quandonam repertæ fuerint.*

Quintam Editionem repertam fuiſſe Hierichunte in doliis, ἐν πίθοις, referebat Origenes, teſte Euſebio Hiſt. Eccl. Lib. 6. cap. 16. & quidem, ut narrat Epiphanius, anno Caracallæ ſeptimo. Sexta pariter Editio in doliis inventa fuit Nicopoli ad Actium, tempore Alexandri Severi. Septimam item Editionem nactum Origenem in Hexaplis poſuiſſe narrat Euſebius Lib. 6. cap. 16. ἐν γε μὴν τοῖς ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν. i. *Utique in Hexaplis Pſalmorum poſt inſignes illas quatuor Editiones, ubi non ſolum Quintam, ſed etiam Sextam & Septimam Editionem appoſuit* &c. Hæc in tranſcurſu narrans Euſebius, in Pſalmis tantum Septimam Editionem fuiſſe memorat. Sed ipſo teſte Euſebio, in minoribus etiam Prophetis habebatur, locum enim Septimæ ex Habacuc cap. 2. ipſe profert in Demonſtratione Evangelica; utrum in aliis etiam Libris fuerit jam capite primo Præliminarium expenſum fuit. Euſebio accinit Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis: *Præterea*, inquit, *Quintam & Sextam & Septimam Editionem, quas etiam nos de ejus Bibliotheca habemus, miro labore reperit*, (Origenes) *& cum cæteris Editionibus comparavit.* Igitur ex Euſebii & Hieronymi teſtimoniis, quibus non licet refragari, certum eſt Septimam etiam Editionem in quibuſdam Scripturæ Libris ab ipſo Origene, poſitam fuiſſe. Id certe ignorare non potuit Euſebius, qui ipſum Origenis autographum, una cum Pamphilo Martyre, tractavit, correxit, ſcholiiſque illuſtravit. Attamen Septimam nuſquam memorat Epiphanius, qui ut in aliis minus accurati Scriptoris conſpicua ſigna dedit, hoc item indiligenter tractaſſe exiſtimandus eſt. Sed, quod mirum videatur, Auctor Synopſeos inter Athanaſiana opera cuſæ, de

Septima Editione ita loquitur: *Septima & postrema interpretatio sancti Luciani magni Asceta & Martyris est, qui & ipse cum in prædictas Editiones cum Hebraicis conjunctas incidisset, & diligenter quæ vel deerant, vel superflua erant, inspexisset, ac suis quibusque Scripturarum locis correxisset, versionem hanc Christianis fratribus edidit, quæ interpretatio, sive ipsius manu descriptus Liber, post ejus certamen & Martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, repertus est Nicomediæ sub Constantino magno Imperatore apud Judæos, in pariete turrito calce circumlito, in quo custodiæ gratiâ positus fuerat.* Sic ille decantatam illam Luciani Martyris Editionem, cum Septimâ Hexaplari confudit, exque duabus unam fecit. Quod commentum, Eusebii atque Hieronymi testimoniis exploditur, quorum prior, Luciano Martyri æqualis, in ipso autographo vidit Septimam ab Origene ante annos plus quinquaquinta in Hexaplis positam. Ad hæc vero Auctoris Synopseos narratio respuitur ex ipsis Septimæ fragmentis, quæ ut testificabantur Eusebius & Hieronymus, in paucis Scripturæ Libris aderat: contra vero Luciani Editio totam Scripturam complectebatur; nihilque aliud erat, quam Interpretatio τῶν O. plurimis in locis ab eodem Sancto Martyre emendata, quæ multis post concinnata Hexapla annis prodierat. Hinc vero corrigendus Brianus Waltonus, qui ab Auctore Synopseos deceptus, opinatur Septimam eamdem esse, quam Luciani Martyris Editionem. Prolegom. IX. num. 20.

III. *De Quinta Editione.*

Christianus-ne, an Judæus, Samaritanusve fuerit qui Editionem Quintam adornavit, nec ex Veterum testimonio, nec ex ejus interpretatione colligi posse videtur: quisquis vero fuerit, multo liberiore, quam Symmachus, interpretandi genere usus est; ita ut paraphrasten quandoque sapiat, ut videre præsertim est in duodecim Prophetis minoribus, ubi frequentiora ejusdem fragmenta habentur. Sic Osee 6. 2. vocem יחבשנו quam cæteri, *curabit nos*, vel, *alligabit nos*, interpretantur, ipse vertit, ὑγιεῖς ἀποδείξει. *sanos exhibebit.* Et Osee 7. 14. hæc Hebraïca verba על־דגן ותירוש יתגוררו יסורו בי quorum sensus est, *super triticum & vinum congregati sunt, recesserunt a me*, ipse vertit, ἀπὸ τρυφῆς καὶ πληθώρας σίτου καὶ οἴνου ἀπέστησάν μου. i. *a voluptate & abundantia tritici & vini defecerunt a me.* Sic ille fere semper liberam nec litteræ adstrictam interpretationem effert, ita tamen ut a vera Scripturæ mente non recedat: quæ causa fuit ut Vulgatus Interpres in his Prophetarum Libris non infrequenter ipsum sequi videatur.

IV. *De Sexta.*

Sextam vero Editionem a Christiano viro concinnatam fuisse vel ex hoc uno ejus fragmento liquidum est, Habacuc 3. v. 13. ubi illud Hebraïcum: יצאת לישע עמך לישע את־משיחך sic interpretatur ipse; ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦ τοῦ χριστοῦ σου: *Egressus es ad salvandum populum tuum per Jesum Christum tuum.* Cujus versiculi Græca ex Manuscriptis eruuntur; latina ex Hieronymo, qui addit Sextam Editionem prodere manifestissime Sacramentum. Hic autem Interpres, perinde atque præcedens, paraphrasi gaudebat, ut in loco jam allato deprehenditur, licet nihil ibi efferat nisi mentem Hebraïcæ Scripturæ. Verum in altero ejus loco longe majorem exspatiandi licentiam animadvertas Psalm. 36. v. 35. Hebræa sic habent: ראיתי רשע עריץ ומתערה כאזרח רענן i. *vidi impium terrificum diffundentem se sicut laurus viridis*, sive ut Hieronymus haber, *sicut indigenam virentem*, ubi Vulgata, *vidi impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani*; Sexta vero sic: Εἶδον ἀσεβῆ καὶ αὐθάδη ἐντιποιούμενον ἐν σκληρότητι, καὶ λέγοντα, Εἰμὶ ὡς αὐτόχθων περιπατῶν ἐν δικαιοσύνῃ. i. *Vidi impium & impudentem sibi vindicantem in duritia, & dicentem: Sum sicut indigena ambulans in justitia*: quæ sane paraphrasin non modo sapiunt, sed etiam superate videntur.

V. *De Septima.*

Septima Editio Christiani ne an Judæi Interpretis sit ex uno Habacuci Cantico dijudicari potest; si tamen Septimæ sit interpretatio Cantici totius, ibidem Editioni τῶν O. subjuncta, quod sane plus quam verisimile arbitror. In nota quippe Codicis Barberini, ubi ea integra describitur, annotatur eam versionem nec Aquilæ, nec Symmachi, nec Theodotionis esse, disquirendumque num ad Quintam vel ad Sextam editionem pertineat. Cum ergo aliunde etiam, nempe ex fragmentis quæ supersunt, certum exploratumque sit, nullius eorum esse, qui supra memorantur; sequitur haud dubie esse Septimæ, quæ in Habacuc Propheta suo ordine posita erat, ut liquet ex ejus fragmento cap. 2. v. 4. & ex nota Hieronymi ibidem v. 11. Hic autem Interpres locum supra allatum v. 13. quem Hieronymus queritur a Symmacho & Theodotione Ebionæo more versum fuisse hoc pacto, *Egressus es ut salvares populum tuum: ut salvares Christum tuum*; Judaïco prorsus more convertit, his verbis: ἀνέφάνης ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ῥύσασθαι τοὺς ἐκλεκτούς σου: *apparuisti super salute populi tui, ad liberandum electos tuos*, ubi nomen Christi in Hebraïco expressum משיחך in electos vertitur: quod sane vir Christianus non fecerit. Ex hoc item capite deprehenditur hunc Interpretem admodum παραφραστικῶς vertisse, ut quisquis videre possit.

His itaque perspectis, dicendum restat, tres illas superadditas Editiones, longe liberiori interpretandi genere concinnatas fuisse, quam Editionem Symmachi, qui tamen magis, quam Aquila & Theodotio, ab Hebraïca littera deflectit.

Erit forte qui reclamet iis, quæ supra diximus; nempe tres illas superadditas Editiones, Quintam, Sextam & Septimam, ab Origene positas fuisse in minoribus Prophetis, & hæc objiciat: In Codice Barberino adfertur locus Osee cap. 11. v. 1. eodem columnarum ordine, quo in Hexaplis erat, ubi tamen nec Quinta, nec Sexta, nec Septima comparent, unde sequi videtur illas Editiones in Prophetis minoribus non adfuisse. Reponam ego ex eodem Codice Barberino, palam esse, in minoribus Prophetis illas Editiones cum aliis adfuisse, quandoquidem ibi multa passim loca ex tribus illis postremis Editionibus adferuntur: cum autem Librarius in illo Hexaplorum specimine quatuor solum Editiones, nempe Aquilæ, Symmachi τῶν O. & Theodotionis, posuit; id arbitratu suo fecit; sive quia tres illæ postremæ Editiones, cum prioribus concordabant, sive alia de causa. Certe in specimine illo columnam Hebraïcam, Hebraïcis litteris descriptam, prætermisit ille; etsi verisimile sit eam in Exemplari suo adfuisse cum aliis.

VI. *De Vulgatæ Editionis Latinæ præstantia.*

Jam ubi de Veterum Editionibus singulis, quæ in Hexaplis locum habebant, disseruimus, restat ut de Vulgata Latina nostra pauca dicamus, quam D. Hieronymus harum omnium Editionum adminiculo, summo labore & accuratione concinnavit. Etsi porro cum interpretaretur Hexapla ipsa præ manibus habuerit, non ille fortuito lectiones interpretationesque quaslibet amplexabatur; sed cum delectu & consilio doctissimorum ex Hebræis eas, quæ meliores & ad veram Hebraïci Exemplaris lectionem accommodatiores erant, Latine exprimere satagebat. Aquilam & Symmachum Interpretum omnium præstantissimos, cæteris anteferre solebat; in Psalmis autem & Prophetis majoribus frequentius Aquila, quam Symmacho, usus esse deprehenditur; in Prophetis vero minoribus non raro Quintam adhibuit Editionem. Aliquando etiam missis cæteris Interpretibus LXX. editionem, utpote Hebraïco textui propinquiorem, sequebatur: nec infrequenter novam ille & a cæteris diversam interpretationem efferebat, quando scilicet, consultis Hebræorum Magistris, nullam ex editis penitus quadrare animadver-

tebat. Pari in variis dubiisque Hebraici Exemplaris lectionibus, quæ frequenter ut supra dictum est, occurrebant, diligentia solertiaque usus semper est Hieronymus; qui ut optimam deligeret, non modo Scripturæ sacræ seriem, sed etiam Hebræorum peritissimos adibat. Quare nihil mirum si tanto studio, tamque solerti opera emissam Editionem, utpote omnium præstantissimam, Ecclesia Romana ab omnibus sequendam esse edixerit.

CAPUT IX.

In singulos Scripturæ Libros, ut in Hexaplis erant, hic quædam annotantur.

OPERÆ pretium erit hic singulos Scripturæ sacræ Libros obiter percurrere; & quædam annotare, quæ tum de ipso Hexaplorum statu & ordine, tum de iis quæ nos in unoquoque Libro præstitimus, observanda supersunt.

In Genesi & in Levitico, atque ut videtur in aliis Pentateuchi Libris, prætet sex illas columnas, quibus Hexapla constituebantur, Quinta etiam Editio, si fides est fragmentis quæ supersunt, suum tenebat locum: Sextam etiam adfuisse superius probatum est. Præterea interdum aderant in marginibus, ut quidem opinamur, lectiones Samaritani Interpretis, atque etiam Hebræi cujusdam & Syri Interpretis, de quibus fuse cap. 1. Etsi autem tantam ex Manuscriptis & ex Editis Libris lectionum accessionem fecerimus, ut iis comparatæ illæ, quæ a Drusio collectæ sunt, paucissimæ videantur; longe majorem haud dubie facturi eramus, nisi Basiliensis Codex tota pene Genesi temporum injuriâ mulctatus fuisset. Hunc tamen defectum abunde compensant, fragmenta veterum Interpretum bene multa ex Coisliniano illo perantiquo Codice decerpta, quæ quia post editum Pentateuchum accesserunt, in Appendice posita sunt.

In Exodo par diligentia ab Origene adhibita fuerat. Hic perinde atque in Genesi Samaritani, Syri & Hebræi lectiones observantur. Ex Quinta Editione nihil, nec inde tamen inferas non adfuisse in Exodo: nam qui tam paucas ex aliis Pentateuchi Libris exhibent Manuscripti Codices, non mirum si nullam in Exodo attulerint. Lectiones porro Interpretum, si annumeres eas quæ in Appendice ponuntur, vicies saltem auctiores proferimus, quam apud Drusium haberentur. In postremis capitibus, ubi ea, quæ in Editione τῶν O. præpostere posita erant, suo ordini restituit Origenes, non pauca ex Editione illa Hexaplari sic restituta, cum Asteriscis & Obelis proferimus ex Codice Colbertino antiquissimo, cujus specimen dedimus Palæographiæ Græcæ Lib. 3. cap. 1.

In Levitico eadem observantur, quæ in Exodo. Lectio Quintæ Editionis in Appendice habetur ad cap. 2. Levitici. Hic Colbertinus longe plura suppeditat, quam in Exodo, ex Editione τῶν O. Origeniana sive Hexaplari. Lectiones autem veterum Interpretum, quas magno numero, tum suo loco, tum in Appendice proferimus, omnes pene novæ, necdum observatæ sunt.

De Numerorum Libro paria dicimus. Hic tamen nihil ex Quinta Editione comparet. Aliquot in locis inserta conspiciuntur, & quidem ab ipso, ut putatur, Origene, loca illa, quæ in Samaritano textu ex Deuteronomio in Numeros translata fuerant. Quædam similiter ex Editione τῶν O. Origeniana ad fidem Codicis Colbertini cum Asteriscis & Obelis referuntur: lectionesque Interpretum multæ, quarum paucissimæ observatæ fuerant à Drusio.

In Libro Deuteronomii, nihil ex Origeniana illa Hexaplari habetur. Cætera vero eadem fere, quæ in Libro Numerorum, conspiciuntur. Veterum interpreta-

tiones, novas pene omnes, adferimus, & in Appendice plures, quam in aliis Libris.

In Libro Josue eadem præstitit Origenes, quæ in toto Pentateucho. Editionem tamen Quintam ibi non adjecisse videtur. Loca plurima mutila in Editione τῶν O. ex aliis Interpretibus restituit, appositis Asteriscis, quæ nos, ut erant in Codice Basiliensi, sine Asteriscis nimirum, edidimus, & non pauca in Appendice ex Coisliniano Codice adjecimus. Drusius vero paucissima attulerat. Quid vero causæ sit, cur lectiones a nobis allatæ, cum illis, quas Masius cum Asteriscis edidit, persæpe non consentiant, haud difficile est intelligere. Cum enim Masius, ut ipse testificatur, ad hæc restituenda Codice Syriaco sit usus; ut lectionem Græcam Syriacæ ope assequeretur, sæpe divinarit oportet. Quamobrem lectiones nostræ longe sinceriores sunt, quam Masianæ.

In Libro Judicum longe plura, quam in Libro Josue, in Editione Hexaplari ab Origene restituta deprehenduntur, quæ ex Theodotione ut plurimum mutuatus est Origenes. Ea vero nunc primum in lucem edimus, Drusius enim fere nihil habuit. Capite autem nono ac decimo, quædam Hexaplaris τῶν O. Editionis ex vetustissimo folio nostro Manuscripto proferuntur.

In Libro Ruth, etsi paria præstiterit Origenes, nihil pene eorum superest.

In Libris Samuelis & Regum solita industria usus Origenes deprehenditur. Ibi etiam Syri lectiones non raro adferuntur. Monetur autem in fine primi, unum olim fuisse Librum Samuelis, qui duos hodiernos complectebatur, nec Aquilam divisisse primum a secundo. Magna porro veterum interpretationum sylva, quam edimus, nunc primo prodit in lucem: Drusius vero nihil pene collegerat.

In Libris Paralipomenôn pauca Hexaplorum fragmenta exhibemus, quia rarissima in hos Commentaria a priscis Scriptoribus edita sunt: & in Manuscriptis, veterum Interpretum lectiones infrequenter proferuntur.

In Libros Esdræ, Nehemiæ, Estheris nihil Hexaplorum superest: licet Origenes, ut existimo, in iis eamdem, quam in cæteris, operam navaverit. Verum in Codicibus, qui in manus inciderunt, nihil marginalium notarum, nihil commentariorum adest.

In Libro autem Job quid præstiterit Origenes, ipse declarat in Epistola ad Africanum: hujus hic verba subjicimus.

Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ, Ἰὼβ τὰ ἀπὸ τοῦ, γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν ἄχρι τέλους, οὐ κεῖται παρὰ τοῖς Ἑβραίοις· διόπερ οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ, παρὰ δὲ τοῖς O. καὶ Θεοδοτίωνι τὰ ἰσοδυναμοῦντα ἀλλήλοις, καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὕρομεν ἐν τῷ Ἰὼβ, καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, παρὰ τὰ Ἰουδαίοις· κατ' ὀλίγον μὲν, ὅτι ἀναστάμενος τὸ πρωῒ προσέφερε περὶ αὐτῶν θυσίας κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν· μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν. καὶ ὅτε ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθε μετ' αὐτῶν, τὸ, περιελθὼν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεριπατήσας ἐν αὐτῇ· ἔτι δὲ οὐκ ἦν παρ' Ἑβραίοις μετὰ τὸ, ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν οὕτως καὶ ἐγένετο.

Ex Job etiam ab his verbis: *Scriptum est autem ipsum resurrecturum, cum quibus Dominus resurgit:* usque ad finem; (hæc inquam,) non exstant apud Hebræos: quare nec apud Aquilam habentur; sed apud LXX. & apud Theodotionem, quoad sensum eadem sunt. Innumera quoque alia invenimus in Job, tum deficientia, tum redundantia in nostris Exemplaribus, si conferantur cum Judaïcis. Deficientia quidem, ut cum *surgens mane offerebat pro illis sacrificia, secundum numerum eorum; vitulum unum pro peccato pro animabus eorum.* Et cum *venerunt Angeli Dei, ut adstarent coram Deo, & diabolus venit cum eis*; hoc: *Circumiens terram, & perambulans in ea.* Præterea post hæc verba, *Dominus dedit, Dominus abstulit*, apud Hebræos non erant hæc, *sicut Domino placuit, ita factum est.*

Digitized by Google

Πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις παρὰ τὰ Ἑβραϊκά, ὅτε εἶπε τῷ Ἰὼβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ, μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου, ἕως τοῦ, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὀδυνῶν, αἵ με νῦν συνέχουσι. μόνον γὰρ τὰ ῥητὰ τῆς γυναικὸς ἀναγέγραπται, τό, ἀλλ' εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα.

Plura autem in nostris, quam in Hebræis sunt ea quæ Jobo dixit uxor ejus ab his verbis: *Quousque perseverabis dicendo: Manebo adhuc parvo tempore expectans spem salutis meæ*; usque ad hæc verba: *Ut requiescam ab ærumnis meis, & a doloribus, quæ me nunc detinent.* Nam (in Hebraico) hæc tantum verba uxoris ejus scripta sunt: *Sed dic verbum contra Dominum, & morere.*

Πάλιν τε αὖ πλεῖστά τε ὅπη διὰ μέσου ὅλου τοῦ Ἰὼβ παρ' Ἑβραίοις μὲν κεῖται, παρ' ἡμῖν δὲ οὐχί. καὶ πολλάκις μὲν ἔπη τέσσαρα ἢ τρία· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ δεκατέσσαρα καὶ δεκαεννέα καὶ ἕξ. καὶ τί με δεῖ καταλέγειν, ἃ μετὰ πολλοῦ καμάτου ἀνελεξάμεθα, ὑπὲρ τοῦ μὴ λανθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ἡμῖν ἀντιγράφων;

Rursum plurima in medio toto Libro Job apud Hebræos reperiuntur, quæ in Exemplaribus nostris desiderantur: sæpius quidem (versiculi) quatuor vel tres; interdum vero, quatuordecim, novemdecim, vel * sex. Et quid me oportet hic enumerare, quæ multo labore collegimus, ne nos lateret discrimen, quod Judaïca inter & nostra Exemplaria intercedit?

In Libro igitur Job, præter solitam sex columnarum operam, Origenes in Editione τῶν Ο. plurima mutila ex Theodotione, & aliquando ex aliis Editionibus, Asteriscis præpositis restauravit, & hiatus magnos resarcivit, ut ipse supra memorat. Septingentos vel octingentos versiculos ab Origene prædicto modo in locis ubi deerant repositos fuisse testatur Hieronymus, qui Librum Job sic restitutum Latine transtulit, ut habetur primo Tomo Editionis Joannis Martianæi nostri. Hæc supplementa ex Codice quodam Colbertino, & ex Editione Hieronymi mutuamur. Præterea lectiones veterum Interpretum longe auctiores & emendatiores damus, quam Drusius ediderat. Hic frequentes adferuntur lectiones, haὸ prævia nota ὁ Ἑβραῖος: qua de re actum est capite primo.

In Libro Psalmorum præter sex solitas columnas, tres alias superaddidit Origenes, quæ Quintam, Sextam & Septimam Editionem exhibebant: quarum omnium lectiones multis partibus auctiores dedimus, quam Drusius ediderat.

In Proverbiis solitum sex columnarum opus edidit Origenes. Multas vero earum lectiones ex Editione Romana protulit Drusius, quibus nos aliquot adjecimus, & non paucas emendavimus.

In Ecclesiaste paria præstitit Hexaplorum Auctor. Ibi vero lectiones bene multas Drusianis adjecimus.

In Canticis item præter Hexapla, duæ saltem columnæ adjectæ fuerant, nempe Quintæ & Sextæ: an Septima item Editio adfuerit, incertum: Quintam vero & Sextam adfuisse probant earumdem loca quæ supersunt. Hieronymus tamen Præfatione in Canticum, Quintam solum Editionem memorat, atque ita loquitur: *Origenis cum in cæteris Libris omnes vicerit, in Cantica Canticorum ipse se vicit. Nam decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti usque versuum millia pene perveniunt; primum LXX. Interpretes; deinde Aquilam & Symmachum & Theodotionem, & ad extremum Quintam Editionem, quam in Actio littore invenisse se scribit* &c. De Sexta vero Editione, quæ tamen in Canticis Hexaplis erat, ne verbum quidem Hieronymus; sive illam Editionem neglexerit Origenes in Commentariis suis; sive illam Hieronymus prætermiserit: quod verisimilius est; nam ut jam sæpe vidimus, ex silentio hujusmodi, nihil potest concludi. In Canticis vero præter Drusianas, alias bene multas adjecimus veterum Interpretum lectiones.

In Hesaia præter Hexaplare opus, non paucæ Syri lectiones observabantur. Ibi vero Interpretationes Aquilæ, Symmachi & Theodotionis longe auctiores damus, quam apud Drusium habeantur.

Digitized by Google

In Jeremia præter illam ſex Columnarum operam, multa ex Theodotione cum Aſteriſcis reſtituit Origenes, quæ LXX. Interpretes conſulto prætermiſerant, ut ait ſæpiſſime Hieronymus Commentario in Jeremiam. Ibi multa cum Aſteriſcis addita ſunt, multæque tranſpoſitiones erant; ut ait Origenes Epiſt. ad Africanum: Πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ κατενοήσαμεν, ἐν ᾧ καὶ πολλὴν μετάθεσιν καὶ ἐναλλαγὴν τῆς λέξεως τῶν προφητευομένων εὕρομεν. i. *Similia multa deprehendimus quoque in Jeremia, in quo frequentes tranſpoſitiones & permutationes vaticiniorum invenimus.* Horum omnium peramplam collectionem ope Manuſcriptorum fecimus: Druſius pauciſſima adfert.

In Threnis Jeremiæ ſolius Symmachi Editionem cum LXX. poſuit Origenes, ut ipſe in quadam nota teſtificatur. Cur autem hic non ſolitam operam præſtiterit, ſed Aquilam & Theodotionem omiſerit, conjectando ſolum dicere poſſumus: quia nimirum videbat LXX. Interpretes non deficere pro more ſuo; ſed cum Aquila & Theodotione convenire, Aſteriſcos rariſſimos poſuit, imo neque Editiones illas ad quarum fidem quæ deficiebant cum Aſteriſcis ſupplebat, quæ redundabant Obelo notare ſolebat, e regione locavit. Hic autem longe plures Symmachi lectiones damus, quam Druſius adtulerat.

In Ezechiele pro more Hexapla concinnavit Origenes, ac prætereà quamplurima, quæ in τοῖς O. deficiebant, ex Theodotione præmiſſis Aſteriſcis reſtituit. Horum porro tot tantaque ex Mſſ. collegimus, ut iis comparata ea, quæ Druſius edidit, nihil pene eſſe videantur.

Quid in Daniele præſtitit Origenes docet Hieronymus Præfatione in Danielem: *Lectorem admoneo*, inquit, *Danielem non juxta LXX. Interpretes, ſed juxta Theodotionem Eccleſias legere, qui utique poſt adventum Chriſti incredulus fuit: licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus eſt. Sed & Origenes de Theodotionis opere in Editione Vulgata Aſteriſcos poſuit, docens defuiſſe quæ addita ſunt; & rurſus quoſdam verſus Obelis prænotavit, ſuperflua quæque deſignans. Cumque omnes Chriſti Eccleſiæ tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorumque & Ægyptiorum hanc ſub Aſteriſcis & Obelis Editionem legant, ignoſcant invidi labori meo, qui volui habere noſtros quod Græci in Aquilæ & Theodotionis ac Symmachi Editionibus lectitant. Et ſi illi in tantis divitiis doctrinarum non contemnunt ſtudia hominum Judæorum: Cur Latina paupertas deſpiciat hominem Chriſtianum? Cujus ſi opus diſpliceat, certe voluntas recipienda eſt.* Hoc autem loco Hieronymus primâ fronte ſibi ipſi repugnare videtur. Poſtquam enim dixerat, Danielem non juxta LXX. ſed juxta Theodotionem Eccleſias legere, ſtatim ſubjicit omnes Chriſti Eccleſias tam Græcorum, quam Latinorum Syrorumque & Ægyptiorum Editionem Vulgatam legere, ſcilicet τῶν O. quæ ab Origene ex Editione Theodotionis aucta & emendata fuerat cum Aſteriſcis & Obelis. In eo autem ſita eſt difficultas, quod cum ait Eccleſias legere Theodotionis Editionem, & poſtea eaſdem legere Editionem τῶν O. Hexaplarem, indicare videatur utramque Editionem in publicis Eccleſiæ conventibus legi, quod utique vix credi poſſit: neque enim veriſimile eſt duas ejuſdem Prophetæ Editiones indiſcriminatim in omnibus Eccleſiis lectas fuiſſe. Certum quidem eſt Eccleſiam Græcam Theodotionis Editionem ſolam legiſſe, ut ait poſtea Hieronymus Commentario in Danielem cap. 4. v. 5. *Exceptis LXX. tranſlatoribus, qui hæc omnia neſcio qua ratione præterierunt, tres reliqui*, collegam *interpretati ſunt. Unde judicio magiſtrorum Eccleſiæ Editio eorum in hoc volumine repudiata eſt; & Theodotionis vulgo legitur, quæ & Hebræo, & cæteris tranſlatoribus congruit.* SS. quoque Patres Græci Chryſoſtomus, Theodoretus & alii, ſolam Theodotionis Editionem ſemper adferunt: unde accidit ut LXX. Interpretum Editio Danielis, tam κοινὴ illa, quam Hexaplaris ab Origene emendata, prorſus interiret, exceptis quibuſdam laciniis, quæ infra in collectione noſtra obſervantur. Cum ait igitur Hieronymus Editionem Hexaplarem in omnibus Eccleſiis etiam Græcorum legi, intelligas oportet, eam præ manibus omnium habitam, & privatim lectam fuiſſe, non autem in publicis conventibus, ubi Theodotionis Editio

una

una legebatur, saltem apud Græcos. De differentia porro Hebraïcorum Exemplarium ab Editione τῶν O. & Theodotionis, hæc habet Origenes Epist. ad Africanum.

Ἴσθι τοίνυν πρὸς ταῦτα, τί χρὴ ἡμᾶς πράττειν οὐ περὶ τῶν κατὰ Σωσάνναν μόνον, ἐν μὲν τῷ καθ' Ἕλληνας ἑλληνικῷ φερομένων ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ χριστοῦ, παρὰ δὲ Ἑβραίοις μὴ κειμένων· οὐδὲ περὶ τῶν ὡς ἔφασκες ἄλλων δύο περικοπῶν, τῶν ἐπὶ τέλει τοῦ βιβλίου· περί τε τῶν κατὰ τὸν Βὴλ καὶ τὸν δράκοντα, ἀναγεγραμμένων, οὐδ' αὐτῶν ἐν τῷ Δανιὴλ τῶν Ἑβραίων γεγραμμένων· ἀλλὰ καὶ περὶ ἄλλων μυρίων, ἃ κατὰ τὴν μετριότητα ἡμῶν τοῖς Ἑβραϊκοῖς συγκρίναντες ἀντιγράφοις τὰ ἡμέτερα, πολλαχοῦ εὕρομεν. ἐν μὲν γὰρ αὐτῷ τῷ Δανιὴλ περὶ τῆς καμίνου τῆς καιομένης τὸ, πεπεδημένοι, εὕρομεν. ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, πλεονάζοντα παρὰ τὰ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἔπη οὐκ ὀλίγα· ὧν ἀρχὴ κατὰ μέν τινα τῶν φερομένων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἦν οὕτως· προσηύξατο Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ, καὶ ὕμνησαν τὸν κύριον· ἕως τοῦ· εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεβόμενοι κύριον τὸν θεὸν τῶν θεῶν· ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὸν βασιλέα ὑμνούντων αὐτῶν, καὶ ἐθεώρει αὐτοὺς ζῶντας· κατὰ δὲ ἕτερα· καὶ περιεπάτουν ἐν μέσῳ τῆς φλογὸς ὑμνοῦντες τὸν θεὸν, καὶ εὐλογοῦντες τὸν κύριον· ἕως τοῦ, εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεβόμενοι τὸν κύριον τὸν θεὸν τῶν θεῶν. ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ. σιωπῆτο δὲ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς τὸ, καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ τρεῖς Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγὼ, ἔπεσον εἰς μέσον τοῦ πυρὸς πεπεδημένοι· τό, τε· ὁ βασιλεὺς ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐθαύμασε, καὶ ἀνέστη ἐν σπουδῇ, καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπε τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ· οὕτω γὰρ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδέδωκεν εἰπών· φιλοτιμότερον πεπιστευμένος παρὰ Ἰουδαίοις ἡρμηνευκέναι τὴν γραφὴν, ᾧ μάλιστα εἰώθασιν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν Ἑβραίων διάλεκτον χρῆσθαι, ὡς πάντων μᾶλλον ἐπιτετευγμένῳ. τὰ δὲ παρ' ἡμῖν ἀντίγραφα, ὧν καὶ τὰς λέξεις ἐξεθέμην· τὸ μὲν ἓν κατὰ τοὺς O. τὸ δὲ ἕτερον κατὰ Θεοδοτίωνα. καὶ ὥσπερ παρ' ἀμφοτέροις ἔκειτο τὸ περὶ τὴν Σωσάνναν, ὡς σὺ φῇς, πλάσμα, καὶ αἱ τελευταῖαι ἐν τῷ Δανιὴλ περικοπαὶ, οὕτω καὶ ταῦτα ἐν ἔπεσιν, ὡς στοχασμῷ εἰπεῖν τυγχάνοντα, διακοσίοις καὶ πρός.

Scias itaque ad hæc, quid nobis agendum sit non solum in iis, quæ de Susanna, in Græco Græcorum exemplari per totam Christi Ecclesiam circumferuntur, quæ tamen apud Hebræos non exstant: nec solum de aliis duabus sectionibus, ut dicis, quæ in fine Libri sunt descriptæ, nempe de Belo, & de Dracone, quæ pariter in Hebraïco Danielis textu non scriptæ sunt; sed & de aliis innumeris, quæ pro modulo nostro, dum Exemplaribus Hebræis compararemus nostra, pluribus in locis invenimus. Nam in ipso Daniele, ubi de camino ardente, illud, *compedibus vincti*, invenimus: sed in nostris Exemplaribus, præter ea quæ in Hebraïcis sunt, abundant versus non pauci, quorum initium, secundum quædam, quæ in Ecclesiis sunt, Exemplaria, sic habebat: *Precatus est Ananias, & Azarias, & Misael, & laudaverunt Dominum*; usque ad illud: *Benedicite omnes colentes Dominum Deum Deorum: laudate & confitemini, quoniam in sæculum misericordia ejus, & in sæculum sæculorum. Et factum est cum audiret Rex illos laudantes, & videret eos viventes.* At secundum alia Exemplaria: *Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Dominum*, usque ad illud: *Benedicite omnes colentes Dominum Deum Deorum, laudate & confitemini, quoniam in omnia sæcula misericordia ejus.* Connectebatur autem in Hebræis hoc: *Et tres illi viri, Sedrach, Misach, Abdenego, ceciderunt in medium ignis vincti*; & hoc etiam, *Rex Nabuchodonosor, miratus est, & surrexit festinanter, & respondit, dixitque Magnatibus suis.* Sic enim Aquila, Hebraïcæ lectioni serviens edidit; quem Judæi Scripturam studiosius interpretatum esse credunt: quo maxime uti solent ii, qui Hebraïcam dialectum ignorant, utpote qui maxime omnium sensum assecutus sit. Nostra autem Exemplaria, quorum etiam voces exposui; aliud secundum Septuaginta Interpretes erat; aliud secundum Theodotionem: & sicut apud utrumque positum reperiebatur illud Susannæ, quod dicis figmentum; ita quoque ista, versibus, ut conjectura dici potest, ducentis & amplius.

In duodecim Prophetis, non modo sex columnarum opus adornavit Origenes,

ſed etiam tres alias Editiones, Quintam, Sextam, Septimam adjecit, ut ex eorum fragmentis ſparſim poſitis liquidum eſt. Ex his porro omnibus Editionibus, omnia pene nova proferimus.

CAPUT X.

De Notis ad Hexapla vel Tetrapla ſpectantibus.

I. De Notis cognitis. II. De Notis incognitis. III. Probatur contra Brianum Waltonum Notam, οἱ Γ. ſignificare tres Interpretes, Aquilam, Symmachum & Theodotionem.

I. *De Notis cognitis.*

IN Manuſcriptis Codicibus pervetuſtis, qui Hexaplorum lectiones præferunt, notæ quædam occurrunt; ab iis, ut videtur, excogitatæ, qui illas lectiones interpretationeſque Veterum in marginibus Bibliorum exſcribebant; idque compendii cauſa, ne eaſdem voces integras ſæpius repetere cogerentur. Earum porro notarum interpretationem, nuſquam reperimus deſcriptam; ſed diuturna tractatione, exercitationeque pene omnium explicationem aſſequuti ſumus: aliquot tamen ſuperſunt, quas interpretari fruſtra rentavimus. E re autem fore putavimus, eas omnes hic proferre: primo poſitis iis, quorum ſenſus in notitiam venit, poſtremo aliis, quæ hactenus ignotæ nobis ſunt.

Ἑξαπλᾶ, *Hexapla*, hæc vox ſic ſine compendio, ſemper ſcribitur: aliquando tamen Ἑξαπλ. per omnes caſus, qui, ut plurimum, per præmiſſum articulum indicantur, τὰ ἑξαπλ. τοῖς ἑξαπλ.

Δπ. τετραπλᾶ *Tetrapla*, hac perſæpe nota per omnes caſus ſignificantur. Exempla non pauca vide in Libro Job. Aliquando etiam ſolam litteram Δ ſignificare puto τετραπλᾶ; ſed res non uſque adeo explorata eſt. Vide quæ ea de re diximus Ezech. 16. v. 4. & 30. in notis.

O. οἱ ἑβδομήκοντα, Septuaginta Interpretes.

A. Ἀκύλας, Aquila.

C. Σύμμαχος, Symmachus.

Θ. Θεοδοτίων, Theodotion.

E. πέμπτη ἔκδοσις, Quinta Editio.

ϛ'. ἕκτη ἔκδοσις, Sexta Editio.

Z. ἑβδόμη ἔκδοσις, Septima Editio.

Λ̊ & Λο. λοιποὶ, Reliqui Interpretes. Ubi advertendum eſt hanc notam apponi aliquando cum omnes alii Interpretes in verſione ſua conveniunt, & a LXX. differunt: ſimiliterque poſt allatam Aquilæ, Symmachi vel Theodotionis lectionem; ſi reliqui Interpretes pari modo cum LXX. interpretentur, tunc apponitur nota Λ̊; nec raro etiam, cum unus omnino differt ab aliis, cæteri autem parvam exhibent vocum diſcrepantiam, tunc enim neglecta illa tenui lectionum varietate, unius lectio adfertur, præcedente nota Λ̊ vel λο quod non ſemel experti ſumus: nonnumquam etiam quando duo ſolum conſentiunt; vel etiam cum tenue inter ipſos diſcrimen intervenit, una pro duobus lectio ponitur, cum nota οἱ λοιποὶ. Interdum item οἱ λοιποὶ dicitur quando unus tantum Interpres allatam verſionem habet, ut exemplis ſæpe probavimus in hujus operis decurſu.

Οἱ Γ. tres Interpretes, ſcilicet Aquila, Symmachus & Theodotio. Rariſſime etiam, ubi vel Aquila vel unus ex tribus, interpretationem habet a LXX. diverſam, & LXX. cum aliis duobus conveniunt, tunc οἱ Γ. ſignificare poſſunt LXX. & duos alios eamdem lectionem habentes; quod poſtremum tamen exploratum adhuc non eſt

Brianus Waltonus putat notam οἱ Γ. alios tres Interpretes indicare, non Aquilam, Symm. & Theodot. ſed ne probabili quidem ratione ductus, ut infra probabitur.

Οἱ Δ. Quatuor Interpretes. Hæc nota aliquoties occurrit in Heſaia, ut cap. 9. v. 14. ubi ad hæc Hebraïca verba הוא הראש legitur apud Curterium οἱ Δ. αὐτῆς κεφαλὴ, ubi in LXX. Editionis Romanæ αὕτη ἡ ἀρχή. Hic autem οἱ Δ. non dubito quin ſignificent quatuor Græcos Interpretes; qui in Hexaplis erant nempe Α. Σ. Ο. Θ. Altera vero lectio αὕτη ἡ ἀρχὴ erat τῆς κοινῆς, ſeu Vulgatæ Editionis. Nam ut dictum eſt capite 3. editio Hexaplaris τῶν Ο. longe diverſa erat ab illa κοινῇ; ita ut etiam in Manuſcriptis τῶν Ο. Editionem referentibus; in margine οἱ Ο. quaſi diverſam omnino interpretationem habentes a fronte variæ lectionis ſæpe apponantur, nonnumquam ſoli, ſed frequentius cum aliis Interpretibus ſic. Ο. Θ. vel Σ. Ο. Θ. vel Α. Σ. Ο. Θ. ubi littera Ο. Editionem Hexaplarem τῶν Ο. ſignificat. οἱ Δ. autem non ſignificare Tetrapla, ut ſuſpicatur Brianus Waltonus in Appendice p. 123. ipſe articulus probat. Numquam enim dicitur οἱ τετραπλοῖ, οἱ ἑξαπλοῖ, ſed τὰ τετράπλᾶ, τὰ ἑξαπλᾶ. Igitur quemadmodum οἱ Γ. οἱ τρεῖς, i. *tres Interpretes*, ſic nota, οἱ Δ. οἱ τέσσαρες, *quatuor Interpretes* ſignificat; & quidem, ut certum videtur, eo quo ſupra diximus modo.

Π. Hæc littera ſignificat πάντες, id eſt, omnes Interpretes: qua de re nulla jam poteſt eſſe difficultas; ſiquidem ubi Codex Baſilienſis Π. habet, Coiſlinianus paſſim πάντες expreſſe refert. Joannes Curterius Præfatione in Procopium putat legendum Πάμφιλος, Pamphilus; nempe Martyr ille qui cum Euſebio Hexaplis emendandis & illuſtrandis vacavit. Et quidem negare non auſim hanc litteram Pamphilo indicando nonnumquam deputari, ut Ωρ Origenem ſignificat; ſed nullum adhuc ea de re perſpicuum exemplum occurrit mihi, quamobrem res in dubio verſatur.

Π. χω vel χ διω ου, ſæpius vero legitur παν pro Π. Hæ notæ perſæpe occurrunt in Lib. Judic. ad marg. Cod. Baſil. & aliquando ſic διωρθ. ου. Π. χω: quæ interdum conjunctim poſitæ ſunt; non infrequenter etiam ſeparantur. Earum porro interpretationem conjectando dedimus in Nota ad Jud. 1. 14. ita ut διωρ ſignificet διώρθωσα, *emendavi*, quo pacto legitur in margine Codicis RR. PP. Jeſuitarum Ezech. cap. 45. v. 12. ita ut nulla circa notam hanc difficultas ſupereſſe videatur, ου ſignificet οὕτως, *ſic*. Ubi notes διωρθ. nonnumquam poni, ſine ſubjuncto ου: perſpectum vero mihi videtur διωρθ. ου. ſignificare διώρθωσα οὕτως, *emendavi ſic*, & cap. 11. v. 34. διωρθ, ἀγαπητὴ, *emendavi*, ἀγαπητὴ, *dilecta*, quia prius legebatur, μονογενὴς, *unigenita*. Nota vero Π ſignificat haud dubie πάντες, *Omnes Interpretes*, ut ex ſupradictis liquidum eſt: χω. id eſt, ut prorſus exiſtimo, χωρὶς, *ſeparatim*. Ita ut hæ notæ διωρ ου Π. χω, ſive conjunctim, ſive ſeparatim poſitæ, ſignificent, *emendavi ſic*, *Omnes ſeparatim*; id eſt, omnes Interpretes ſeparatim ſpectati ſic habent. Dixi in Nota Jud. cap. 1. v. 14. Editiones ſeparatim vel ſeorſim poſitas, non eas ſignificare quæ in Hexaplis poſitæ erant, ubi aliquot fortaſſe mutationes invectæ fuerant, ſed eas quæ ſeparatis in Libris deſcriptæ erant, verum re diligentius examinata, veriſimilius eſſe puto, eas ipſas quæ in Hexaplis deſcriptæ erant hic indicari. Vix enim crederem Librarios & Scholiaſtas, qui notas illas marginales invexerunt, præter Hexapla, ad manum etiam habuiſſe Editiones ſeparatas diſtinctaſque Aquilæ, Symmachi & Theodotionis. Vocem autem χωρὶς, *ſeparatim*, ideo appoſuiſſe videntur, ut Editiones illas Interpretum diſtinguerent, a lectionibus eorum, quæ in Editione τῶν Ο. Hexaplari cum Aſteriſcis inſertæ fuerant, quæ lectiones non jam ſeparatim ſed conjunctim cum illa LXX. Interpretum Editione ſpectabantur: illud vero jam quaſi pro certo & explorato habeo. Ut ad ſupradictas notas redeam Jud. 1. v. 21. ubi in textu legitur ἐκληρονόμησαν, in margine Codicis Baſilienſis legitur, ἐξῆραν, & mox adjicitur παν id eſt, omnes ſic habent, ἐξῆραν videlicet, & ſic ſæpe παν ſolum

ponitur. Et v. 27. ubi in textu Basiliensis legitur ἐξῇρε, in marg. habetur, ἐκληρονόμησαν, cum subjuncta nota, παντ χω, πάντες χωρὶς, qua significatur omnes Interpretes separatim in columnis suis spectatos, ἐκληρονόμησαν habere, & sic identidem eadem nota παντ. χω. ponitur. Et cap. 2. v. 9. in texto ejusdem Codicis legitur, ἐν Θαμναθαρὲς, ubi ad marginem habetur, παντ. ου. ἐν Θαμναθαρὲς, quæ certe nihil aliud significare possunt, quam omnes sic habere ἐν Θαμναθαρές. Longe difficiliores explicatu sunt aliæ notæ eod. cap. v. 13. ubi ad illud, τῷ Βαὰλ, legitur hâc formâ.

θ'. τῷ. ὁ. τῇ.
ὁ. χω. θ. ου.

Ubi prior nota haud dubie significat Theodotionem legere, τῷ Βαὰλ, LXX. vero τῇ Βαάλ. Nota vero sequens quæ sic exponitur O. χωρὶς. θ' οὕτως, quid sibi velit, non satis intelligo. Hæc vero nota passim repetitur: forte significat *Septuaginta separatim, & Theodotionem similiter.* Altera nota sæpissime occurrit, nempe O. θ. χω, id est LXX. & Theodotio separatim sic habent. Et cap. 4. v. 5. ubi legitur, τῆς Βαιθὴλ, in margine scriptum est.

τῆς ὁ ὁ ου
ὁ θ' χω

Primam vero notam sic lego O. O. οὕτως, id est utraque Editio τῶν O. nempe, κοινὴ, & Hexaplaris sic habent τῆς. Altera vero nota O. θ. χωρὶς, significat ni fallor, LXX. separatim, id est, κοινὴ, & Theodotionem in sua columna, separatim item, sic habere. Aliquando sic ordinantur hujusmodi notæ, ut OEdipo prorsus egeant, ut cap. 4. v. 12. in texto Basiliensis legitur εἰς, in margine vero ἐπὶ & postea subjunguntur notæ hoc situ.

θ'. χω. O. ου
ὁ. θ'. ἐπὶ
θ' ου.

Ut autem concludatur, hæc uno verbo dicam, nota διω haud dubie significare videtur, διώρθωσα *correxi, emendavi*, ut exemplo comprobatur. ου οὕτως, sibi velle, vix est quod dubitetur ex supradictis. παν id est, certissime πάντες, ut exemplis frequentibus arguitur. χω non videtur aliud, quam χωρὶς significare posse. Harum vero notarum usus omnes explicare, donec quid clarius emergat, humanæ non videtur esse facultatis.

Τὸ ἴσω, hujus notæ usus conspicuus est in Codice Coisliniano egregiæ notæ X. sæculi, ubi quando Aquila vel Symmachus, vel Theodotio cum LXX. consonant & lectionem habent eamdem quæ in textu τῶν O. legitur, in margine scribitur A. ὁ ἴσω, Σ. ὁ ἴσω, id est Aquila vel Symmachus idipsum habent, quod intus sive in texto legitur. Peculiari autem modo notatur 1. Reg. 25. 31. ubi Coislin. in textu τῶν O. βδελυγμὸς ita punctis notatum habet; in margine vero A. Θ. ὁ ἴσω, id est, Aquila & Theodotio habent ea quæ *intus*, sive *in textu* sunt, non notata punctis, nempe λυγμός. Et vere alii MSS. habent A. Θ. λυγμὸς, *singultus*.

ꝏ Hesaïæ 14. v. 6. & alibi sæpe significat Origenes, ut diximus Palæographiæ Græcæ p. 225. Joannes Curterius illam siglam expressit per litteram φ', quod notam Codicis Marchaliani, nunc RR. PP. Jesuitarum, non intelligeret. Nam ibi sic notata depingitur ut eam hîc expressimus.

ἀν ἀνεπίγραφος. Hanc notam apponendam duximus, quia Nobilius, ac post eum Drusius, existimarunt, hic ἀνέσπερος significari, esseque nomen cujusdam Interpretis vel Scholiastæ, quem Anesperum vocant. Significat autem *Anonymus*, vel ad litteram, *Anepigraphus*, sive *sine auctoris epigraphe.* Vide Num. cap. 29. v. 16. Ut autem scias quantam errorum sylvam hæc nota sic posita pepererit, pauca exscribam ex Annotatione quadam nostra in Codice Coisliniano numero 5. Eodem in

Digitized by Google

Codice, qui est Catena in Leviticum, Numeros &c. imperitus Librarius qui Codicem scripsit illam notam in Antigrapho suo videns, sæpissime legit Αντου, aliquando Ανέμπτου, item Ανεπίμπτου, alibi Ανοσίου, semel Α.υναοίου, aliquando etiam recte ἀνεπιγράφου; semel item Σωναίου. Hæc porro nota nostra asseritur ex collatione alterius Catenæ ejusdem Bibliothecæ, ubi ad singula supra memorata nomina legitur ἀνεπ· i. ἀνεπιγράφου.

ΔΥΝ διάλειψις, ΔΥΝ ἀνάπαυσις sic legitur in margine codicis Coisliniani Levit. 25. v. 6. quæ respiciunt vocem שבת in LXX. expressa, σάββατα, *Sabbata.* Vix potest deprehendi an legendum sit ΔΥΗ, vel ΔΥΝ, sed non dubito quin legendum sit ΔΥΝ. & significetur δυνάται. Ita ut hæc nota, quæ respicit vocem שבת sic legatur, δυνάται, διάλειψις; δυνάται, ἀνάπαυσις, i. Vox σάββατον, *valet* sive *significat*; cessatio, *& significat*, requies.

II. *De Notis incognitis.*

μ̂ ΠΙ ᾱ Hæc nota reperitur Job cap. 17. v. 3. in Codice Colbertino Num. 1952. ubi ad hos quatuor versiculos.

> Τίς ἐστιν οὗτος τῇ χειρί μου συνδεθήτω;
> Ὅτι καρδίαν αὐτῶν ἔκρυψας ἀπὸ φρονήσεως.
> Διὰ τοῦτο οὐ μὴ ὑψώσῃς αὐτούς.
> Τῇ μερίδι ἀναγγελεῖ κακίας.

Hæc annorantur ⁜ ἐκ θ. οἱ δ΄. id est, hi quatuor στίχοι seu versiculi ex Theodotione: deinde adjicitur μ̂ ΠΙ ᾱ ⁜ c. ⁜ ⁜ hæc autem significare prorsus videntur μόνος πρὸς πρῶτον, *solus ad primum*, id est primum versiculum ex Theodotione solo desumtum esse; deinde, secundum, tertium & quartum Symmachi pariter & Theodotionis esse: idemque usus hujusmodi notarum alibi etiam reperitur. Hæc porro vix quidpiam difficultatis habere viderentur, si constaret semperque idem esset harumce notarum usus; verum non ita res est; nam Job 20. 23. in hæc verba, Εἴπως πληρώσαι γαστέρα, notatur in eodem Codice θ΄. ⁜ μ̂ ΠΙ αὐτὴ τοῦ ὅπως, quo significari quidem videtur solum Theodotionem habere εἴπως, & inde in LXX. invectum fuisse; alios autem ὅπως legere: sed nota μ̂ ΠΙ quid sibi velit non ita facile est divinare. Plus etiam negotii facessit alia nota Job cap. 21. v. 21. in hosce duos versiculos.

> Ὅτι τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐν οἴκῳ αὐτοῦ μετ᾽ αὐτοῦ
> Καὶ ἀριθμοὶ μηνῶν αὐτοῦ διῃρέθησαν.

Ubi legitur in eodem Codice ⁜ ἐκ θ΄. οἱ β΄ οὕτω τοῦ θεοῦ μ ΠΙ ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ. τί γὰρ χρεία τῆς οἰκίας αὐτοῦ μεθ᾽ ἑαυτοῦ, quæ omnia quasi hariolando ibi explicare conati sumus; sed hæc ad specimen sufficiant.

Οἱ Γ. χ̄ος. Hæc nota habetur in Codice RR. PP. Jesuitarum Colleg. Ludovici Magni, qui Codex Prophetas Minores & postea Majores complectitur. In hanc igitur vocem לנידה Thren. 1. 8. quam LXX. εἰς σάλον vertunt sic notatur C. οἱ Γ΄. χ̄ος ἀνάστατον. Si stet illa lectio χ̄ος, εἰς ἀμηχανίαν agor: verum puto hic χ̄ος pro χ̄ως legi, & hac voce significari χωρὶς, atque ita sensus erit, Symmachum, qui solus in Threnis cum LXX. in Hexaplis ab Origene locatus fuerat, ut supra diximus, habere ἀνάστατον, & tres Interpretes *separatim*, & extra Hexapla, nempe Aquilam & Symmachum & Theodotionem, eamdem præferre lectionem.

ΟΜωC τ Ο. Hæc vel similis ipsi nota significat ὁμοίως τοῖς Ο. quam cum non intelligeret Joan. Curterius ὅμως τι Ο. fere semper legit.

III. *Probatur contra Brianum Vvaltonum notam, οἱ Γ, significare tres Interpretes Aquilam, Symmachum & Theodotionem.*

Brianus Waltonus in Appendice Polyglot. Anglican. p. 125. exemplis probare

nititur οἱ Γ. quæ frequentissime in Codice Marchaliano, nunc RR. PP. Jesuitarum, occurrit, non significare Aquilam, Symmachum & Theodotionem: ejus verba referre ne gravemur:

» Οἱ Γ. qui toties occurrunt in margine Codicis Marchaliani, non videntur fuisse » Aquila, Symmachus, & Theodotio, (quod nonnullis visum:) idque primò, » quia Esaïæ 10. v. 29. ad vocem Αγγαι, separatim hi omnes & distincte adducun- » tur, imo & diversimode interpretantes. Θ. vero signanter eo loci κατάδυμα ver- » tisse dicitur, (quod κατάλυμα legendum potius;) cui mox apponitur ὅμως οἱ Γ. » At vero si dicti modo Interpretes iidem essent qui οἱ Γ. certe quod subjungitur » ὅμως οἱ Γ. non minus nugaciter & inepte adderetur, quam si quis diceret, Clotho, » Lachesin & Atropon, imminere stamini vitæ humanæ, quin etiam & tres Parcas » hoc ipsum facere: fuerunt ergo alii & alii, non minus a τοῖς Γ. quam a se in- » vicem diversi. Dein cap. 42. v. 9. ad vocem ἀνατεῖλαι, cum ÷ sic se habet margo; » οἱ Γ. ἀναγγεῖλαι, Θ. βλαστῆσαι, A. ἀναφυῆναι: nonne hæc tanta tamque distincta in- » terpretationum varietas; varietatem arguit authorum? Denique cap. 66. v. 8. » ad voces εἰ καὶ sub ÷ margo sic habet, ὅμως οἱ Γ, οἱ Ο. ἤ, ὅμως τε Α. Θ. unde » constat Aquilam saltem & Theodotionem non minus diversos esse a τοῖς Γ. quam » οἱ Ο. sunt: (*forte per οἱ Γ, tres Editiones, Origenis vel Eusebii, Luciani, & Hesychii* » *denotantur.*)

Hactenus Brianus Waltonus. Sed cum perspicuis ac bene multis exemplis probaverimus οἱ Γ nihil aliud significare, quam Aquilam, Symmachum & Theodotionem, dicet haud dubie eruditus Lector, aliam Waltono quærendam fuisse difficultatum suarum solutionem, & frustra pugnasse doctum virum, notam οἱ Γ alios a memoratis Interpretes vel auctores significare.

Illa vero nota οἱ Γ. non in Codice Marchaliano tantum occurrit; sed etiam in aliis vetustissimis Codicibus, ad Libros maxime Judicum, Regum, Psalmorum & Prophetarum omnium. Ex his porro Libris exempla mutuabimur, quæ nihil dubii, ut arbitror, relinquant.

Jud. cap. 1. v. 31. ubi Hebraïcum habet אחלב Editio Romana Δαμανὰ Coislinianus vetustissimus Codex septimi circiter sæculi in margine habet οἱ Γ. καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν, Νααλὰλ. Et versu sequenti Hebr. אחלב LXX. Δαλὰφ, Coislin. in margine οἱ Γ. καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν Ἀαλὰβ. Quinam illi οἱ Γ. nisi Aquila, Symmachus & Theodotio? quomodo hi tres legere potuerint has voces Hebraïcas, nisi ut supra leguntur post notam οἱ Γ? Cur vero Scholiastes ille Codicis Coislin. tres illos claros Interpretes omiserit, quos sæpe separatim in medium adducit, ut tres alias Editiones, quæ nusquam aut separatim, aut conjunctim memorantur adduceret? Quod autem magis urget eodem cap. v. 35. ad has voces Hebraïcas באילון ובשעלבים notat Coislinianus οἱ Γ. καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν, ἐν Αἰλὼν καὶ ἐν Σαλαβεὶν; Basiliensis vero Codex pervetustus, οἱ λοιποὶ, ἐν Αἰλὼν καὶ ἐν Σαλαβείν. Nemo ambigere potest οἱ Γ. & οἱ λοιποὶ idipsum esse: οἱ λοιποὶ autem, seu reliqui Interpretes ut liquidum est, iidem semper sunt, qui in Hexaplis locum habebant. Et Jud. cap. 12. v. 1. ad vocem צפונה οἱ Γ. βορρᾶν: At secundum Hieronymum, A. Σ. hic βορρᾶν habent, atque etiam Theodotio in textu τῶν Ο. qui ad Theodotionem correctus fuerat. Ubi notes Eusebium & Hieronymum, Aquilam & Symmachum tantùm, Theodotionem vero rarissime commemorare in Libro de locis Hebraïcis. Sed en exemplum adeo perspicuum, ut ne mutire quidem contra liceat cap. 15. Jud. v. 9. Hebr. בלחי LXX. ἐν Λεχὶ, Coislin. vero in margine οἱ Γ. ἐν σιαγόνι, Basiliensis, οἱ λοιποὶ ἐν σιαγόνι, Eusebius, A. Σ. ἐν σιαγόνι, Hieronymus, *Aquila & Theodotio interpretantur maxillam:* Ipsa luce clarius est hic οἱ Γ. οἱ λοιποὶ, & A. Σ. Θ. idipsum esse.

Ejusdem perspicuitatis est locus ille 3. Reg. 17. 6. ubi Codex Regius habet A. Σ. Θ. ἄρτον καὶ κρέας τὸ πρωΐ, & Coislinianus alter codex eamdem lectionem adfert, præmissa nota οἱ Γ. Quid ergo sunt οἱ Γ. aliud, quam A. Σ. Θ? Et 4. Reg. 22. 20.

בשלום οἱ Γ. ἐν εἰρήνῃ: quid aliud vertere potuerunt A. Σ. Θ. quam ἐν εἰρήνῃ? Moneo tamen aliam ibi Symmachi lectionem efferri, nempe, ἐν Ἱερουσαλὴμ: sed illud nihil negotii facessit, nam sæpe duæ Symmachi lectiones proferuntur; ut supra diximus, ex duabus nempe ejus Editionibus desumtæ.

Psalm. 49. v. 1. Eusebius & Manuscripti habent. A. Σ. Θ. ἰσχυρὸς ὁ θεὸς, Theodoretus vero οἱ Γ. ἰσχυρὸς ὁ θεὸς, jam ergo a multis retro sæculis obtinuit usus ut A. Σ. Θ. dicerentur οἱ Γ. vel οἱ τρεῖς. Evidentissime autem Psalmo 93. ubi LXX. titulum habent ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, Codex unus habet, ἀνεπίγραφος παρὰ τοῖς Γ. & E. καὶ ς'. Id est, Psalmus caret inscriptione apud tres Interpretes, & apud Quintam & Sextam. An quis negaverit hic τοῖς Γ. significare Aquilam & Symmachum & Theodotionem? Eadem vero ipsa nota reperitur ad initium Psalmi 95.

Hesaïæ vero cap. 1. v. 4. Codex Marchalianus habet. οἱ Γ. πονηρευομένων; licet notam οἱ Γ. Curterius non exscripserit. Ibi vero Hieronymus *Cæteri sequentes Hebræum* MEREIM *interpretati sunt*, pessimorum: Quinam illi cæteri, nisi A. Σ. Θ. qui & οἱ Γ? Et Hesai. 6. 6. Cod. Marchal. οἱ Γ. ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ; Hieronymus vero, *Aquila, Sym. & Theodotio*, in manu ejus: quid clarius? Sed quod nihil relinquat dubii ipse Curterius ex MSS. Hesaïæ 8. 21. διὸ δὴ καὶ οἱ τρεῖς, Ἀκύλας, & Συμμ. & Θεοδοτίων οὕτως ἡρμήνευσαν. i. *qua propter tres Interpretes Aquila, Symmachus & Theodotio, sic transtulerunt.* Si hæc advertisset Waltonus, numquam negasset οἱ Γ. sive οἱ τρεῖς esse A. Σ. Θ. Æque perspicuum est illud Hesaïæ 11. 15. ubi Eusebius ait: οἱ τρεῖς συμφώνως οὕτως ἡρμήνευσαν, & ἀναθεματίσει κύριος τὴν γλῶσσαν θαλάσσης Αἰγύπτου. Ibi vero Hieronymus: *Desolabit igitur sive interficiet, hoc est*, ἀναθεματίσει, *ut Theodotio, Aquila & Symmachus transtulerunt, linguam maris Ægypti.* Et Hesaïæ 54. 16. באש Cod. Marchal. οἱ Γ. ἐν πυρὶ quinam illi tres nisi A. Σ. Θ. nam quomodo A. Σ. Θ. באש vertere potuerint, nisi ἐν πυρί? Idem dicas cap. 55. v. 1. ubi יין οἱ Γ. οἶνον. & ibid. v. 5. הן οἱ Γ. ἰδοὺ: & cap. 56. 10. לא ידעו οἱ Γ. οὐκ ἔγνωσαν. & 58. 4. הן οἱ Γ. ἰδού. Quinam alii possint in his exemplis intelligi, οἱ γ' nisi Aquila, Symmachus & Theodotio?

Idipsum autem dixeris Ezech. 4. לחמם טמא ubi Codex Marchal. ※ οἱ Γ. τὸ ἄρτον αὐτῶν ἀκάθαρτον: ubi notandum est hic & in allatis exemplis sæpe, notam οἱ Γ. præmissum Asteriscum habere, quia lectiones trium Interpretum cum Asterisco in Editionem τῶν O. Hexaplarem ab ipso Origene invectæ fuerant, quod certissimum est, id vero quibusnam aliis, quam Aquilæ, Symmacho & Theodotioni convenire possint? & quomodo quadrare valeat ad Editiones Eusebii, Luciani & Hesychii, quæ multis post Origenem annis primò prodiere. Nota οἱ Γ. Asterisco præmisso habetur etiam Ezech. 11. 15. ubi nonnisi ad A. Σ. Θ. pertinere potest, ut liquet tum ex Asterisco, tum ex vertendi more. Et Ezech. 20. 44. נאם ארני Cod. Marchal. ※ οἱ Γ. λέγει κύριος, & 44. 4. יהוה ※ οἱ Γ. κυρίου. similiaque multa adjicere possemus. Verum hæc plus quam satis erunt.

His perspectis nemo non dicat, Brianum Waltonum, in quantamcumque se ἀμηχανίαν ex præmissis difficultatibus deductum putaret, non satis consulto fecisse, cum ut iis se expediret, affirmavit οἱ γ. non significare Aquilam, Sym. & Theodotionem: nam quidvis potius dicere oportuit, quam rem certissimam negare.

Jam ad Briani Waltoni argumenta veniamus. Esaï 10. 29. *ad vocem* ἀγγαί, inquit, *separatim & distincte adducuntur (Aquila, Symm. & Theodotio) imo & diversimode interpretantes.* Θ. *vero signanter eò loci* καταλυμα *vertisse dicitur, (quod* κατάλυμα *legendum potius,) cui mox apponitur* ὅμως οἱ Γ. *At vero si dicti modo Interpretes iidem essent qui* οἱ Γ, *certe quod subjungitur* ὅμως οἱ Γ, *non minus nugaciter & inepte adderetur, quam si quis diceret, Clotho, Lachesin & Atropon, imminere stamini vitæ humanæ; quin etiam & tres Parcas hoc ipsum facere: fuerunt ergo alii & alii, non minus a τοῖς Γ. quam a se invicem diversi.*

Ut propositam difficultatem facilius intelligas, observes oportet, hic in textu Codicis Marchaliani a Curterio editi legi, καὶ ἥξει εἰς Ἀγγαί· φόβος λήψεται Ραμὰ πόλιν

Σαοὺλ· φθέξεται θυγάτηρ &c. In margine vero ad vocem Αἰγαί, has notas consequenter legi.

Α. ΑΥΛΙΣΤΗΡΙΟΝ
Σ. ΑΥΛΙΣΜΟΣ
Θ. ΚΑΤΑΛΥΜΑ ΟΜΩΣ
ΟΙ Γ.
※ ΧΡΕΜΕΤΙΣΟΝ ΦΩ
ΝΗΝ ΣΟΥ

Hic si ὅμως οἱ Γ. (lege ὁμοίως οἱ Γ.) necessario conjungatur cum Α. Σ. Θ. interpretationibus præpositis, ita ut post datam singulorum lectionem, quæ respicit vocem Hebraicam מלון, huic adjungatur ὁμοίως οἱ Γ. recte hæret Waltonus, cum dicitur tres similiter vertisse, postquam diversæ trium lectiones allatæ sunt. Verum facilis erit difficultatis solutio, si dicamus ὁμοίως οἱ Γ. respicere quamdam ex sequentibus vocibus, vel clausulis, & male conjungi hanc notam cum præcedenti, quod sexcenties accidit. Itaque opinor, ὁμοίως οἱ Γ. conjungendum esse cum sequenti lectione marginali ※ χρεμέτισον φωνῇ σου. צהלי קולך : nam sic has voces vertere solent Α. Σ. Θ. ut videre est infra in Lexico Hebraïco. Itaque sensus erit *similiter tres Interpretes*, nempe Α. Σ. Θ. χρεμέτισον φωνῇ σου. Hæc omnino verisimilia sunt. Si tamen alio modo te expedire velis, cave dicas umquam, οἱ Γ. non significare Α. Σ. Θ. id quippe non licet post tot allata testimonia. Cæterum ὅμως male a Curterio lectum fuisse pro ὁμοίως, sæpe ostendimus. Hic etiam male κατάδυμα, pro κατάλυμα legitur, ut observat Waltonus.

Alterum Waltoni argumentum hujusmodi est : *Dein cap. 42. v. 7. ad vocem* αἰατίσαι *cum* ÷ *sic se habet margo*; οἱ Γ. αἰαγγέλαι Θ. βλαστῆσαι Α. αἰαφωνῆσαι : *nonne hæc tanta tamque distincta interpretationum varietas, varietatem arguit Authorum?*

Hæc si accuratius examinasset Waltonus, manifesta vel Librarii vel Curterii menda duo deprehendisset. Primum est, quod οἱ Γ. legatur pro Ο. C. i. LXX. & Symmachus, quæ mutatio facilis. Id vero docet eadem Curteriana Editio, ubi ad hæc verba legitur in Commentario Procopii, ὁ Σύμμαχος εἶπεν, ἀντὶ τοῦ αἰαγγέλαι &c. Secundum mendum est, quod utrobique legatur αἰαγγέλαι pro αἰατίσαι, numquam enim vocem יצמיחו vertisset Symmachus αἰαγγέλαι. Itaque notam sic legas Ο. Σ. αἰατίσαι Θ. βλαστῆσαι. Α. αἰαφωνῆσαι. Nam LXX. ut Symmachus αἰατίσαι primitus habuere.

Tertium argumentum profert Waltonus : *Denique, ait, cap. 66. v. 8. ad voces* εἰ καὶ *sub* ÷ *margo sic habet*, ὅμως οἱ Ο. ἤ, ὅμως τι Α. Θ. *unde constat Aquilam saltem & Theodotionem non minus diversos esse a* τοῖς Γ, *quum* οἱ Ο. *sunt*, (*forte per* οἱ Γ. *tres Editiones, Origenis vel Eusebii, Luciani & Hesychii denotantur.*) Hactenus Waltonus. Posterius vero commentum de tribus Editionibus jam exsufflatum est.

Quod ad notam vero attinet, dico ita legendum esse, ὁμοίως οἱ Γ, οἱ Ο. ἤ ὁμοίως τοῖς Α. Θ. ut passim probatur in Notis ad Hesaïam : nam in Marchaliano Codice, ubi ὅμως legitur, post M. supra scribitur lineola quæ significat οι : quamobrem legendum ὁμοίως : ubi Curterius legit τι, Τ solum habetur, supra posita recurva linea, quæ efficit articulum, τοῖς ut ipsis oculis inspexi. Hac posita lectione dico primam notam ὁμοίως οἱ Γ, vel pertinere ad aliquam vocem prius positam, vel significare, tres Interpretes εἰ καὶ, habere, ita tamen ut οἱ Ο. ἤ ὁμοίως τοῖς Α. Θ. Id est, LXX. & Aquila & Theodotio, ἤ pro εἰ habeant. Ut ut vero sit, errorem Librarii his in casibus potius suspiceris, quam rem luce clariorem neges, videlicer τοὺς Γ. esse Aquilam, Symmachum & Theodotionem.

Certe Librarios in hujusmodi notis non infrequenter errare deprehendimus ; ut Coislin. eximius codex 3. Reg. 15. 12. Ο. Γ. τὰς τελετάς, ὁμοίως οἱ Γ. ubi illa repetitio τοῦ Γ. vitio inducta fuit. Et Vaticanus Psalm. 16. 2. in hac verba οἱ ὀφθαλμοί σου sic notat Α. Σ. Θ. ὁμοίως οἱ Γ, quamquam hic recte explicari possit, *Aquila*,

Symmachus

Symmachus & Theodotio, tres similiter habent, quod ita Gallicè exprimi valeat, *Aquila, Symmaque & Theodotion ont tous trois de même.* Hæc pluribus persequi necesse duximus, ne Eruditissimi & de Republica litteraria bene meriti viri conatu, a vera sententia quidam abducerentur.

CAPUT XI.

I. Hexaplorum apographa perpauca facta sunt, quare. II. Variæ Hexaplorum lectiones in marginibus Bibliorum collectæ III. Quinam ex Scriptoribus Ecclesiasticis Hexaplorum Libris sint usi. IV. Quandonam Hexapla perierint.

I. *Hexaplorum apographa perpauca facta sunt, quare.*

QUANTÆ fuerit operæ Hexapla Origenis integra describere, & res ipsa per se clamat, & Hieronymus testificatur, qui ait Præfatione in Librum Josue; Hexapla sumtu & labore maximo indigere. Sane quivis conjicere valet quanti laboris fuerit Græcis Calligraphis, Biblia sacra primùm Hebraïca lingua, quam ut plurimum ignorabant, depingere; Hebraïca deinde Græcis litteris e regione perscribere; postea vero quatuor ut minimum, aliquando sex vel septem Interpretum Editiones, uno conspectu, & e regione ponere, ea scilicet accuratione, ut una aliam non excederet. Id sane præstare pauci ex Calligraphis poterant. Ad hæc, cum illo ævo, in Libris saltem hujusmodi, nonnisi uncialis character usurparetur, qui longe majus spatium occupabat, ac præter illas Hebraïci textûs, Interpretumque columnas, multa in marginibus Origenes apposuerit, monita scilicet, nominum propriorum, aliorumque interpretationes, quæ latos margines desiderabant; perquam minimam sane textus Biblici partem singulis in paginis haberi necesse fuit: quibus perpensis, vix quinquaquinta amplæ molis voluminibus comprehendi Hexapla omnia potuisse putaverim. Cumque ipse Origenes, qui primus Hexaplorum opus, sumtum suppeditante ut putatur Ambrosio, concinnavit, etsi Tachygraphos septem & totidem Calligraphos ad manum semper haberet, iis tamen adornandis multos consumserit annos; probabile sane est perpaucos post Origenem fuisse, qui hujusmodi commoda, una cum adipiscendi desiderio, & pecunias & Calligraphos & membranas pro voto habuerint.

II. *Variæ Hexaplorum lectiones in marginibus Bibliorum collectæ.*

Hinc autem evenit ut plerique a tam ardua re suscipienda deterriti, quo minoribus impensis quæ præcipua in Hexaplis erant nanciscerentur, lectiones Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, atque alias, quæ majoris essemomenti videbantur, in marginibus Exemplarium τῶν O. exscribi curarent. Et quia in delectu, opinionum plerumque divortia fieri solent, dum alius aliud annotandum putat: inde accidit, ut in variis Bibliorum Codicibus lectiones Interpretum variæ descriptæ sint; ita ut pauci reperiantur Manuscripti, qui easdem repræsentent: inde vero factum est ut longe plures veterum lectiones variis in Libris sese obtulerint. Inter hos autem Codices, longe cæteros superant Coisliniani duo: quorum unus unciali quadro charactere descriptus sexto circiter vel septimo sæculo, complectitur Octateuchum & Libros Regum, cum quibusdam hinc & inde hiatibus, qui temporum injuriâ acciderunt; alter vero decimi sæculi, Libros Regum, Paralipomenôn, Esdram, Estherem, Judith, & Macchabæos, cum magna in Libros Regum interpretationum marginalium copia: sed hic, ut & alii omnes Manuscripti, in Libris Parali-

pomenôn pauca; in cæteris nihil habet. His accedit Regius decimi-tertii circiter sæculi, qui multas in Libris Regum lectiones veterum adfert. Magno item usui fuit Codex RR. PP. Sancti Basilii Romæ, decimi sæc. quem Basilianum vocamus, hac supellectile marginali onustus, qui Heptateuchum continet, sed tota pene Genesi truncatus est. Nec prætermittendus Regius alter num. 1871. decimi sæculi, ex cujus marginibus multa excerpsimus. Inter præstantissimos computandus Codex Prophetarum Bibliothecæ RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni, unde multa in Jeremiam & Ezechielem mutuati sumus: nam Hesaïas jam editus a Joanne Curterio fuerat, & in cæteris Prophetis fere nihil marginalium interpretationum habetur. Præter veterum Interpretum lectiones, hic Asterisci & Obeli passim, nonnumquam in textu, sæpius in marginibus annotantur. Ex hoc Codice plura excerpere poteramus, nisi præcipitem ei operam dare coacti essemus: nam ad quatuor tantum dies, rogante Mæcenate nostro Em. Card. d'Etrées, ejus nobis copia facta est. Memorandus item Codex Colbertinus in Jobum, recens quidem, sed ex veteri, ut creditur, descriptus, unde multa ad institutum nostrum spectantia mutuati sumus. Non tacendus item Barberinus in Prophetas, cujus varias lectiones in Appendice Polyglottorum edidit Brianus Waltonus. De aliis Manuscriptis minoris pretii, quorum magnam copiam nacti sumus, in fronte singulorum librorum actum est. Hæ nobis Hexaplarium interpretationum reliquiæ supersunt in Manuscriptis. Nam Hexapla ipsa, ut ab Origene concinnata fuerant, ita funditus perierunt, ut ne particulam quidem eorum ulli uspiam conspicere licuerit.

III. *Quinam ex Scriptoribus Ecclesiasticis Hexaplorum Libris sint usi.*

Præter Codices Manuscriptos, unde veterum interpretationum pars magna prodit, amplam nobis segetem obtulerunt Scriptorum veterum Commentarii, qui pro litteræ sensu assequendo plerumque Aquilæ, Symmachi, Theodotionis aliorumque Interpretum lectiones usurparunt. De singulis porro iis, qui Hexaplis sunt usi, si quædam hîc paucis proferamus, non ingratum Lectori erit.

PAMPHILUS Martyr, ideo prior numeratur, quia antequam ullus Scriptorum qui supersunt Hexaplis uteretur, Codices Hexaplorum cum Eusebio emendasse fertur in nota Codicis RR. PP. Jesuitarum, exscripti ad fidem Hexaplorum; quæ penes Apolinarium Cœnobiarcham asservabantur, ut in eadem nota dicitur.

EUSEBIUS Pamphili, præter eam Hexapla emendandi operam, quam cum Pamphilo suscepit, scholia insuper adjecit, ut in eadem nota fertur. Ad hæc autem innumeras pene veterum Interpretum A. S. Th. lectiones adtulit, Commentariis in Psalmos & in Hesaiam, in Libro de locis Hebraïcis, in Præparatione & Demonstratione Evangelica, & in fragmentis Commentariorum in alias Scripturæ partes. Quare magno nobis in his edendis subsidio fuit.

ATHANASIUS, Hexaplis non ita frequenter usus, binas tamen Aquilæ lectiones suppeditavit; alteram in Libro, cui titulus, *Omnia mihi tradita sunt a Patre*; alteram in Commentariis in Psalmos.

CHALCIDIUS, qui an Christianus, an Gentilis fuerit, incertum est, eodem circiter tempore, Hexaplorum locum adtulit, ut videas in principio Genesis. Alii eum ætate longe posteriorem esse putant: sed id disquirere non est præsentis instituti.

ASTERIUS Sophista, qui eodem pene tempore Commentaria in Psalmos adornavit, an Hexaplis sit usus, necne, nondum ita perspectum est.

DIDYMUS cæcus Alexandrinus Hexaplorum lectiones in Commentariis suis adtulit, sed non ita frequenter.

THEDORUS Heracleota Arianus, Hexapla passim adhibuit, eaque docte tractavit, ut multis in locis videre est. Ejus Commentariorum fragmenta bene multa exstant in Catenis variis.

EUSEBIUS Emesenus in Commentariis, quorum fragmenta Catenæ exhibent, Hexaplis est usus; sed raro ut videtur.

HILARIUS semel Hexapla usurpasse deprehenditur Commentario in Psalmos.

EUSEBIUS Vercellensis Commentarios Eusebii in Psalmos Latine transtulit, lectionibus Hexaplorum respersos.

DIODORUS Tarsensis, in sacra Scriptura apprime versatus, Hexaplorum notitiam plenam habuisse videtur, ut ex ejus fragmentis, quæ in Catenis supersunt, deprehenditur.

EPIPHANIUS Cypri, lectiones veterum Interpretum non semel adtulit, & Historiam Hexaplorum partim ex Origene; ut videtur, mutuatus, fuse descripsit.

BASILIUS Cæsariensis Hexaplares interpretationes parum tractavit.

GREGORIUS item Nyssenus ejus frater, Hexaplis raro usus est.

APOLINARIUS Laodicenus in Commentariis suis Hexaplorum lectiones parcissime adtulit.

AMBROSIUS Mediolanensis modicum Hexaplorum usum habuisse deprehenditur, similiterque AUGUSTINUS & PHILASTRIUS.

RUFINUS, qui magnam Origenis operum partem Latine interpretatus est, Hexaplorum notitiam plenam habuisse videtur: quibus tamen raro est usus, ut ex ejus, quæ supersunt, scriptis deprehenditur.

JOANNES CHRYSOSTOMUS, lectiones veterum Interpretum frequentissime profert, maxime autem Commentariis in Psalmos, ubi raro Interpretes nomine suo exprimit, sed voce ἄλλος; utitur.

HIERONYMUS plus quam cæteri omnes; uno fortassis Eusebio excepto, Hexaplis est usus: de Hexaplorum ordine sæpe disseruit, de singulis Interpretibus multa dixit: eorum interpretationes in Commentariis suis & in aliis opusculis sæpe adtulit. Editionem Latinam veterem adjunctis Asteriscis & Obelis publicavit. Præterea interpretationem Latinam novam adornavit, quæ hodierna Vulgata est, ubi Aquila, Symmacho, & non semel Sexta Editione, quando ea aderat, usus est. Et in aliis quidem Libris Symmachum frequenter sequitur, Aquilam item non raro; in Psalmis vero, Aquilæ ut plurimum hæret, Symmacho infrequentius, aliquando etiam LXX. Latine exprimit. Hæc sparsim annotavimus in hujus operis decursu.

HESYCHIUS Salonitanus, qui a nonnullis cum Jerosolymitano confunditur, Commentarium edidit in Leviticum, quem Latine primitus scriptum fuisse prorsus existimo: neque enim ullatenus olet interpretationem ex Græco factam. Ibi vero veterum Interpretum Aquilæ, Symmachi & Theodotionis lectiones frequenter adhibet. Commentaria illum sua non Græcè sed Latinè edidisse vel hinc evincitur, quod in Catenis Græcis in Leviticum, quæ magno numero variis in Bibliothecis habentur, nihil ex Hesychio Græce uspiam compareat.

THEODORUS Mopsuestenus cujus & Commentariorum fragmenta in Catenis exstant, & Commentaria in Prophetas integra in Bibliothecis servantur, LXX. semper sequitur, Hexaplorum vero interpretationes varias parum adiisse videtur.

VICTOR Antiochenus, in fragmentis Commentariorum, quæ in Catenis supersunt, Interpretes Hexaplorum raro adhibuisse deprehenditur.

POLYCHRONIUS, ut ex fragmentis ejus in Cantica, in Job, in Ezechielem & in Danielem, quæ in Catenis exstant, arguitur, Hebraïce doctus fuit, Hexapla penes se habuit, iisque frequenter usus est in Expositionibus suis.

CYRILLUS Alexandrinus Hexaplorum lectiones rarissime adtulit.

THEODORETUS in Commentariis suis veterum Interpretum lectiones, ut in Hexaplis erant, sæpissime adfert, iisque sagaciter utitur, opemque magnam tulit in hac edenda Collectione.

JOANNES Philoponus Commentario in Hexaëmeron, Genesis primum fere

caput integrum secundum interpretationes Aquilæ, Symmachi & Theodotionis nobis conservavit.

PROCOPIUS Gazæus in Octateuchum, in Libros Regum & Paralipomenôn, & in Hesaïam, Commentaria edidit, ac persæpe interpretationes veterum quæ in Hexaplis erant in medium adduxit, maximeque Commentario in Hesaïam, quem ita mutilum ad nos devenisse dolemus.

ANASTASIUS secundus Antiochenus non infrequenter in suo in Hexaëmeron opere veterum Interpretum fragmenta adtulit.

ANASTASIUS Nicænus Metropolita, Commentario in Psalmos Græce, qui integer servatur in Bibliotheca Coisliniana, veterum Interpretum lectiones raro adhibet.

HESYCHIUS Jerosolymitanus Commentarium in Psalmos emisit, qui hodieque in aliquot Bibliothecis Græce asservatur; cujus & fragmenta in Catenis edita sunt, veterum Interpretum lectiones infrequenter adtulit.

OLYMPIODORUS Episcopus Trices in Thessalia, ut in Codice quodam Coisliniano decimi circiter vel undecimi sæculi dicitur, Commentariis in Ecclesiasten, in Job & in Jeremiam, nobilitatur: ubi Hexaplis frequentissime, maxime in Job, usus est.

EUTHYMIUS Zygabenus Commentaria in Psalmos emisit, ubi Hexaplarium Editionum lectionibus aliquando utitur, ex marginibus scilicet Bibliorum & ex aliorum Commentariis mutuatus: vix enim putaverim Hexapla ad ejus tempus devenisse: nam vixit undecimo sæculo.

IV. *Quandonam Hexapla perierint.*

Jam restat ut disquiramus, quo tempore tam nobile tanto labore partum opus funditus interierit. Id ex raritate Exemplarium accidisse, ut supra dictum est, certum habemus: Initio enim satis habebant, si eas, quas meliores existimabant veterum Interpretum lectiones, in marginibus Bibliorum describerent. Infimis vero sæculis etiam ab hac marginalium lectionum annotatione cessatum est: unde contingit, ut lectiones illæ & interpretationes in antiquissimis Codicibus sæpius reperiantur, secus autem in recentioribus. Cum priora igitur Hexaplorum Exemplaria vetustate consumta fuissent, exscribendi negligentiâ totum opus in perniciem ivit. Id vero quandonam acciderit nullo Scriptorum testimonio indicatur. Certum quidem videtur primigenium Tetraplorum, & Hexaplorum Origenis Exemplar in celebri illa Cæsariensi Martyris Pamphili Bibliotheca remansisse; eam Bibliothecam commemorat Codex Epistolarum S. Pauli Coislinianus, quo antiquior alter non superest, ut quidem arbitror. In nota quippe ad calcem posita dicitur, illum ipsum Codicem collatum fuisse Cæsareæ in Bibliotheca S. Pamphili, ad Exemplar ipsius Pamphili manu descriptum: ἀντεβλήθη δὲ πρὸς τὸ ἐν Καισεία (sic) ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου χειρὶ γεγραμμένον τοῦ αὐτοῦ. In eadem Bibliotheca descriptus fuerat Exemplar Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, qui in vicinis Cæsareæ locis degisse videtur: nam Exemplar illius, quod ad Prophetiam Hesaiæ spectat, ab Hexaplis ipsis desumtum fuerat, & cum altero Hexaplorum volumine collatum; quod ad Ezechielem vero pertinet, Exemplar Apolinarii exscriptum ab Hexaplis, correctum fuerat ad fidem Tetraplorum, quæ Origenis ipsius manu emendata & Scholiis illustrata fuerant: quibus Scholiis alia Scholia in eodem Exemplari adjecerat Eusebius Cæsariensis, atque idipsum Exemplar Pamphilus & Eusebius correxerant. Hoc autem Exemplar in Bibliotheca Pamphili, cujus manu emendatum fuerat, extitisse non dubium. Hæc porro omnia edidicimus ex notis Codicis Marchaliani, nunc RR PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni, quas adtulimus supra pag. 14. Ille vero Codex sæculo circiter VIII. ut ex characteris forma existimatur, ad fidem Exemplaris Apolinarii exscriptus est.

Tetrapla igitur & Hexapla ipsa Origenis in Bibliotheca Pamphili Cæsareæ servabantur, ubi cum ipsa Bibliotheca perierunt, aut cum urbs a Persis sub Chosroe

capta fuit, aut non diu postea, cum in Arabum potestatem post diuturnam obsidionem delapsa, hisce aliisque omnibus ornamentis spoliata fuit. Quia vero paucissima, ut supra diximus, eorum apographa facta fuerant, hæc ipsa diuturnitate injuriaque temporum ita perierunt, ut ne vestigium quidem eorum, ut ab Origene fuerant concinnata, remanserit.

ANECDOTA QUÆDAM
CIRCA VETERES SCRIPTURÆ INTERPRETATIONES.
MONITUM.

ANECDOTA nonnulla, quæ ad veteres Scripturæ interpretationes pertinent, commodiorem hoc nullum occupare locum posse putavimus. Primum est Origenis, & prodit ex Codice Regio num. 1807. egregiæ notæ, decimi sæculi, cui prorsus similis, eademque manu scriptus exstat in Bibliotheca Vaticana; in quo non modo paginæ, sed etiam lineæ singulæ eadem semper voce desinunt. In neutro autem Codice nomen scriptoris præfert hoc opusculum. Sed esse Origenis certissimum est: nam postremam ejus partem non minimam adfert Hieronymus in Epistola ad Marcellam, quæ in postrema Editione habetur Tom. II. p. 706. ubi sic Hieronymus: Quod si tibi non videtur onerosum, quid Origenes de Diapsalmate senserit, verbum interpretabor ad verbum: ut quia novitia musta contemnis, saltem veteris vini auctoritate ducaris.

Sæpe quærens caussas *&c. ut infra.*

Libro autem 1. adversus Rufinum p. 363. Certe etiam Origenes Patriarchen Huillum, qui temporibus ejus fuit, nominat: & tricesimum tomum in Isaiam, in cujus fine edisserit: *Væ tibi civitas Ariel, quam expugnavit David*; illius expositione concludit; & cum aliter prius sensisse se dicat, doctus ab illo, id quod verius est confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum, qui scribitur: *Oratio Moysi hominis* Dei; & reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem, ejusdem Moysi putat: nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans per singula loca, quid Hebræis videatur, exponere. *His autem postremis verbis alteram opusculi partem carptim, sed evidenter, commemorat. Hac tamen in re differt ab Origene, quod hic Patriarcham Judæorum* Ἰοῦλλον, *Jullum, ille Huillum, vocet: sed id levissimum est. Quod autem Huillo tribuat id, quod ab alio erudito Judæo edidicit, qui tunc, ut ait Origenes, cum Huillo erat, nihil negotii facessit: potuit enim Hieronymus Huillo tribuere, quod alius ipso præsente & approbante dixerat.*

Secundum Origenis opusculum exscriptum a me fuit ex Codice Vaticano num. 754. hoc titulo, Ὑπόμνημα Ὠριγένους εἰς τοὺς ψαλμοὺς, Hypomnema seu Commentarius Origenis in Psalmos. *Estque in medio mutilus: videturque fuisse Prologus Commentariorum ejus in Psalmos. Agitur autem de Psalmorum titulis, & carptim de iis qui Psalmorum Librum collegerunt.*

Tertium Origenis opusculum, est Fragmentum ex Codice Regio num. 1818. decimi sæculi, qui est Catena in Psalmos. Agitur ibi de veteribus Hebræorum characteribus, quos ait alios fuisse ab hodiernis, scilicet sui temporis. Extat Latine in Catena Danielis Barbari, inobservatum hactenus.

Ἐπὶ δὲ Δεκίου βασιλέως Ὠριγένης ἐγνωρίζετο, ὅστις Ὠριγένης, ὡς καὶ περὶ ἀστερίσκου ἐποίησε καθὼς προειρήκαμεν, οὕτως καὶ περὶ τοῦ ὀβελοῦ τὴν σημείωσιν ἐποίησε. Τὰς γὰρ ἓξ ἑρμηνείας καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν φωνὴν ἑβραϊκοῖς λόγοις καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἐν σελίδι μιᾷ συντεθηκώς, ἄλλην σελίδα ἀντεξέθετο, καὶ ἑλληνικῶν μὲν γραμμάτων, ἑβραϊκῶν δὲ λέξεων πρὸς κατάληψιν τῶν μὴ εἰδότων ἑβραϊκὰ στοιχεῖα, εἰς τὸ διὰ τῶν ἑλληνικῶν εἰδέναι τὴν τῶν ἑβραϊκῶν λογίων δύναμιν. καὶ οὕτως τοῖς λεγομένοις παρ' αὐτοῦ ἑξαπλοῖς ἢ ὀκταπλοῖς τὰς μὲν δύο ἑβραϊκὰς σελίδας, καὶ τὰς ἓξ τῶν ἑρμηνευτῶν ἐκ παραλλήλου ἀντιπαραθεὶς, μεγάλην ὠφέλειαν δέδωκε γνώσεως τοῖς φιλοκάλοις. Εἶτα δὲ ἐν τοῖς αὐτοῦ γράμμασιν οὐ τὸ πρέπον καὶ τὸν κόσμον καὶ ἑαυτὸν ἠδίκησε, κακῶς δογματίσας τὰ περὶ πίστεως, καὶ τὰ πλεῖστα τῆς γραφῆς κακῶς φράσας.

Οὗτος εὑρὼν τὴν ε΄. καὶ ϛ΄. ἔκδοσιν, καὶ μὴ εἰδὼς τίνες εἰσὶν οἱ ταῦτα συντάξαντες, ἐπιγράφει τὴν μὲν πέμπτην διὰ τοῦ ε΄. τὴν δὲ ἕκτην διὰ τοῦ ϛ΄. τινὲς οὖν εὑρόντες τὴν Ἑβραϊκὴν πρώτην ἔκδοσιν καὶ δευτέραν τοῦ Ἀκύλα, εἶτα τοῦ Συμμάχου, εἶτα τὴν οβ΄. εἶτα τοῦ Θεοδοτίωνος· ἔπειτα τὴν ε΄. καὶ τὴν ϛ΄. νομίζουσι πρὸ τῶν οβ΄. εἶναι τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον· διασφάλλονται δέ· ὁ γὰρ Ὠριγένης οὕτως ταῦτα συνέταξε, τῇ μέσῃ τάξει διὰ τὴν ἑρμηνείαν τῶν οβ΄. καλῶς τοῦτο πεποιηκώς· μέσην γὰρ αὐτὴν τέθεικεν, ὅπως τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐλέγχῃ.

lud solum dici potest; post persecutionem Severi Imperatoris Quintam imperante Antonino Caracalla Severi filio, in doliis, cum aliis Hebraïcis Libris Hierichunte, ubi latebat, repertam fuisse. Sub Alexandro autem Mamææ filio, reperta est Nicopoli ad Actium Sexta Editio, quæ & ipsa in doliis latebat.

Imperante autem Decio florebat Origenes, qui, ut supra dictum est, quemadmodum Asterisco est usus, sic & Obeli signum usurpavit. Sex enim interpretationes, & Hebraïcam Scripturam Hebraïcis verbis & dictionibus in una columna concinnans, alteram huic e latere adjacentem columnam apposuit, Græcis quidem litteris, sed Hebraïcis vocibus, ut qui Hebraïca elementa ignorarent, Græcarum litterarum ope, Hebraïcorum verborum vim intelligere possent. Itaque in Hexaplis & Octaplis, ut ille vocat, Hebraïcas duas columnas, sexque alias Interpretum, e regione concinnans, magnam notitiæ utilitatem studiosis adtulit. Atque utinam in scriptis suis non turpiter aberrasset, neque sibi ac toti terrarum orbi damnum importasset, cum prava de fide dogmata edidit, ac multa Scripturæ loca perperam interpretatus est.

Cum autem Quintam & Sextam Editionem reperisset, nec sciret quinam essent ejus auctores, Quintam per ε΄. & Sextam per ϛ΄ denotavit. Quidam porro, cum Hebraïcam Editionem primam vident, secundam Aquilæ, deinde Symmachi, postea LXXII. hinc Theodotionis, ac consequenter Quintam & Sextam, putant Aquilam & Symmachum fuisse ante Septuaginta Interpretes, sed hallucinantur. Nam Origenes hæc ita disposuit, jureque ac merito LXXII. editioni medium locum dedit: ideo enim mediam posuit, ut eas quæ a lateribus erant refelleret.

TESTIMONIA IN VETERES INTERPRETES.

Irenæus Lib. 3. Cap. 24.

NON vera est interpretatio, *Ecce adolescentula*; ut Theodotio Ephesius & Aquila Ponticus sunt interpretati. Hinc Ebionæi ex Joseph natum aiunt.

Orig. Comment. in Matthæum Huet. p. 381. Tom 1.

Νυνὶ δὲ δηλονότι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορὰ, εἴτε ἀπὸ ῥᾳθυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τῆς διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων, ἢ ἀφαιρούντων. τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν, θεοῦ διδόντος εὕρομεν ἰάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν. τῶν γὰρ ἀμφιβαλλομένων παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφωνίαν, τὴν κρίσιν ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων, τὸ συνᾷδον ἐκείναις ἐφυλάξαμεν. καὶ τινὰ μὲν ὠβελίσαμεν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντῃ περιελεῖν, τινὰ δὲ μετ᾽ ἀστερίσκων προσεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ᾖ ὅτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων συμφώνως τῷ Ἑβραϊκῷ προσεθήκαμεν· i. *Nunc autem magna deprehenditur Exemplarium differentia, tum propter scribarum indiligentiam, tum propter quorumdam audaciam, pravamque scripturæ emendationem; tum etiam propter eos, qui, dum corrigerent, quædam pro arbitrio addiderunt vel detraxerunt. Huic porro differentiæ quæ in Exemplaribus veteris Testamenti occurrit, Deo juvante remedium adtulimus, reliquis editionibus usi, ut ex iis judicium faceremus. Nam quæ apud LXX. Interpretes propter Exemplarium varietatem dubia erant, e reliquis Editionibus æstimatione facta, quæ cum illis conveniebant retinuimus; quædam vero, utpote quæ in Hebraïco non exstarent obelis notavimus, ea penitus auferre non ausi; quædam autem alia cum asteriscis adjecimus: ut hinc indicaretur, nos ea, quia in LXX. Interpretibus non reperiebantur, ex reliquis Editionibus ut in Hebræo erant adjecisse.*

Ibid. p. 439.

Εἰ δὲ τὸ ἀκριβὲς βούλει μαθεῖν τῆς λέξεως ἄκουε Ἀκύλα ἑρμηνεύσαντος. *Quod si dicti sensum accurate ediscere velis, audi Aquilam sic interpretantem.*

Orig. Comment. in Joan. Huet. T. 2. p. 131.

Notat Γέργεσα lapsu graphico mutatum fuisse in Γέρασα. Atque Γέργεσα Hebraïce significare, παροικία ἐκβεβληκότων, id est, incolatus ejicientium Deinde sic pergit: τὸ δὲ ὅμοιον περὶ τὰ ὀνόματα σφάλμα πολλαχοῦ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἠκριβώσαμεν ἀπὸ Ἑβραίων μαθόντες, καὶ τοῖς ἀντιγράφοις αὐτῶν τὰ ἡμέτερα συγκρίναντες, μαρτυρηθεῖσιν ὑπὸ τῶν μηδέπω διαστραφεισῶν ἐκδόσεων Ἀκύλου, καὶ Θεοδοτίωνος καὶ Συμμάχου, i. *Simile frequenter erratum in Lege & Prophetis circa nomina videre est; ut accurate edidicimus ab Hebræis edocti, & nostra eorum Exemplaribus comparantes: quæ testimonium habent ab Editionibus, nondum depravatis, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis.*

Origen. in Cantica Edit. Genebrardi.

Aquila Hebraïcam exprimens veritatem.

Origen. Epist. ad Africanum Edit. Vvetsten. p. 224.

Οὕτω γὰρ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδέδωκεν εἰπών· φιλοτιμότερον πεπιστευμένος παρὰ Ἰουδαίοις ἡρμηνευκέναι τὴν γραφὴν, ᾧ μάλιστα εἰώθασιν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν Ἑβραίων διάλεκτον χρῆσθαι, ὡς πάντων μᾶλλον ἐπιτετευγμένῳ: i. *Sic enim Aquila, Hebraïcæ lectioni serviens edidit: quem Judæi accuratissime omnium credunt interpretatum esse Scripturam: quo maxime uti solent qui Hebraïcam dialectum ignorant, utpote qui omnium maxime sensum assequutus esse putetur.*

Orig. ad Africanum p. 226.

Πάλιν τε αὖ πλεῖστα ὅσα διὰ μέσου ὅλου τοῦ Ἰὼβ παρ' Ἑβραίοις μὲν κεῖται· παρ' ἡμῖν δὲ οὐχί· καὶ πολλάκις μὲν ἔπη τέσσαρα ἢ τρία· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ δεκατέσσαρα, καὶ δεκαεννέα καὶ ἕξ. καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἃ μετὰ πολλοῦ καμάτου συνελεξάμεθα, ὑπὲρ τοῦ μὴ λανθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ἡμῖν ἀντιγράφων. i. *Rursum plurima per medium totum Job apud Hebræos posita reperiuntur, non item apud nos, interdum quatuordecim, alibi novemdecim, aliquando sex versiculi. Et quid oportet me hæc enumerare, quæ multo labore collegimus, ne nos lateret discrimen, quod inter Judaïca & nostra Exemplaria intercedit.*

Euseb. Hist. Eccl. L. VI. cap. 16. p. 217. Edit. Vales.

Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν, τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφὰς, κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι· ἀνιχνεῦσαι δὲ τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς Ο. τὰς ἱερὰς γραφὰς ἡρμηνευκότων ἐκδόσεις· καί τινας ἑτέρας παρὰ τὰς κατημαξευμένας ἑρμηνείας ἐναλλαττούσας, τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος, ἐφευρεῖν, ἃς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἔκ τινων μυχῶν τὸν πάλαι λανθανούσας χρόνον ἀνιχνεύσας, εἰς φῶς προήγαγεν· ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα, τίνος ἂρ εἶεν οὐκ εἰδὼς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὕροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίοις Νικοπόλει, τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε. ἔν γε μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. ταύτας δὲ ἁπάσας ἐπὶ ταυτὸν συναγαγὼν· διελών τε πρὸς κῶλον· καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις, μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν· ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ο. τοῖς τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας. i. *Tantam porro curam in divinis scripturis perscrutandis adhibebat Origenes, ut Hebraïcam etiam linguam didicerit, & authenticos Libros Hebraicis scriptos literis, qui apud Judæos habebantur sibi comparaverit: aliorum quoque qui præter LXX. sacras scripturas interpretati sunt, editiones pervestigaverit: aliasque quasdam a tritis illis Aquilæ, Symmachi & Theodotionis diversas repererit: Quas quidem ille ex nescio quibus erutas angulis in quibus jamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Et cum ignoraret cujusnam essent auctoris, id solum significavit, alteram quidem a se repertam fuisse Nicopoli ad Actium; alteram vero in alio designato loco. Utique in Hexaplis Psalmorum post insignes illas quatuor Editiones, ubi non solum Quintam, sed etiam Sextam, & Septimam Editionem apposuit, ad unam rursus annotavit, inventam illam fuisse Hierichunte in dolio, temporibus Antonini filii Severi. Has igitur omnes cum in unum collegisset, ac per cola distinxisset, & sibi invicem e regione opposuisset unà cum ipso Hebraïco textu, Hexaplorum, ut vocant, nobis Exemplaria reliquit; cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis cum LXX. Interpretibus, in Tetraplis digessisset.*

Euseb. Hist. Eccl. L. VI. cap. 17. p. 218.

Τῶν γε μὴν ἑρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἰστέον, Ἐβιωναῖον τὸν Σύμμαχον γεγονέναι, αἵρεσις δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἐβιωναίων, οὕτω καλουμένη, τῶν τὸν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγονέναι φασκόντων, ψιλόν τε ἄνθρωπον ὑπειληφότων αὐτὸν, καὶ τὸν νόμον χρῆναι Ἰουδαϊκώτερον φυλάττειν ἀπισχυριζομένων, ὡς που καὶ ἐκ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἔγνωμεν, καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται· ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος εὐαγγέλιον, τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. ταῦτα δὲ ὁ Ὠριγένης μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινος εἰληφέναι· ἣν καὶ φησὶ παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι. i. *Sciendum porro est Symmachum, qui unus ex illis Interpretibus fuit, Ebionæum fuisse. Est autem Ebionæorum hæresis ita dicta, eorum qui Christum ex Josepho & Maria genitum, merùmque hominem esse putant, & Legem Judaïco more servandam esse contendunt, quemadmodum in superioribus libris retulimus. Extant certe etiamnum Commentarii Symmachi, in quibus Evangelio Matthæi innixus, supradictam hæresim adstruere videtur.*

Atque hos Symmachi Commentarios, cum aliis sacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis, testatur Origenes se a Juliana quadam accepisse, quam ait ab ipso Symmacho hos libros successionis jure accepisse.

Euseb: Demonstr. Evang. L. 4. p. 181.

Σαφέστερον δὲ τούτων ἡ Ἑβραίων παρίστησι γραφὴ, ἣν πρὸς ἀκρίβειαν ἑρμηνεύων ὁ Ἀκύλας, ὧδέ πως ἐξέδωκεν. i. *Hæc clarius exhibet Hebræorum Scriptura, quam accurate interpretatus Aquila sic edidit.*

Ibid. L. 6. p. 316.

Προσήλυτος δὲ ὁ Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος. i. *Proselytus erat Aquila, non natura Judæus.*

Et paulopost.

Λέγεται δὲ ὁ Σύμμαχος Ἐβιωναῖος εἶναι· αἵρεσις δὲ ἦν αὕτη καλουμένων τινῶν Ἰουδαίων εἰς Χριστὸν πιστεύειν λεγομένων, ἐξ ὧν ὁ Σύμμαχος ἦν. i. *Porro Symmachus dicitur Ebionæus fuisse: quæ hæresis erat quorumdam Judæorum, qui in Christum credere dicebantur, ex quorum numero erat Symmachus.*

Euseb. Comment. in Psalmos p. 139. & 171. 190. 468.

Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει. i. *Aquila Hebraicæ litteræ serviens.*

Ibid. p. 596. de Psalmo 90. v. 9. agens.

Ἰουδαϊκώτερον ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος τὴν ἑρμηνείαν ἐκτεθείκασι, ὑφορώμενοι δὲ περὶ τοῦ ὑψίστου καὶ περὶ τοῦ κυρίου ἀποδεδομένον ἡμῖν δόγμα. i. *Aquila & Symmachus modo ad Judaicam sententiam propius accedente interpretati sunt, doctrinam a nobis de Altissimo ac de Domino traditam suspectam habentes.*

Ibid. p. 86.

Σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος. i. *admodum mirabiliter Symmachus.*

Ibid. p. 199.

Ἡρμήνευσεν θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος, *mirabiliter interpretatus est Symmachus.*

Ibid.

Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ, εἷς καὶ αὐτὸς τῶν ἐπιμελῶς ἑρμηνευσάντων τυγχάνων. *Theodotio qui e numero accuratiorum Interpretum est.*

Hieronymus Prologo in Genesim. Initio primi Tomi.

Quod ut auderem, Origenis me studium provocavit, qui Editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asterisco ⋇ & obelo ÷, id est, stella & veru opus omne distinguens: dum aut illucescere facit quæ minus ante fuerant; aut superflua quæque jugulat & confodit, maxime quæ Evangelistarum & Apostolorum auctoritas promulgavit: in quibus multa de veteri Testamento legimus, quæ in nostris Codicibus non habentur; ut est illud: *Ex Ægypto vocavi filium meum*, &: *quoniam Nazaræus vocabitur*, &: *Videbunt in quem compunxerunt*, &: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, &: *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*, &c.

Et infra.

Et nescio quis primus auctor Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus divisi eadem scriptitarent, cum Aristæus ejusdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς, & multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint: sed in una basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem. Ibi spiritus ventura prædicit; hic eruditio & verborum copia,

ea quæ intelligit, transfert. Nisi forte putandus est Tullius œconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta, aliter per Apostolos Spiritus Sanctus testimonia texuit; ut quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint.

Hieronymus Præfatione in Librum Josue col. 247. Tom. 1.

Et ut in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum nova cudere, sicut amici mei criminantur: sed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus, (quos tamen nostra delectant) ut pro Græcorum ἑξαπλοῖς, quæ & sumtu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant.

Ibid.

Quare Danielis juxta Theodotionis translationem Ecclesiæ susceperunt.

Idem in Præfatione de omnibus libris veteris Testamenti p. 317. Tom. 1.

Samaritani etiam Pentateuchum Mosi totidem litteris scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam, Legisque doctorem, post captam Jerosolymam, & instaurationem Templi sub Zorobabel, alias litteras reperisse quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Levitarum & Sacerdotum sensu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus, usque hodie antiquis expressum litteris invenimus.

Idem Præfatione in Librum Isaiæ col. 474. Tom. 1.

Ut quomodo Græci post LXX. translatores, Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel ut LXX. magis ex collatione eorum intelligant: sic & isti saltem unum post priores habere dignentur interpretem.

Hieronymus Præfatione in Job col. 395. Tom. 1.

Id repetit. Apol. adversus Ruf. l. 2. col. 427.

Cogor per singulos Scripturæ divinæ libros adversariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta Interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum e verbo vel sensum e sensu, vel ex utroque commixtum, & medie temperatum genus translationis expresserint, & omnia Veteris instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos vel de Theodotione sumtos, translationi antiquæ inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, ut quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipue in Job: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt subtraxeris, pars maxima voluminis detruncabitur, & hoc dumtaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus desunt; ut decurtatus & laceratus corrosusque liber, fœditatem sui publice legentibus præbeat.

Et infra.

Memini me ob intelligentiam hujus voluminis, Lyddæum quemdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non parvis redemisse nummis: cujus doctrina an aliquid profecerim, nescio.

Et infra.

Quod si apud Græcos, post LXX. editionem, jam Christi Evangelio coruscante,

Judæus Aquila, Symmachus & Theodotio, Judaïzantes hæretici, sunt recepti, qui multa mysteria Salvatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud Ecclesias, & explanantur ab Ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cujus studium fuit omissa repetere &c.

Hieronymus Præfatione in Librum Psalmorum juxta Hebraicam veritatem Tom. 1. col. 835.

Quia igitur nuper cum Hebræo disputans, quædam pro Domino Salvatore de Psalmis testimonia protulisti, volensque ille te illudere, per sermones pene singulos asserebat non ita haberi in Hebræo, ut tu de LXX. Interpretibus opponebas, studiosissime postulasti, ut post Aquilam & Symmachum & Theodotionem novam editionem Latino sermone transferrem &c.

Idem Præfat in Danielem 1. Tom. col. 987.

Danielem Prophetam juxta LXX. Interpretes, Domini Salvatoris nostri Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit nescio.

Idem Præfat. in Paralipom. Tom. 1. col. 1002.

Si LXX. Interpretum, pura & ut ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superflue me, mi Chromati Episcoporum sanctissime atque doctissime, impelleres, ut Hebræa volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, & nascentis Ecclesiæ roboraverat fidem, justum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata; nostri arbitrii putas, aut e pluribus judicare quid verum sit, aut novum opus in veteri opere cudere; illudentibusque Judæis, cornicum, ut dicitur, oculos configere. Alexandria & Ægyptus in LXX. suis Hesychium laudat, auctorem, Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat; mediæ inter has Provinciæ Palæstinos Codices legunt: quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se contraria varietate compugnat. Et certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, ut unus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur; sed quod majoris audaciæ est, in Editione LXX. Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus ante fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. *Hoc ipsum repetit l. 2. contra Ruf. col. 418.*

Hieronymi Præfat. in Ezram Tom. 1. col. 1107.

Porro aliud est si clausis, quod dicunt, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium ac benevolentiam, qui post LXX. translatores, jam Christi Evangelio coruscante, Judæos & Ebionitas Legis veteris Interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiose legunt, & per Origenis laborem in ἑξαπλοῖς Ecclesiis dedicarunt.

Idem Præfat. in Librum Psalmorum. Tom. 1. col. 1222.

Notet sibi unusquisque vel jacentem lineam, vel signa radiantia, id est obelos ÷ vel asteriscos ※ Et ubicumque viderit virgulam præcedentem ÷ ab ea usque ad duo puncta: quæ impressimus, sciat in LXX. translatoribus plus haberi. Ubi autem stellæ ※ similitudinem perspexerit, de Hebræis voluminibus additum noverit, atque usque ad duo puncta, juxta Theodotionis dumtaxat editionem, qui simplicitate sermonis a LXX. Interpretibus non discordat.

Idem Præfat. in Librum Paralipomenon juxta LXX. Interpretes T. 1. col. 1418.

Denique cum litteris a me nuper flagitassetis, ut vobis Paralipomenon Latino

ſermone transferrem, de Tiberiade Legis quemdam Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumſi: & contuli cum eo a vertice, ut aiunt, uſque ad extremum unguem.

Ibid. col. 1419.

Ubicumque ergo aſteriſcos, id eſt ſtellas ⋇ radiare in hoc volumine videritis, ibi ſciatis de Hebræis additum, quod in Latinis Codicibus non habetur. Ubi vero obelus, tranſverſa ſcilicet virga ÷ præpoſita eſt, illic ſignatur, quid LXX. Interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus ſancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

Hieron. Præfat. in Libros Salomonis Tom. 1. *col.* 1419.

Tres Libros Salomonis, id eſt, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum veteri LXX. Interpretum auctoritati reddidi; vel antepoſitis lineis ÷ ſuperflua quæque deſignans; vel ſtellis ⋇ titulo prænotatis, ea quæ minus habebantur interſerens: quo plenius, O Paula & Euſtochium, cognoſcatis quid in libris noſtris minus ſit, quid redundet.

Idem Præfat. in quatuor Evangelia Tom. I. col. 1426.

Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant, quare Theodotion inter novos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quam Apoſtoli probaverunt.

Idem Præfat in Librum Hebraic. Quæſt. T. 2. *col.* 505.

Neque vero LXX. Interpretum, ut invidi latrant, errores arguimus: nec noſtrum laborem illorum reprehenſionem putamus, cum illi Ptolemæo regi Alexandriæ, myſtica quæque in Scripturis ſanctis prodere noluerint: & maxime ea quæ Chriſti adventum pollicebantur, ne viderentur Judæi & alterum Deum colere: quos ille Platonis ſectator, magni idcirco faciebat, quia unum Deum colere dicerentur. Sed & Evangeliſtæ, & Dominus quoque noſter atque Salvator, necnon & Paulus Apoſtolus, multa quaſi de veteri Teſtamento proferunt, quæ in noſtris Codicibus non habentur. Super quibus in ſuis locis plenius differemus. Ex quo perſpicuum eſt, illa magis vera eſſe Exemplaria, quæ cum novi Teſtamenti auctoritate concordant. Accedit ad hoc quoque quod Joſephus, qui LXX. Interpretum ponit hiſtoriam, quinque tantum ab eis Libros Moyſi tranſlatos refert: quos nos quoque confitemur plus quam cæteros cum Hebraïcis conſonare. Sed & ii qui poſtea Interpretes exſtiterunt, Aquilam loquor, & Symmachum, & Theodotionem, longe aliter habent quam nos legimus.

Ibid. col. 542. *ad Gen.* 40. *v.* 16.

Symmachus more ſuo aperius tranſtulit.

In Epiſt. ad Damaſum Tom. 2. *col.* 567.

Aquila namque qui non contentioſius, ut quidam putant, ſed ſtudioſius verbum interpretatur ad verbum.

Et infra.

Aquilam vero ut in cæteris, & in hoc maxime loco proprie tranſtuliſſe omnis Judæa conclamat.

Epiſt. ad Evangelum col. 574. *Tom.* 2.

Nec refert, utrum Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio litteris perraro utantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, ac varietate regionum, eadem verba diverſis ſonis atque accentibus proferantur.

Epiſtola

Epistola ad Suniam & Fretelam Tom. 2. p. 627.

In quo illud breviter admoneo, ut sciatis aliam esse Editionem, quam Origenes, & Cæsariensis Eusebius, omnesque Græciæ tractatores κοινὴν, id est, *communem*, appellant atque *vulgatam*, & a plerisque nunc Λουκιανὸς dicitur; aliam LXX. Interpretum, quæ & in ἑξαπλοῖς Codicibus reperitur, & a nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, & Jerosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur..... κοινὴ autem ista, hoc est communis editio, ipsa est quæ & LXX. Sed hoc interest inter utramque, quod κοινὴ pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum, vetus corrupta Editio est; ea autem quæ habetur in ἑξαπλοῖς, & quam nos vertimus, ipsa est quæ in Eruditorum libris incorrupta & immaculata LXX. Interpretum translatio reservatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita & ab Hebræorum auctoritate discordet.

Hieron. Epist. ad Marcellam Tom. 2. col. 707.

Aquila, qui verborum Hebræorum diligentissimus explicator est.

Hieron. Epist. ad Marcellam Tom. 2. col. 711.

Theodotion, qui in cæteris cum Septuaginta translatoribus facit.

Hieron. Comment. in Ecclesiasten Tom. 2. col. 740.

Hebræus meus cujus sæpe facio mentionem, cum Ecclesiasten mecum legeret, hæc Baracibam, quem unum vel maxime admirantur.

De Symmacho passim dicit Hieronymus ipsum apertius & manifestius interpretatum esse.

Hieron. Præfatione in Homilias Origenis in Canticum T. 2. col. 87.

Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit; in Cantica Canticorum ipse se vicit. Nam decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti usque versuum millia pene perveniunt; primum LXX. Interpretes; deinde Aquilam & Symmachum & Theodotionem, & ad extremum Quintam Editionem, quam in Actio littore invenisse se scribit &c.

Hieron. Comm. in 3. Tom. Isaiam. col. 24.

P litteram sermo Hebraïcus non habet; sed pro ea PHI Græco utitur.

Hieron. Comm. in Isai. cap. 8. Tom. 3. col. 79.

Duas domus Nazaræi, (qui ita Christum recipiunt, ut observationes legis veteris non amittant) duas familias interpretantur, Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt Scribæ & Pharisæi; quorum suscepit Scholam Akibas, quem magistrum Aquilæ proselyti autumant: & post eum Meir, cui successit Johanan filius Zachai: & post eum Eliezer, & per ordinem Delphon: & rursum Joseph Galilæus: & usque ad captivitatem Jerusalem Josue. Sammai igitur & Hillel non multo prius quam Dominus nasceretur, orti sunt in Judæa, quorum prior *dissipator* interpretatur, sequens *prophanus*: eo quod per traditiones & δευτερώσεις suas legis præcepta dissipaverit atque maculaverit.

Hieron. Comment. in Isaiam col. 352.

De Aquila autem non miror, quod homo eruditissimus linguæ Hebraïcæ, & verbum de verbo exprimens, in hoc loco aut simularit imperitiam, aut Pharisæorum perversa expositione deceptus sit, qui interpretari voluit, *& Israel ei congregabitur.*

Hieron. Comm. in Ezech. cap. Tom. 3. col. 716.

Aquilæ vero secunda Editio, quam Hebræi κατὰ ἀκρίβειαν nominant, transtulit ἠρεμάζων, id est, *quiescens*, & *seorsim positus*.

Hieron Præfat. in Comment. Daniel. T. 3. col. 1073.

Illud quoque Lectorem admoneo, Danielem non juxta LXX. Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit: licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est. Sed & Origenes de Theodotionis opere in Editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt; & rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi Ecclesiæ tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumque & Ægyptiorum hanc sub asteriscis & obelis Editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros quod Græci in Aquilæ & Theodotionis ac Symmachi Editionibus lectitant.

Hieron. Comment. in Daniel. cap. 1. col. 1075.

Quod nos juxta Editionem Hebræorum quæ κατ' ἀκρίβειαν legitur in tyrannos vertimus.

Idem Comment. in Osee cap. 2. T. 3. col. 1252.

Aquila diligens & curiosus Interpres.

Hieron. Comment. in Abacuc Tom. 3. col. 1633.

Sciendum autem, ut supra diximus, quod ubi posuerunt LXX. plurali numero, *ut salvares Christos tuos*, ibi esse in Hebraïco LAIESUA ETH MESSIACH, quod Aquila transtulit, *in salutem cum Christo tuo*: non quod Deus egressus sit, ut salvaret populum, & salvaret Christum suum; sed quod in salutem populi venerit cum Christo suo, juxta illud Evangelii: *Pater in me, & ego in Patre; & Pater in me manens ipse facit opera sua.* Sed & Quinta Editio similiter transtulit: *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.* Theodotio autem vere quasi pauper & Ebionita: sed & Symmachus ejusdem dogmatis, pauperem sensum sequuti, Judaïcè transtulerunt: *Egressus es in salutem populi tui, ut salvares Christum tuum; &, egressus es salvare populum tuum, salvare Christum tuum.* Rem incredibilem dicturus sum, sed tamen veram. Isti Semichristiani Judaïce transtulerunt: & Judæus Aquila interpretatus est ut Christianus. Sexta Editio prodens manifestissime Sacramentum, ita vertit ex Hebræo: *Egressus es ut salvares populum tuum per Jesum Christum tuum*: quod Græce dicitur, ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦν χριστόν σου.

Hieron Comment. in Epist. ad Titum. Tom. 4. col. 437.

Unde & nobis curæ fuit omnes veteris legis Libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digesserat, de Cæsariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare, in quibus & ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta, & Græcis litteris tramite expressa vicino. Aquila etiam & Symmachus, Septuaginta quoque & Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, & maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias Editiones additas habent; quam Quintam, & Sextam, & Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consequutas. Hæc immortale illud ingenium suo nobis labore donavit, ut non magnopere pertimescamus supercilium Judæorum, solutis labiis, & stridente saliva, & rasa fauce gaudentium.

Idem Epist. XXIV. ad Marcellam Tom. 2. col. 61.

Jam pridem cum voluminibus Hebræorum Editionem Aquilæ confero; ne quid forsitan propter odium Christi Synagoga mutaverit; & ut amicæ menti fatear, quæ ad nostram fidem pertineant roborandam plura reperio.

Idem. Epist. 29. ad Paulam Tom. 4. col. 68.

Quorsum Varronis & Chalcenteri mentio facta sit, quæritis? Videlicet ut ad

Adamantium noſtrumque Chalcenterum veniamus: qui tanto ſtudio in ſanctarum Scripturarum labore ſudavit, ut juſte Adamantii nomen acceperit.

Idem in Catalogo Scriptorum Eccleſ. de Origene T. 4. col. 116.

Quis ignorat, quod tantum in Scripturis divinis habuerit ſtudii, ut etiam Hebræam linguam contra ætatis gentiſque ſuæ naturam ediſceret: & acceptis LXX. Interpretibus, alias quoque Editiones in unum volumen congregaret; Aquilæ ſcilicet Pontici Proſelyti, & Theodotionis Ebionæi, & Symmachi ejuſdem dogmatis: qui in Evangelium quoque κατὰ Ματθαῖον ſcripſit Commentarios, de quo & ſuum dogma confirmare conatur. Præterea Quintam & Sextam & Septimam Editionem, quas etiam nos de ejus Bibliotheca habemus, miro labore reperit, & cum cæteris Editionibus comparavit.

Hieron Epiſt. XXXIII. ad Pammachium Tom. 3. col. 255.

Sed quid faciemus ad authenticos libros, in quibus hæc non feruntur adſcripta, & cætera his ſimilia, quæ ſi proferre nitamur, infinitis libris opus eſt? Porro quanta dimiſerint, vel aſteriſci teſtes, ut dixi, ſunt, vel noſtra interpretatio, ſi a diligenti lectore translationi veteri conferatur: & tamen jure LXX. Editio obtinuit in Eccleſiis, vel quia prima eſt, & ante Chriſti facta adventum; vel quia ab Apoſtolis (in quibus tamen ab Hebraïco non diſcrepat) uſurpata. Aquila autem Proſelytus & contentioſus Interpres, qui non ſolum verba, ſed etymologias quoque verborum transferre conatus eſt, jure projicitur a nobis. Quis enim pro frumento & vino & oleo poſſit, vel legere, vel intelligere, χεῦμα, ὀπωρισμὸν. στιλπνότητα, quod nos poſſumus dicere, *fuſionem*, *pomationemque*, & *ſplendentiam*. Aut quia Hebræi non ſolum habent ἄρθρα, ſed & πρόαρθρα, ille κακοζήλως, & ſyllabas interpretatur & litteras, dicitque σὺν τὸν οὐρανὸν, καὶ σὺν τὴν γῆν, quod Græca & Latina Lingua omnino non recipit.

Hieron. Apologia adverſ. Rufinum Tom. 4. col. 363.

Certe etiam Origenes Patriarchen Huillum, qui temporibus ejus fuit, nominat: & triceſimum tomum in Heſaiam, in cujus fine ediſſerit: *Væ tibi, civitas Ariel, quam expugnavit David*, illius expoſitione concludit; & cum aliter prius ſenſiſſe ſe dicat, doctum ab illo id quod eſt verius, confitetur. Octogeſimum quoque nonum Pſalmum, qui ſcribitur: *Oratio Moyſi hominis Dei*; & reliquos undecim, qui non habent titulos, ſecundum Huilli expoſitionem, ejuſdem Moyſi putat: nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans, per ſingula loca quid Hebræis videatur inferere.

Idem adv. Rufinum l. 2. T. 4. col. 423.

Quod ut auderem, Origenis me ſtudium provocavit, qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco ⋇ & obeliſco ÷ id eſt, ſtellâ & veru, opus omne diſtinguens: dum aut illuceſcere facit quæ minus ante fuerant; aut ſuperflua quæque jugulat & confodit: maximeque quæ Evangeliſtarum & Apoſtolorum auctoritas promulgavit.

Hieron. Epiſt. XLV. ad Marcellam. Tom. 2. col. 552.

Ambroſius, quo chartas, ſumtus, notarios miniſtrante, tam innumerabiles libros vere Adamantius, & Chalcenterus noſter explicavit; in quadam Epiſtola, quam ad eumdem de Athenis ſcripſerat, refert numquam ſe cibum Origene præſente ſine lectione ſumſiſſe, numquam iniiſſe ſomnum, niſi unus e fratribus ſacris litteris perſonaret.

Hieron. Epiſt. LXXIV. ad Auguſtinum. T. 4. col. 626.

Quod autem in aliis quæris epiſtolis, cur prior mea in libris Canonicis inter-

pretatio asteriscos habeat & virgulas prænotatas; & postea aliam translationem absque his signis ediderim, pace tuâ dixerim, videris mihi non intelligere quod quæsisti. Illa enim interpretatio LXX. interpretum est: & ubicumque virgulæ, id est, obeli, sunt, significatur, quod LXX. plus dixerint, quam habetur in Hebræo; ubi autem asterisci, id est, stellulæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est: & ibi Græca transtulimus, hîc de ipso Hebraïco quod intelligebamus expressimus, sensuum potius veritatem, quam verborum ordinem interdum conservantes. Et miror quomodo LXX. Interpretum libros legas, non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos per obelos & asteriscos; & Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris: præsertim cum ea quæ addita sunt, ex hominis Judæi atque blasphemi post passionem Christi, editione transtulerit. Vis amator esse verus Septuaginta Interpretum? Non legas ea quæ sub asteriscis sunt, imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnium Ecclesiarum Bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter invenietur liber, qui ista non habeat.

Hieron Epist. ad Vincentium & Gallienum Tom. 4. col. 805.

Quamobrem Aquila, & Symmachus & Theodotio incitati, diversum pene opus in eodem opere prodiderunt; alio nitente verbum de verbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum a veteribus discrepare. Quinta autem & Sexta & Septima editio, licet quibus censeantur autoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diversitatem tenent, ut auctoritatem sine nominibus meruerint.

Ex Rufino Hist. Eccl. lib. 6. cap. 13.

Famosissimos illos Codices primus composuit Origenes, in quibus per singulas columnulas e regione separatim opus Interpretis uniuscujusque descripsit; ita ut primo omnium ipsa Hebræa verba Hebraïcis litteris poneret, secundo in loco per ordinem Græcis litteris.

Philastrius Brixiensis de Hæresibus num. 90.

Sunt Hæretici, qui sicuti Septuaginta duorum sanctorum sapientissimorumque virorum interpretationem respuentes, Aquilæ cujusdam hominis unius Pontici, qui post annos multos interpretatus est, ædificationem suscipiunt. Qui cum quædam prætermittere, necessitate urgente, tunc temporis cogerentur, dissonantia putantur dictasse. Is veluti plus a quibusdam Judæis maxime intellexisse laudatur, cum de Patre & Filio, non sicuti illi priores de lege, dictaverit; Septuaginta enim duo dixerunt: *adversus Dominum, & adversus Christum ejus*; Aquila autem: *adversus Dominum, & adversus unctum ejus.* Et iterum Septuaginta duo dixerunt: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & nomen ejus, Deus nobiscum.* Aquila autem dixit: *Ecce juvencula concipiet, & pariet filium; & nomen ejus, potens cum hominibus.* Quæ quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, quod fortis & potens nemo nisi Christus Deus Dei sit filius, recte intelligit; si autem de eo dubitat, abjicienda & spernenda est talis editio. Unde Judæi non Septuaginta duorum interpretationes habent, qui de Patre & Filio & Sancto Spiritu bene sentientes, unam substantiam, divinitatem, majestatem enuntiarunt; sed illius Aquilæ, qui non ita recte sentit de Filio Dei, sed quasi de Propheta nuntiaverit. Unde interpretationes ejus in medio librorum nunquam ponuntur, sed dextræ lævæque assignantur: & ut contrariæ & non plenæ veritatis, ita leguntur a plurimis &c.

Mox num. 91.

Est hæresis, quæ iterum post Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatissimorum septuaginta duorum, qui integre inviolateque de

Trinitate ſentientes, Eccleſiæ Catholicæ firmamenta certiſſima tradiderunt interpretantes Scripturas. Iſti triginta in multis Aquilam ſunt ſecuti, unde ab Eccleſia Catholica & iſtorum non ſuſcipitur interpretatio, quæ continetur in libris authenticis.

Ibid. num. 92.

Eſt hæreſis, quæ iterum ſex virorum interpretationem poſtea editam vult ſequi, non illorum priorum ſanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis interpretari deſiderant; & non parvum errorem incurrit, diverſa itidem ſentiens de fide Catholica.

Ibid. num. 93.

Sunt Hæretici alii, qui Theodotionis & Symmachi itidem interpretationem diverſo modo expoſitam ſequuntur, non illam beatiſſimorum priorum, quam Eccleſia Catholica colit & prædicat.

Auguſtinus de Civitate Dei T. 7. l. 15. cap. 23. p. 408.

Aquila autem, quem Interpretem Judæi cæteris anteponunt, non Angelos Dei, nec filios Dei, ſed filios deorum interpretatus eſt.

Aug. de Civitate Dei l. 18. cap. XLVIII. p. 526.

Nam cum fuerint & alii Interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam ſacra illa eloquia tranſtulerunt, ſicut Aquila, Symmachus, Theodotion; ſicut etiam illa eſt interpretatio, cujus auctor non apparet, & ob hoc ſine nomine interpretis Quinta Editio nuncupatur: hanc tamen quæ LXX. eſt, tamquam ſola eſſet, ſic recepit Eccleſia, eâque utuntur Græci populi Chriſtiani, quorum plerique utrum alia ſit aliqua ignorant.

Ex Chronico Paſchali Edit. Cangii. p. 255.

Ιϛ'. Ινδ. δ'. Υπ. Αυγουρίνου, καὶ Σεργιανοῦ. Ακύλας ἐγνωρίζετο, ὃς ἦν πενθερὸς Αδριανοῦ τοῦ βασιλέως. ἦν δὲ Ελλην, ὡς Αδριανὸς ἀπὸ Σινώπης τοῦ Πόντου ὁρμώμενος. ὕστερον δὲ ἐβαπτίσθη, πεισθεὶς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. ἦν δὲ καὶ ἀστρονόμος, καὶ ἐγκαλούμενος περὶ τούτου ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ πεισθεὶς, μετέπεσε τὰ τῶν χριστιανῶν ἀθετήσας, προσήλυτός τε Ιουδαίοις, περιτέμνεται Ιουδαῖος, καὶ ἐμπόνως μαθὼν τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα ἑρμηνείας ἑαυτοῦ ἡρμήνευσεν οὐκ ὀρθῷ λογισμῷ, ἀλλ' ὅπως διαστρέψῃ τινὰ τῶν ῥητῶν· ταῦτα ἱστορεῖ Επιφάνιος Κύπριος εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν περὶ σταθμῶν, καὶ μέτρων. i. *Anno Hadriani* 16. *Indict.* 14. *Coſs. Augurino & Sergiano, Aquila florebat, ſocer Hadriani Imperatoris. Erat autem Gentilis ut Hadrianus, Sinope urbe Ponti oriundus. Poſtea vero ab Apoſtolis eruditus, baptizatus eſt. Erat autem Aſtronomus, & hac de re accuſatus a Chriſtianis, nec obtemperans. Spreta poſtmodum Chriſtiana religione, proſelytus ad Judæos acceſſit, & circumciſus Judæus effectus eſt, & magno labore eorum linguam edoctus, ſecundum elementa, i. ad litteram interpretationem edidit, non recto quidem animo, ſed ut quædam ſcripturæ dicta perverteret. Hæc narrat Epiphanius Cyprius in libro de Ponderibus & menſuris.*

Ex eodem Chronico p. 263.

ϛ'. Ινδ. ζ'. ὑπ. Μαρκέλλου καὶ Αἰλιανοῦ. Επὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων, Θεοδοτίων τις τοῦ Πόντου ἀπὸ τῆς διαδοχῆς Μαρκίωνος τοῦ αἱρεσιάρχου, τοῦ ἀπ' αὐτῆς Σινώπης ὁρμωμένου, καὶ αὐτὸς μηνιῶν τῇ αὐτῇ αἱρέσει, καὶ εἰς Ιουδαϊσμὸν ἐκκλίνας, καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα καὶ γλῶτταν μαθὼν, ἰδίως καὶ αὐτὸς ἐξέδωκεν τὰ πλεῖστα τοῖς οβ'. ἑρμηνευταῖς συνᾴδοντα, ὡς καὶ ἱστορεῖ περὶ τούτου Επιφάνιος ὁ Κύπριος. i. *Anno* 6. Commodi. Ind. 7. *Coſs. Marcello & Æliano. His Coſſ. Theodotio quidam Ponticus ex ſucceſſione Marcionis hæreſiarchæ, qui & ipſe Sinope oriundus erat, ejuratâ ejuſdem hæreſi, in Judaïſmum declinavit: cumque eorum elementa & linguam didiciſſet, propriam & ipſe interpretationem edidit, in multis cum LXX. Interpretibus*

consentiens, ut de illo refert Epiphanius Cyprius.

Ex eodem Chronico p. 266.

θʹ. Ἰνδ. ηʹ. Ὑπ. Σεβήρου Αὐγούστου τὸ γʹ. καὶ Ἀντωνίνου. ἐν τούτοις χρόνοις, Σύμμαχός τις Σαμαρείτης τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν, μὴ τιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἔθνους, νοσήσας φιλαρχίαν, καὶ ἀγανακτήσας κατὰ τῆς ἰδίας φυλῆς, προσέρχεται Ἰουδαίοις, καὶ προσηλυτεύει, καὶ περιτέμνεται δευτέραν περιτομήν. Οὗτος οὖν πρὸς διαστροφὴν τῶν παρὰ Σαμαρείταις ἑρμηνειῶν ἑρμηνεύσας, τὴν τρίτην ἐξέδωκεν ἑρμηνείαν. Ταῦτα Ἐπιφάνιος ὁ Κύπριος περὶ τῶν τριῶν ἑρμηνευτῶν, Ἀκύλα, καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔθηκεν. i. *Anno Severi 9. Coss. Severo Augusto III. & Antonino. His temporibus, Symmachus quidam Samaritanus qui inter secta suæ sapientiores numerabatur, cum apud gentem suam in honore non haberetur, ambitionis & affectati principatûs morbo laborans, contribulibus suis infensus, ad Judæos migravit, & proselytus factus secundò circumcisus est. Hic igitur ut Samaritanorum interpretationes everteret, tertiam edidit interpretationem. Hæc Epiphanius Cyprius de tribus Interpretibus, Aquila, Symmacho, & Theodotione narravit.*

Ex Synopsi Scripturæ Sacræ, quæ inter Athanasiana opera habetur T. 2. p. 203.

Ποῖαι καὶ πόσαι παραδόσεις εἰσὶ τῆς θείας γραφῆς· εἶτα οὖν ἀπὸ Ἑβραϊκοῦ εἰς τὸ ἑλληνικὸν ἡρμήνευσαν, καὶ τίνες οἱ ταύτην ἑρμηνεύσαντες, καὶ πότε.

Πρώτη ἐστὶν &c. *Hæc utpote ex Epiphanio desumta & longiuscula prætermittuntur.*

Ado in Chronico de tempore Hadriani.

Per idem tempus Aquila Ponticus interpres secundus post LXX. oritur.

Idem in Chronico sub Commodo.

Theodotion Ephesius interpres tertius apparuit.

Idem in Chronico ad Severum Imp. p. 790.

Symmachus interpres quartus agnoscitur.

IN GENESIM
MONITUM.

Tametsi multam dedimus operam, ut veterum Interpretum lectiones in Genesim undequaque colligeremus; eximii tamen codicis Coisliniani, qui omnibus præit vetustate, & marginalium notarum præstantiâ, usum assequi statim non potuimus. Unde accidit ut Genesim, qualem aliorum ope Manuscriptorum adornaveramus, illo destituti edere coacti simus. Sub hæc autem cum in ejus Bibliothecæ possessionem venisset Illustrissimus Episcopus Metensis Coisliniana familiæ decus, nobisque omnium pro voto Manuscriptorum copiam fecisset, Heptateuchi totius lectiones, nondum editas, quas ex illo præstantissimo Codice mutuati sumus, Appendicis more ad calcem primi Tomi locavimus. Quia porro illæ bene multæ sunt, & non raro sinceriores iis, quas principio posueramus, auctores sumus studioso lectori, ut cum Heptateuchi interpretationes consulere voluerit, illas in Appendice positas numquam negligat. Primo autem Genesim edidimus usi Codicibus manuscriptis & libris, quorum Catalogus sequitur.

Codex RR. PP. Sancti Basilii Romæ pro ultimis tantum Geneseos capitibus.

Codex Regius 1825. membranaceus XI. vel XII. sæculi, in quo est Heptateuchus & Liber Ruth.

Codex Reg. 1871. membranaceus egregiæ notæ X. sæculi.

Codex Reg. 1888. Bombycinus XII. sæculi.

Codex Reg. alius cujus numerus excidit.

Codex Reg 2911. XII. circiter sæculi.

Codex Colbertinus, quem unum in Genesim reperi in illa Bibliotheca.

Schedæ clarissimi viri Francisci Combefisii ex Ordine Prædicatorum, quas mutuo accepi a Reverendo & Doctissimo Patre Michaele Lequien.

Schedæ & folia aliquot edita, quæ misit vir clarissimus Ernestus Grabe.

Basilius in Hexaëmeron.

Ambrosius in Hexaëmeron.

Hieronymi Quæstiones in Genesim, & alia quædam ejus opera.

Theodoreti Quæstiones in Genesim.

Anastasii Quæstiones.

Joannes Philoponus in Hexaëmeron, editus a Balthazare Corderio Viennæ 1630. in 4° unde pene totum primum Geneseos caput secundum Aquilæ, Symmachi & Theodotionis interpretationes excerpsimus.

Procopius in Heptateuchum.

Aliquot etiam in locis sequentes auctores nobis subsidio fuerunt.

Justini Dialogus cum Tryphone.

Origenes Illustrissimi & Doctissimi Huetii, & ejusdem Philocalia a Spencero edita.

Cyprianus libro primo Testimoniorum ad Quirinum.

Eusebii Cæsariensis Demonstratio Evangelica.

Joannis Chrysostomi Homiliæ.
Augustini opera aliquoties.
Chalcidius in Timæum Platonis.
Editio Complutensis.
Sæpe vero Editionis Romanæ & Drusii lectiones.

ERRATA IN HEXAPLIS.

Tom. I.

GEN. Cap. I. v. 3. ad Theodotionem *lege*, γενηθήτω. pag. 14. l. 1. *lege*, Notæ ad Cap. I. Gen. 3. v. 8. l. κατάψυξιν. Gen. 4. v. 7. *lege* ἐγκάθηται. Gen. 6. 16. *lege* תנחה Gen. 6. 14. in Nota *dele*, ab ἀλοιφάω, vel. pag. 32. l. penult. *lege* mihi. Gen. 20. 10. *lege* A. τί εἶδες. Gen. 22. v. 13. *lege* סבך Gen. 27. 7. in Nota *lege* θήρευσον. Gen. 31. 7. in Nota versus finem *lege* recensione, Gen. 41. 8. in Versione post Aquilam *adde S.* magos. Gen. 41. in Nota ad v. 40. *lege* Σ. μείζων σου, &c. Exod. 2. v. 21. *lege* ὤκει. Exod. 4. 10. *lege*, οὐχ ἱκανός. Exod. 5. 7. *lege* τρίτην. Exod. 12. 7. *lege* superliminare. Exod. 13. 18. in Notis *lege* ἐνοπλισάμενοι. Exod. 23. 21. in Nota, *lege* παροργίζειν. Exod. 28. 25. *lege* תתנו Exod. 30. 4. *lege* A. εἰς κοιλίας. Exod. 36. 35. in Nota *lege* cæteræ. Exod. 38. 30. *lege* μαρτυρίου. Levit. 13. 8. *lege* ἐπλατύνθη. Levit. 16. 32. *lege* μετὰ τὸν πα- *Ibid.* in Nota ad v. 8. *lege* τὴν ἔρημον. pag. 134. l. 2. *lege* εἰδώλων. Levit. 24. 9. ad Symm. ὅτι ἅγιον ἁγίων. Levit. 25. 10. *lege* O. διαβοήσετε. p. 147. lin. ult. *lege* γαλαῖς. p. 151. *dele* O. *lege* A. Numer. 7. 3. *lege* ἓξ ἁμ- Num. 18. 9. *lege* Σ. ἀπὸ ἡγιασμένων. Deut. 7. 23. in Theodotione. *lege* ἐκτρίψει. Deut. 18. 10. *lege S.* hariolans. Deut. 29. 8. *lege* O. τῷ ἡμίσει. Josue 6. 5. in Nota *lege* Lectio autem, αὐτόματα. Jos. 8. 20. in Nota, linea ultima, *lege* ad marginem 1. Reg. 22. 8. *lege* συγκαλύπτει. 1. Reg. 25. 21. *lege LXX.* non præcepimus. 1. Reg. 31. 12. *lege* איש חיל Job 5. 7. *lege*, *LXX.* pulli autem vulturis. Job 9. 5. *lege* Σ. ἐξαίρων. Job 39. 13. *primam Notam hujus versus dele, & in ejus locum substitue*, v. 13. sic Oratoriensis Codex, Regius secundus & Drusius. Psalm. 16. 6. obstruxerunt, *melius*, obstructi sunt. Psalm. 37. 8. ἐμπλήσθησαν *sic & in Nota*, *lege* ἐνεπλήσθησαν. Psalm. 106. v. 40. *lege*, *Hebr.* errare fecit eos. *In Appendice* Exod. 15. 21. *lege* A. καὶ κατέλεγον. *In Append.* Deut. 19. 5. *lege* A. ἐξωσθῇ.

HEXAPLORUM

HEXAPLORUM

QUÆ SUPERSUNT.

GENESIS.

Digitized by Google

CAPUT I.

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

1. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ

2. והארץ היתה תהו ובהו וחשך על־פני תהום ורוח אלהים מרחפת על־פני המים

3. ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור

4. וירא אלהים את־האור כי־טוב ויבדל אלהים בין האור ובין החשך

5. ויקרא אלהים לאור יום ולחשך קרא לילה ויהי־ערב ויהי־בקר יום אחד

6. ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל בין מים למים

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ Ἑλληνικοῖς γράμμασι.

1. Βρησιθ βαρα ελωειμ εθ ασαμαιμ ουεθ ααρες.

2. Ουααρες αιεθα θωου ουβοου Ουωσεχ αλ φνε θεωμ ουρουη ελωειμ μαραεφεθ αλ φνε αμαιμ.

3. Ουιωμερ ελωειμ ιει ωρ ουιει ωρ.

4. Ουιαρ ελωειμ εθ αωρ χι τωβ ουιαβδηλ ελωειμ βην αωρ ουβην αωσεχ.

5. Ουικρα ελωειμ λαωρ ιωμ ουλαωσεχ καρα λαιλα ουιει ερεβ ουιει βωκερ ιωμ ααδ.

6. Ουιωμερ ελωειμ ιει ρακια βαθωχ αμαιμ ουιει μαβδηλ βην μαιμ λαμαιμ.

ΑΚΥΛΑΣ.

1. ἘΝ κεφαλαίῳ ἔκτισεν ὁ θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν.

2. Ἡ δὲ γῆ ἦν κένωμα καὶ οὐθέν. καὶ σκότος ἐπὶ πρόσωπον ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ πρόσωπον ὑδάτων.

3. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.

4. Καὶ συνεῖδεν ὁ θεὸς σὺν τὸ φῶς ὅτι καλὸν, καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς μεταξὺ τοῦ φωτὸς, καὶ μεταξὺ τοῦ σκότους.

5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τῷ φωτὶ ἡμέρα, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία.

6. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων, καὶ ἔστω διαχωρίζον μεταξὺ ὑδάτων εἰς ὕδατα.

VERSIO HEBRAICI TEXT.

1. In principio creavit Deus cælos & terram.

2. Terra autem erat confusio & inanitas. Et tenebræ super faciem abyssi: & spiritus Dei motitabat super facies aquarum.

3. Et dixit Deus: Sit lux, & fuit lux.

4. Et vidit Deus lucem, quod bona. Et divisit Deus inter lucem & inter tenebras.

5. Et vocavit Deus lucem, diem; & tenebras vocavit, noctem. Et fuit vespera & fuit mane, dies unus.

6. Et dixit Deus: Sit expansio in medio aquarum: & sit dividens inter aquas ad aquas.

VULGATA LATINA.

1. In principio creavit Deus cælum & terram.

2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Dei ferebatur super aquas.

3. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux.

4. Et vidit Deus lucem, quod esset bona: & divisit lucem a tenebris.

5. Appellavitque lucem diem, & tenebras noctem: factumque est vespere & mane, dies unus.

6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis.

AQUILA.

1. In capitulo creavit Deus cælum & terram.

2. Terra autem erat inanitas & nihil. Et tenebræ super faciem abyssi, & spiritus Dei superferebatur super faciem aquarum.

3. Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux.

4. Et vidit Deus lucem quia bona, & divisit Deus inter lucem, & inter tenebras.

5. Et vocavit Deus luci diem, & tenebras vocavit noctem. Et factum est vespere, & factum est mane, dies unus.

6. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & sit dividens inter aquas in aquas.

CAPUT I.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

1. Ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

2. Ἡ δὲ γῆ ἐγένετο ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον, καὶ σκότος ἐπέκειτο ἐπὶ προσώπου τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ προσώπου ὑδάτων.

3. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἔστω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.

4. Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν, καὶ διέστειλεν ὁ θεὸς μεταξὺ τοῦ φωτὸς καὶ μεταξὺ τοῦ σκότους.

5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τῷ φωτὶ ἡμέραν, καὶ τὴν σκοτίαν ἐκάλεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία.

6. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ ὑδάτων, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἐν μέσῳ ὕδατος καὶ εἰς ὕδωρ.

Ο.

1. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

2. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.

3. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.

4. Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους.

5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία.

6. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀναμέσον ὕδατος, καὶ ὕδατος· καὶ ἐγένετο οὕτως.

ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

1. Ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

2. Ἡ δὲ γῆ ἦν κενὸν καὶ οὐθέν. (ἄλλος, οὐθὲν καὶ οὐθέν.) καὶ σκότος ἐπὶ προσώπου ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ προσώπου τοῦ ὕδατος.

3. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.

4. Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους.

pretium ex Philopono mutuamur. In hunc autem versum hæc habet cod. Colbert. num. 1952. ad initium capitis 27. in Job *οἱ λοιποὶ τῶν ἑρμηνευσάντων, ἐνεφύσησεν εἰς τοὺς μυκτῆρας αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς ἐκδεδώκασι. Reliqui interpretes, Insufflavit in nares ejus flatum vitæ, ediderunt* : ubi magis sensum, quam verba cujusque, respexisse videtur. Catenæ omnes hanc versionem, *εἰς τοὺς μυκτῆρας*, citant ex Origene.

v. 8. Versionem Aquilæ habemus ex Basilio, & ex schedis Comb. Symmachi, & Theodotionis ex Hieronymo; Syri interpretis ex Cod. Reg. 1888. ubi locus dicitur esse Eusebii Emiseni : sic autem habetur ibidem : *ὁ μὲν οὖν Σύρος οὕτως ἔχει γεγραμμένον, καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδέμ. τὸ ἀπ' ἀρχῆς δέ φησι μὴ κεῖσθαι ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ. ὁ Syrus sic habet*, Et plantavit Deus paradisum in Edem. *Illud autem*, ab initio, *ait non exstare in Hebraïco*. Imo vero exstat in Hebraïco מקדם, sed melius vertitur *κατὰ ἀνατολάς*, ab Oriente.

v. 11. De fluviorum nominibus hæc Acacius in Catenis Regiis mss. *τὰ τῶν τεσσάρων ποταμῶν ὀνόματα κατὰ μὲν Ἑβραίους οὕτω καλεῖται, ὁ μὲν πρῶτος Φεισών, ὁ δὲ δεύτερος Γαιών, ὁ τρίτος Φοράδ· ὁ τέταρτος Ἐδδεκέλ. παρὰ δὲ Ἕλλησι, Γάγγης, Νεῖλος, Εὐφράτης, Τίγρις. Quatuor fluviorum nomina hæc sunt apud Hebræos, primus Phison, secundus Gaon, tertius Phorad, quartus Eddekel. Apud Græcos autem, Ganges, Nilus, Euphrates, Tigris.*

v. 12. Ex Hieronymo & Drusio. Infra cap. XXXIX. Exodi versu 6. אבני השהם Aquila & Theodotio vertunt, *τοὺς λίθους ὀνυχίνους. lapides Onychinos*, Symmachus, *τοὺς λίθους ὄνυχας, lapides Onychas*. LXX. *τοὺς λίθους σμαράγδου, lapides Smaragdi.*

v. 13. Origenes in schedis Combefisianis *Αἰθιοπίας, ἥτις ἐστὶν Ἑβραϊστὶ Χοὺς· σημαίνει δὲ σκότωσιν. Æthiopia quæ Hebraïcè dicitur Chus: significat autem tenebras.*

v. 15. Locum habemus ex Hieronymo in Quæst. Hebr. in Genesim : ubi sic legitur : *Symmachus vero, qui florentem paulo ante paradisum transtulerat, hic posuit, ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἄλσους, quod & ipsum amœnitatem & delitias sonat* : Drusius vocem *ἄλσους* suspectam habet, opinaturque legendum *ἀλσώδους*. At si voces omnes quæ in Lexicis non extant suspectas haberemus, non in Hexaplis modo, sed etiam in aliis quibusque libris verba multa quasi dubia notare opus esset. Mihi vero secus videtur : *ἄλσος* significat nemus, & locum arboribus consitum; hinc *ἄλση* amœnitas, quæ vox, ut & infinitæ aliæ, in Lexicis non observata fuit : ne legatur enim *τοῦ ἄλσους*, omnes Hieronymi Editiones vetant : & alioquin *τοῦ ἄλσους* non vertisset Hieronymus *amœnitatis* aut *delitiarum.*

v. 17 Versio Symmachi Græce in omnibus catenis Regiis habetur. In hunc vero locum Hieronymus Quæst. Hebr. hæc habet : *In quacumque autem die comederit ex eo, morte morieris. Melius interpretatus est Symmachus dicens, Mortalis eris.* Ambrosius de Paradiso c. 5. ait, *Symmachus utrumque singulariter dixit*. Respicit Ambrosius ad LXX. Interpretes, qui hunc versum pluraliter efferunt.

v. 18. In hunc locum Anastasius Serm. 9. in Hexaëmeron. *ὁμοίως καὶ Ἀκύλας ὁ δυσσεβὴς ἑλληνόφρων καταψεύδεσθαι τοῦ Θεοῦ βουλόμενος, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ποιήσωμεν τῷ ἀνθρώπῳ βοηθὸν κατ' αὐτόν, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατέναντι αὐτοῦ εἶπε, τουτέστιν ἀντίδικον καὶ πολέμιον.* Sic Anastasius, impietatis Aquilam accusans hoc loco, cujus hic est sensus : *Similiter & Aquila, impius ille, & Gentilium more sentiens, Deum carpere volens, pro illo, Faciamus homini adjutorem secundum ipsum, ita vertit, Faciamus ipsi adjutorem ex adverso ipsius; id est, adversarium & inimicum.* Hæc ille, Aquilæ profecto iniquus : nam illius versionis Græcæ sensus est, Faciamus ei adjutorem e regione ipsius, quemadmodum & Hebraïca sonant.

v. 21. In hunc locum Hieron. quæst. Hebr. *Pro ecstasi, id est, mentis excessu, in Hebræo habetur, THARDEMA, quod Aquila καταφοράν, Symmachus κάρον, id est, gravem & profundum soporem interpretatur.* Drusius : *κάρον, id est, soporem : proprie soporem cum gravedine significat: sed usurpatur pro sopore simpliciter, ut* תרדמה *in lingua Ebræorum. Plutarchus in Antonio de Cleopatra, καὶ μόνον εὑρίσκε τὸ δῆγμα τῆς ἀσπίδος ἄνευ σπασμοῦ κάρον ὑπνώδη καὶ καταφορὰν ἐφελκόμενον. Hic simul nominat κάρον & καταφοράν.* Loci sensus est: *Solumque reperit morsum aspidis, sine convulsione soporem gravem & somnum profundum attrahentem.*

Ἕτερος, ὕπνον, Hanc lectionem Viri Doctissimi Jo. Ernesti Grabe beneficio habemus. Ipse vero mutuatus est ex Anastasio lib. 9. in Hexaëmeron, cujus duo mss. Codd. habentur, alter in Bibliotheca Episc. Norvic. alter in Collegio Oxoniensi. Alius autem habetur in Biblioth. Colbertina. Locus sic jacet, Ἀντὶ τῆς ἐκστάσεως, ὁ μὲν τῶν ἑρμηνευτῶν καταφορὰν εἶπεν· ἄλλος κάρον, ἕτερος ὕπνον. *Pro exstasi, alius Interpres, Somnum altum, alius, Soporem gravem, alius somnum.* Hic vero postremus mihi sine ulla prorsus dubitatione Theodotio esse videtur.

v. 22. Anastasius Serm. 9. in Hexaemeron, *μετὰ τὸ εἰπεῖν, καὶ ᾠκοδόμησε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν πλευράν, στίξας τελείαν στιγμὴν ὁ μέγας Κλήμης· καὶ τότε ἀρχὴν στίχου ποιήσας, ἐπήγαγε τό, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ, εἰς γυναῖκα. καὶ δοκεῖ μοι πάνυ θεοσεβῶς ἐπιστῆσαι τῇ λέξει. καὶ γὰρ καὶ ὁ Θεοδοτίων οὕτω διέστειλε τὸ ῥῆμα.* Id est, *Postquam dixerat : Et ædificavit Dominus Deus costam, plenam & maximam interpunctionem apponens magnus Clemens, initium versus ducens, adjecit illud* : Quam acceperat ab Adam, in mulierem, *Videturque mihi admodum pie lectioni insistere. Siquidem Theodotio hoc dictum ita distinxit.*

v. 23. Hunc versum Græce mutuamur partim ex Catenis Regiis, partim ex Drusio & ex Edit. Romana. Symmachi interpretatio in Catenis mss. habetur in loco, qui Apollinarii esse dicitur. Apud Origenem in Matthæum Theodotionis versio sic habet, *hæc vocabitur mulier sumptio.* In hunc locum Hieronymus Quæst. Hebr. in Gen. *Non videtur in Græco & in Latino sonare, cur mulier appelletur, quia ex viro sumpta sit : sed etymologia in Hebræo sermone servatur. Vir quippe vocatur IS, & mulier ISSA. Recte igitur ab IS, appellata est mulier ISSA. Unde & Symmachus pulcre etymologiam etiam in Græco voluit custodire, dicens : Hæc vocabitur ἀνδρίς, ὅτι ἀπὸ ἀνδρὸς ἐλήφθη, quod nos Latinè possumus dicere : Hæc vocabitur virago, quia ex viro sumta est. Porro Theodotio aliam etymologiam suspicatus est, dicens : Hæc vocabitur assumtio, quia ex viro sumta est. Potest quippe ISSA secundum varietatem accentus, & assumtio intelligi.* Sunt qui commodius *πρόσλημμα* substituendum putent, quia Hieronymus *Assumtio* vertit. Sed quid vetabat ne Hieronymus *λῆμμα* verteret *Assumtio*, cum alioquin apud Origenem Genebrardi in Matth. p. 42. legatur *Sumtio?* Verum quid si *λῆψιν* scriptum fuisse putemus? id sane suadere videtur Theodorus Heracleotes, qui in Catenis hæc habet in hunc locum, *ἐπισημαντέον μέντοι κἀκεῖνο, ὅτι ἐπὶ μὲν τοῦ Ἀδὰμ διῃρημένως εἶπεν, τῆς τε σαρκὸς τὴν ποίησιν καὶ τῆς ψυχῆς· ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς μόνον τὴν ΛΗΨΙΝ εἶπεν τῆς πλευρᾶς. Notandum etiam & illud, quod de Adam quidem corporis & animæ creationem divisim dixerit; de muliere autem solam costæ sumtionem.*

CAPUT III. GENESIS.

והנחש היה ערום מכל חית השדה. אשר עשה יהוה אלהים 1. Ακ. Καὶ ὁ ὄφις ἦν πανοῦργος ἀπὸ παντὸς ζώου τῆς χώρας, οὗ ἐποίησε κύριος ὁ θεός. Ο. ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός. Εβρ. αρωμ. Σ. πανουργότερος. Θ. πανοῦργος.

ונפקחו עיניכם 5. Σ. συνετισθήσονται οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν. Ο. διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί.

ויאכל 6 Ἄλλοι, καὶ ἔφαγε. Ο. καὶ ἔφαγον.

ותפקחנה עיני 7. Σ. συνετίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί. Ο. διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοί.

לרוח היום 8. Λαρουη αιωμ. Ακ. ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας. Σύμ. διὰ πνεύματος ἡμέρας. Ο. τὸ δειλινόν. Θεοδ. ἐν τῷ πνεύματι πρὸς καταψύξιν τῆς ἡμέρας.

השיאני 13 Ἄλλοι, ἐπηγάγετό με. Ο. ἠπάτησέ με.

הוא ישופך ראש 15. Ο. αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν. Ἄλλος, αὐτή σου τηρήσει κεφαλήν.

תשוקתך 16. Ακ. [* συμμαχία] σου Σ. ἡ ὁρμή σου. Ο. πρὸς τὸν ἄνδρα ἡ ἀποστροφή σου.

ארורה • האדמה בעבורך 17. Ακ. ἐπικατάρατος ἡ χθὼν ἕνεκά σου. Ο. ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Θ. ἐπικατάρατος ἀδαμὰ ἐν τῇ [ἀπειθησίᾳ] σου.

1. HEbr. Et serpens erat callidior omni bestia agri, quam fecerat Dominus Deus. *Aq.* Et serpens erat callidus præ omni animali regionis, quod fecerat Dominus Deus. *LXX.* Serpens autem erat prudentissimus omnium bestiarum, quæ erant super terram, quas fecerat Dominus Deus. *Vulg. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus.*

Heb. Arom. *Symm.* callidior. *Th.* callidus.

5. *Hebr.* Aperientur oculi vestri. *S* prudentiores reddentur oculi vestri. *LXX. & Vulg.* aperientur oculi vestri.

6. *H. Alii. Vulg.* & comedit. *LXX.* & comederunt.

7. *H.* Aperti sunt oculi. *S* prudentiores redditi sunt oculi. *LXX. & Vulg.* aperti sunt oculi.

8. *Hebr.* LARUE AIOM, ad auram diei. *Aq* in vento diei. *S.* per spiritum diei. *LXX* ad vesperam. *Theod.* in spiritu ad refrigerium diei. *Vulg. ad auram post meridiem.*

13. *Hebr. & Alii*, seduxit me. *LXX. Vulg.* decepit me.

15. *H.* Ipsum conteret tibi caput. *LXX.* ipse servabit caput tuum. *Alius*, *Vulg.* ipsa conteret caput tuum.

16. *Heb.* Desiderium tuum. *Aq.* societas tua. *S.* appetitus tuus. *LXX.* ad virum conversio tua. *Vulg. sub viri potestate eris.*

17. *Heb.* Maledicta terra propter te. *Aq.* Maledicta humus propter te. *LXX.* Maledicta terra in operibus tuis. *T.* Maledicta Adama in transgressione tua. *Vulg. Maledicta terra in opere tuo.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Genesis.

v. 1. Lectio Aquilæ apud Theodoretum, & in Codice Regio 1888. sic habetur, itemque in schedis Combefisii. Hieronymus Quæst. Hebr. in hunc locum: *Pro sapiente in Hebræo habetur AROM, quod Aquila & Theodotio* πανοῦργον *interpretati sunt, hoc est, nequam & versipellem. Magis itaque ex hoc verbo calliditas & versutia, quam sapientia demonstratur.* Anastasius msf. in Hexaëmeron. Ο. Σύμ. [..] ὁ Ακ. ἀντὶ τοῦ, φρονιμώτερος, πανουργότερος εἰρήκασι. *Symmachus & Aquila illius loco, prudentior, callidior dixerunt.* Verum Aquilam πανοῦργος habuisse multis testimoniis asseritur: videturque Symmachus solus vertisse πανουργότερος: quos ne disjungeret Anastasius, idipsum de utroque dixit; quod modicum esset discrimen. Symmachum sequitur Vulgatus Interpres, qui vertit. *Callidior.*

v. 5. Ibidem Anastasius, ὁ Σύμμ. εἰς τὸ διανοιχθήσονται, συνετισθήσονται ἐξέθηκεν. Et ad Versum 7. συνετίσθησαν εἴρηκε, [Σύμμαχος] τουτέστιν, ἐσοφίσθησαν, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἦλθον τῆς οἰκείας γυμνότητος τὰ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ὄμματα; id est. *Symmachus, pro illo, aperientur, posuit, prudentiores reddentur.* Et ad vers. 7. *Symmachus, prudentiores redditi sunt, id est, sapientiores facti sunt, & in cognitionem propriæ nuditatis venerunt oculi animæ eorum.*

v. 6. Sic plerique msf. & Notæ Edit. Rom. Videturque esse lectio veterum Interpretum: nam cum Hebraïco & cum Vulgata consonat.

v. 8. Hieronymus: *In plerisque Codicibus Latinorum, pro eo, quod hic posuimus, ad vesperam, post meridiem habet: quia* τὸ δειλινὸν *Græcum sermonem ad verbum transferre non possumus: pro quo in Hebræo scriptum est, LARVE AIOM, quod Aquila interpretatus est,* ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας: *Id est, in vento diei. Symmachus vero,* διὰ πνεύματος ἡμέρας *per spiritum diei. Porro Theodotio manifestius,* ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας, *ut meridiano calore transacto, refrigerium auræ spirantis ostenderet.*

v. 13. Sic Drusius ex Augustino Eugubino Steuchio, qui vertit, *seduxit me.* Mavult Drusius verti, incitavit, vel impulit me, vel persuasit mihi. At si seriem spectes recte ni fallor vertitur, seduxit me. Quid vero si suspicemur legendum ἀπηγάγετό με, pro ἐπηγάγετό με.

v. 15. Αλλ. αὐτή σου τηρήσει κεφαλήν. Ita msf. quidam, & hæc videtur fuisse lectio veteris cujusdam Interpretis, cujus nomen tacetur, & quem sequitur Vulgatus Int. Hieronymus in Quæst. Hebraïcis; *ipse* legendum esse confirmat; sed Augustinus, & cæteri fere Patres, *ipsa*, legunt, ut notatur in Edit. Rom.

Digitized by Google

v. 16. Hieronymus Quæſt. in Geneſ. *Pro converſione Aquila ſocietatem, Symmachus appetitum vel impetum tranſtulerunt.* Vocem Græcam συμμαχία, jam antehac, quaſi Aquilæ eſſet, a nupero quodam adhibitam, utpote ſuſpectam; nulloque veterum teſtimonio aſſertam, uncinis incluſimus. Mallem certe, ἐκοινώνησας: nam συμμαχία, ſocietatem belli ſignificat.

v. 17. Has item Verſiones adfert Hieronymus ibidem, Græca adtulit Martianæus noſter. Illud autem Theodotionis, ἐν τῇ ἀπαιδευσίᾳ σου, quaſi dubium exque Latino factum, uncinis incluſimus. Forte melius ἐν τῇ παραβάσει σου. Septuaginta Int. & Vulgatus noſter legerunt בעבורך *in opere tuo*, *pro* בעבורך *propter te*, ex commutatione literarum ר & ד, quæ ob ſimilitudinem frequenter obſervatur in Bibliis.

CAPUT IV. GENESIS.

קניתי איש את־יהוה 1. Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, ἐκτησάμην ἄνθρωπον ἐν θεῷ. Ο. ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ.

וישע יהוה 4. Ακ. καὶ ἀπεκλήθη [al. ἀπεκηλήθη] ὁ θεός. Συμ. καὶ ἐτέρφθη ὁ θεός. Ο. καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεός. Θεοδ. καὶ ἐνεπύρισεν ὁ θεός. .... ὁ Σύρος, καὶ εὐδόκησεν ὁ θεός.

לא שעה 5. Ο. οὐ προσέσχε. Θ. οὐκ ἐνεπύρισε.

ויחר לקין מאד ויפלו פניו ויאמר יהוה אל־קין למה חרה לך 6. Α. καὶ ὀργίλον τῷ Κάϊν σφόδρα, καὶ ἔπεσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ εἶπε κύριος πρὸς Κάϊν, εἰς τί τὸ ὀργίλον σοι. Ο. καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν, καὶ συνέπεσε τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Καὶ εἶπε κύριος ὁ θεὸς τῷ Κάϊν, ἵνα τί περίλυπος ἐγένου. Ἄλλος, καὶ ἐλύπησε.

הלוא אם־תיטיב שאת ואם לא תיטיב לפתח חטאת רבץ ואליך תשוקתו ואתה תמשל־בו

7. Συμ. ἀλλ᾽ ἐὰν ἀγαθύνῃς, ἀφήσω· ἐὰν δὲ μὴ ἀγαθύνῃς, παρὰ θύραις ἁμαρτία ἐγκεῖται. Ο. οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον. πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. Θεοδ. οὐκ ἂν ἀγαθῶς ποιῇς δεκτόν, καὶ ἂν μὴ ἀγαθῶς ποιῇς, ἐπὶ θύραις ἁμαρτία ἐγκάθηται. πρὸς σὲ ὁρμὴ αὐτοῦ, καὶ ἄρξεις αὐτοῦ.

8 Α. Ο. Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. In hæc verba ſcholion, παρ᾽ οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κεῖται τὰ ῥήματα τοῦ Κάϊν τὰ πρὸς Ἀβέλ· ἀλλ᾽ οὐδὲ παρ᾽ Ἑβραίοις· ἀλλ᾽ ἐν ἀποκρύφῳ φασίν. παρὰ δὲ τοῖς ο.: κεῖται· ἔχει δὲ αὐτὰ καὶ τὸ Σαμαρειτικόν. Alii vero Codices ex Origene. ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Κάϊν πρὸς τὸν Ἀβελ, οὐ γέγραπται· καὶ οἱ περὶ Ἀκύλαν ἔδειξαν· ὅτι ἐν τῷ ἀποκρύφῳ φασὶν οἱ Ἑβραῖοι κεῖσθαι τοῦτο ἐνταῦθα κατὰ τὴν τῶν ο. ἔκδοσιν.

נע ונד 12. ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, σαλευόμενος

1. HEb. Acquiſivi hominem cum Domino. *Heb. Int. & Syrus.* Acquiſivi hominem in Deo *LXX.* Acquiſivi hominem per Deum. *Vulg. Poſſedi hominem per Deum.*

4. *Heb.* Et reſpexit Deus. *Aq.* Et delinitus eſt Deus. *S.* Et delectatus eſt Deus. *LXX. & Vulg.* Et reſpexit Deus. *Theod.* Et inflammavit Deus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium ejus. *Syrus.* Et acceptum habuit Deus.

5. *Heb.* Non reſpexit. *LXX.* non advertit *Theod.* Super Caïn vero, & ſuper ſacrificium ejus non inflammavit. *Vulg. ad Caïn vero & ad munera illius, non reſpexit.*

6. *Hebr.* Et iratus eſt Caïn valde, & conciderunt vultus ejus. Et dixit Dominus ad Caïn: Ad quid eſt ira tibi? *A.* Et iratus eſt Caïn valde, & concidit vultus ejus. Et dixit Dominus ad Caïn: Cur iratus es? *LXX.* Et contriſtatus eſt Caïn valde, & concidit vultu ſuo. Et dixit Dominus Deus ad Caïn: Quare triſtis factus es? *Alius.* Et contriſtavit Caïn. *Vulg. Iratuſque eſt Caïn vehementer, & concidit vultus ejus. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es?*

7. *Heb.* Nonne ſi bene feceris, elevare; & ſi non bene feceris, ad oſtium peccatum cubans. Et ad te appetitus ejus; & tu dominaberis in eum. *Sym.* Sed ſi bene feceris, dimittam; ſi vero non bene feceris, ad januam peccatum jacet. *LXX.* Nonne ſi recte offeras, non autem recte dividas; peccaſti? Quieſce: ad te converſio ejus; & tu principatum habebis ipſius. *Theod.* Nonne ſi bene feceris acceptabile erit; & ſi non bene feceris, ſuper januam peccatum inſidet: ad te impetus ejus, & principatum habebis ipſius. *Vulg. Nonne ſi bene egeris, recipies; ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit? Sed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

8. *A. LXX.* Tranſeamus in campum. *Vulg. Egrediamur foras.* In hæc verba Scholion: *Apud neminem reliquorum exſtant verba Caïn ad Abel; ſed neque apud Hebræos. Verum aiunt in Apocrypho eſſe. Habentur autem apud LXX. atque etiam in Samaritano.* Alii vero Codices hæc habent ex Origene: *In Hebraïco dictum illud Caïn ad Abel, ſcriptum non reperitur: Aquila tamen exhibet: quoniam Hebræi dicunt hoc in Apocrypho jacere, quemadmodum habetur apud LXX.*

12. *Hebræus & Syrus*, fluctuans & inſtabilis.

καὶ ἀκαταστατῶν. Ο. στένων καὶ τρέμων.

ויאמר לו יהוה לכן כל־הרג קין שבעתים יקם

15. Ακ. (καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ κύριος, διότι πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν, δίκην δώσει, ἑπταχῆ.) Συμ. (καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ κύριος, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν, ἕβδομος ἐκδίκησιν λήψεται.) Ο. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ κύριος, οὐχ οὕτως, πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. Θεοδ. (καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ κύριος, οὐχ οὕτω, πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν, τὴν ἑβδομάδα ἐκδικούμενα παραλύσει.)

כי שבעתים יקם 24. Σ...... Ο. ἑπτάκις ἐκδεδίκηται. Θ.......

ותקרא את־שמו שת כי שת־לי אלהים זרע אחר 25. Ακ. (καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ λέγουσα, ὅτι ἔθηκε θεός μοι σπέρμα ἕτερον). Ο. καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ λέγουσα, ἐξανέστησε γάρ μοι ὁ θεὸς σπέρμα.

אז הוחל לקרא בשם יהוה 26. Ακ. τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου. ὁ Ἑβραῖος οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ. Ο. οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ.

LXX. Gemens & tremens. *Vulg. vagus & profugus.*

15. *Hebr.* Et dixit ei Dominus: Propterea omnis occidens Caïn, septempliciter vindicabitur. *A.* Et dixit ei Dominus, Propterea omnis qui occiderit Caïn, septempliciter ulciscetur. *S.* Et dixit ei Dominus, Non sic, sed omnis qui occiderit Cain septimus vindictam accipiet. *LXX.* Et dixit ei Dominus, non sic, omnis qui occiderit Caïn, septem vindictas exolvet. *Th.* Et dixit ei Dominus, non sic: omnis qui occiderit Caïn, septem vindictas exsolvet. *Vulg. dixitque ei Dominus, Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Caïn, septuplum punietur.*

24. *Heb.* Quia septempliciter vindicabitur. *S.* septimus pœnas dabit. *LXX.* septies vindicatum est. *Th.* per septenarium ulciscetur. *Vulg. septuplum ultio dabitur.*

25. *Heb.* Et vocavit nomen ejus Seth dicens: quia posuit mihi Deus semen alterum. *Aq.* Et vocavit nomen ejus Seth, dicens, Quia posuit Deus mihi semen alterum. *LXX* Et cognominavit nomen ejus Seth, dicens: Suscitavit enim mihi Deus semen alterum. *Vulg. Vocavitque nomen ejus Seth dicens: Posuit mihi Deus semen aliud.*

26. *Heb.* Tunc cœptum est invocari nomen Domini. *A.* tunc cœptum est vocari in nomine Domini. *Hebræus allo modo*, Hic speravit appellari nomine Domini Dei. *LXX.* Hic speravit invocare nomen Domini Dei. *Vulg. iste cœpit invocare nomen Domini.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IV. Genesis.

v. I. Hic locus prodit ex schedis Combefisii, qui ex mss. quodam Monspeliensi se mutuatum esse testificatur: sic autem habet. Ο' Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, ἐκτησάμην ἄνθρωπον ἐν θεῷ· ὡς ἀνατιθεῖσα [sic] τὸν πρωτότοκον θεῷ. i. *Hebræus & Syrus; possedi hominem in Deo: ac si primogenitum suum Deo consecres.*

v. 4. Ακ. καὶ ἀπικλήθη, vel melius ἀπεκλήθη, delinitus est. Interpres Procopii Latine: *Solationem accepis.* Theodotio, ἐνεπύρισεν, *inflammavit.* Hieronymus: *Unde scire poterat Cain quod fratris munera suscepisset Deus; & sua respuisset; nisi interpretatio illa vera est, quam Theodosio posuit:* Et inflammavit Deus super Abel & super sacrificium ejus; super Caïn vero & super sacrificium ejus non inflammavit.

v. 5. Hanc Aquilæ versionem habemus ex Theodoreto. Drusius male legerat, ut & ipse subodoratur, καὶ ὀργίλον τὸν Καΐν, melius legitur, τῷ Καΐν, ut efferunt Theodoreti Editi & Schedæ Combefisianæ: quæ postremæ omittunt σφόδρα. LXX. habent; καὶ ἐλυπήθη. Alii, καὶ ἐλύπησε, supple, τὸν Καΐν.

v. 7. Hunc insignem Symmachi & Theodotionis locum ex Schedis Combefisianis excerpsimus. Ille vero ex Codice Monspeliensi acceperat. In iisdem porro Schedis paulo post subjicitur, χρὴ γινώσκειν ὅτι ὁ μακάριος Κύριλλος κατ' οὕτως εἶπεν εἰρῆσθαι παρὰ θεοῦ πρὸς μὲν τὸν Καΐν, ἥμαρτες, ἡσύχασον· πρὸς δὲ τὸν Ἄβελ, πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. Ταῦτα τέθεικεν ἐν τοῖς γλαφυροῖς. i. *Sciendum est B. Cyrillum, hoc Dei dictum sic interpretari ac distinguere; nempe ad Cainum dici, peccasti, quiesce: ad Abelem vero: Ad te conversio ejus, & tu principatum habebis ipsius. Hæc ille in Glaphyris.*

v. 8. Hæc notatu digna ignoti cujusdam & Origenis loca, quæ ex Manuscriptis nostris excerpsimus, in serie reponenda duximus. Ut unde prodeat illud, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, quod Aquila & LXX. expresserunt, statim deprehendatur. Observandum est autem priorem notam a Nobilio & Drusio Cyrilli nomine circumferri; sed perperam, ut monet Combefisius in memoratis Schedis. *Ex Regiis Codicibus & Cod. Mazarini*, [sic ille.] *Sixtina habet Cyrilli nomine, cum Cyrillus non habeat. Quia forte invenit Nobilius in Catena istis simili subjectum superiori Scholio, cui nec ipsum bene inscriptum Cyrilli nomen.* Porro in nota a Nobilio & Drusio Cyrilli nomine allata, deest illud, ἀλλ' ἐν ἀποκρύφοις φασίν. Monent autem hæc duo Scholia, verba superius allata, quæ in Hebraïco non exstant, ex Apocrypho desumta esse a Septuaginta interpretibus & ab Aquila, ipsosque Hebræos in Apocrypho quodam agnoscere. Apocryphus vero liber hujusmodi qui fuerit ignoratur. Hieronymus Quæst. in Genesim. Et dixit Caïn ad Abel fratrem suum, *subauditur ea quæ locutus est Dominus. Superfluum ergo est quod in Samaritanorum & nostro volumine reperitur.* Notat Nobilius ea ipsa verba, in Thargum Jerosolymitano, qui Romæ est, haberi.

v. 12. Catenæ Regiæ. Ο' Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, σαλευόμενος καὶ ἀκαταστατῶν, τουτέστι μὴ μένων ἐν ἑνὶ τόπῳ. Id est, *Hebræus & Syrus, fluctuans & instabilis, hoc est, non manens in eodem loco.* Editio autem Romana loco τοῦ, ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, habet, οἱ ἄλλοι· similiterque Theodoretus, qui ait: Τὸ τρέμων, ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτὰς ἀκαταστατεῖν. i. *Tremere, sive secundum alios Interpretes, instabilem esse.* Hinc suspicatur Drusius illos alios

alios Interpretes esse Aq. Symm. & Theodotionem: quod & ego facile crediderim. Scholiastæ quippe & Theodoretus, quando οἱ ἄλλοι, vel οἱ λοιποὶ ponunt, hos Interpretes indicant. Huic opinioni suffragatur Procopius in Genesim: *Ebraica veritas*, inquit, *habet, ut ex aliis Interpretibus didici, Eris mobilis & instabilis, non manens fixis sedibus in uno loco, sed errabundus & vagabundus in orbe vives. Sane hæc expositio vera est, & ab omnibus Catholicis recipitur.* Nec dubium videtur hos Interpretes esse Aq. S. & Th. Hieron. Quæst. in Gen. *Quod LXX. Naid transtulerunt, in Hebræo NOD dicitur, & interpretatur, σαλευόμενος. i. fluctuans & instabilis, ac sedis incerta.* Itaque hæc lectio, non Hebræi modo & Syri, ut ferunt Catenæ Regiæ; sed etiam aliorum Interpretum esse videtur.

v. 15. Græca trium Interpretum verba a quodam supero allata, uncinis inclusimus: quia nusquam reperimus. In hunc locum Hieronymus, Quæst. in Genes. Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet. *Pro septem vindictis, Aquila septempliciter interpretatus est; Symmachus, septimum. Theodotio, per hebdomadem. Super quo Capitulo exstat Epistola nostra ad Damasum.* In Epistola autem ad Damasum sic habet. VAIOMER LO ADONAI LOCHEN CHOL OREG CAIN SOBATHAIM IOCCAMO. Aquila. *Et dixit ei Dominus, Propterea omnis qui occiderit Cain, septempliciter ulciscetur. Symmachus: Et dixit ei Dominus: Non sic, sed omnis qui occiderit Cain, hebdomas, sive septimus vindicabitur. Septuaginta & Theodotion: Et dixit ei Dominus: Non sic, sed omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet.* Reliqua vide ibi. Procopius in Genes. p. 86. *Quidam magis proprie istum locum interpretantur, dicentes: oportet Cainum septies puniri ob commissum parricidium. Aquilas sic reddidit: Septies. Symmachus vero sic vertit: Septies dabit pœnas, quod quidam sic intellexerunt: in septem generationibus pœnas pendet. Verum Hebræus post dictionem, interficiens, punctum locat.*

v. 24. Hæc ex Procopio desumta sunt: cujus hæc sunt verba p. 90. *Sed nihil moror sive dona Spiritus Sancti, sive septem patrum personas, illa septem accipias. Illi sententiæ adstipulatur Theodotion, præsentem locum transferens: Per septenarium ulciscetur. Symmachus sic vertit: Septimus pœnas dabit. Proinde Lamechus forte septimus fuit, qui pœnas inflixit.*

v. 25. Latine hic versiculus exstat apud Hieronymum in Quæst. ad Genesim. Ex Latinis Græca concinnavimus, quia videtur non potuisse alio modo legi. Uncinis tamen inclusimus, ne quis aliunde excerpta putaret.

v. 26. Sic omnes Catenæ Regiæ: sic item Schedæ Combefisianæ Aquilæ locum effecerunt. Drusius legerat: Ἀκ. τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖν ἐν ὀνόματι κυρίου. Theodoreti editi, Ἀκ. τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου. Versionem ex Hebræo Catenæ omnes mss. habent nomine Eusebii Emiseni: cujus totum locum adferre libet: ἐν τῷ ἑβραϊκῷ οὐχ οὕτως λέγει· ἀλλ', οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ· τουτέστιν υἱὸς θεοῦ λέγεσθαι καὶ θεός. οἱ γὰρ ἀπὸ τοῦ Σὴθ δίκαιοι γεγόνασι. ὅθεν ἡ γραφὴ ἑαυτῇ ἀκολουθοῦσα μετὰ ταῦτα φησὶ καὶ ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων· τουτέστιν οἱ δίκαιοι. οὐ γὰρ ἦν ἐπιμιξία τῶν υἱῶν Σὴθ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ Κάϊν. i. *In Hebraico non ita dicit; sed, Hic speravit appellari nomine Domini; hoc est, Filius Dei ac Deus dici. Nam qui a Setho ortum ducebant, justi fuerunt. Quamobrem scriptura sibi ipsi consonans, postea dicit: Et viderunt Filii Dei filias hominum; id est, justi. Nulla quippe commixtio erat inter filios Sethi, & Caini progeniem.* Aliam interpretationem exhibet Hieronymus Quæst. in Gen. *Enos, juxta Linguæ Hebrææ proprietatem, homo vel vir dicitur: & pulcre, quia hoc vocabulum habuit, ideo scriptum est, Tunc initium fuit invocandi nomen Domini: licet plerique Hebræorum aliud arbitrentur, quod tunc primum in nomine Domini & similitudine ejus, fabricata sint idola.*

CAPUT V. GENESIS.

זה ספר תולדת אדם 1. Ἀκ. τοῦτο τὸ βιβλίον γεννημάτων Ἀδάμ. Ο. αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων.

את־שמם 2. Ἄλλοι, τὸ ὄνομα αὐτῶν. Ο. τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

ויהיו כל־ימי אדם אשר־חי תשע מאות שנה ושלשים שנה 5. Ἑβρ. Ἑλλ. Ουαϊεϊοὺ χαλ ἰαμὲ Αδαμ ασερ αι θεσα μεωθ σανα οὐσαλωσιμ σανα. Ἀκ. καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ τριάκοντα ἔτος, καὶ ἐννακόσια ἔτος. Ο. Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἀδὰμ, ἃς ἔζησε, τριάκοντα καὶ ἐννακόσια ἔτη.

ויחי מתושלח שבע ושמנים שנה ומאת שנה ויולד את־למך 25. Τὸ Ἑβραϊκὸν καὶ τὸ Σαμαρειτικὸν, καὶ ἔζησε Μαθουσάλα ἔτη ρπζ΄. καὶ ἐγέννησε τὸν Λάμεχ. Ο. καὶ ἔζησε Μαθουσάλα ἑπτὰ ἔτη καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ ἐγέννησε τὸν Λάμεχ.

ויחי מתושלח אחרי הולידו את־למך שתים ושמנים שנה ושבע מאות שנה 26. Ἑβ. καὶ Σαμαρ. καὶ ἔζησε Μαθουσάλα μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν Λάμεχ, δύο καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακόσια ἔτη. Ο. καὶ ἔζησε

1. **H**Ebr. & *Aq.* Hic liber generationum Adam. *LXX.* Hic liber generationis hominum. *Vulg. Hic est liber generationis Adam.*

2. *H. Alii, Vulg.* nomen eorum. *LXX.* nomen ejus.

5. *Heb.* Et fuerunt omnes dies Adam, quibus vixit nongenti anni & triginta anni. *Aq.* Et vixit Adam triginta annos & nongentos annos. *LXX.* Et facti sunt omnes dies Adam quibus vixit, triginta & nongenti anni. *Vulg. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta.*

25. *Heb.* Et vixit Mathusala septem & octoginta annos & centum annos, & genuit Lamech. *Hebr. & Samarit.* Et vixit Mathusala CLXXXVII. annos, & genuit Lamech. *LXX.* Et vixit Mathusala septem annos & sexaginta & centum, & genuit Lamech. *Vulg. Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech.*

26. *Heb.* Et vixit Mathusala, postquam genuit ipse Lamech, duos & octoginta annos & septingentos annos. *Hebr. & Samar* Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, duos & octoginta & septingentos annos. *LXX.* Et

Μαθουσάλα μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Λάμεχ δύο. καὶ ὀκτακόσια ἔτη.

vixit Mathusala postquam genuit Lamech, duos & octingentos annos. *Vulg. Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. V. Genesis.

v. 1. Hanc Aquilæ lectionem mutuati sumus ex loco quodam Origenis, quem supra adtulimus in Notis ad versum 4. Capitis 1.

v. 2. Ἄλλος, τὸ ὄνομα αὐτῶν, ex plerisque Manuscriptis. Hæc vero lectio cum Hebraico consonat.

v. 5. Prodit hic Aquilæ locus ex Epiphanio de mensuris & ponderibus p. 169. Ubi non omnia Hebraici textus verba transferuntur. An Aquila ipse omiserit, an Epiphanius detruncarit, incertum. Hebraica item Græce scripta non quadrant apud Epiphanium. Nos ad literam referimus. Hic vides nimio scrupulo Aquilam Hebraicæ literæ servientem, τριάκοντα ἔτος, *triginta annum*, & ἐννακόσια ἔτος, *nongentos annum* vertere: quia nimirum Hebraicus textus ad utrumque habet שנה in singulari. In annos autem generationum insignem Eusebii Emiseni locum adferam desumtum ex Schedis Combefisianis. Ὅτι ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος, καὶ ὁ Σύμμαχος ὧδε ρ΄. ἔτη ἀεὶ γενεαλογεῖ, καὶ ἀποδείγματος ἕνεκεν, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Ἀδὰμ γέγραπται σλ΄. γεννᾷ τὸν Σηθ. ὁ Ἑβραῖος ρλ΄. προστίθησι δὲ αὐτὰ εἰς τὰ λοιπὰ ζωῆς τοῦ Ἀδὰμ ἔτη. *Hebræus & Syrus & Symmachus in genealogiis centum annos minus semper ponunt; exempli causa, scriptum est [in LXX. Interpretibus] quod Adam anno vitæ CCXXX. genuerit Seth: ibi Hebræus CXXX. habet. Illos autem centum annos reliquis Adami vitæ annis adjungit.* Animadvertas autem. Hebræum, & Syrum adferri, qua de re pariterque de Samaritano pluribus agitur in Præliminaribus: ubi disquiritur, an Græci Interpretes, qui ex Hebraïco, Syriaco, & Samaritano transtulerint, his in locis intelligantur; An vero ipsi veteres lectionum indagatores, Hebraïcum, Syriacum & Samaritanum textum, ad certa loca consulentes, ea ipsa Græce versa nobis exhibeant.

Versus 25. & 26. interpretationem ex Schedis Combefisii desumsimus: Ille vero ex Codd. Monspeliensi & Mazarinæo exscripsisse se dicit. In hunc locum Hieronymus Quæst. in Genesim. Et vixit Mathusala centum annos & sexaginta & septem &c. *Famosa quæstio, & disputatione omnium Ecclesiarum ventilata, quod juxta diligentem supputationem, quatuordecim annos post diluvium Mathusala vixisse referatur. Etenim cum esset Mathusala annorum centum sexaginta septem, genuit Lamech. Rursum Lamech, cum esset annorum centum octoginta octo, genuit Noe, anni vitæ Mathusalæ, trecenti quinquaginta quinque. Sexcentesimo autem anno vitæ Noe, diluvium factum est. Ac per hoc habita supputatione per partes, nongentesimo quinquagesimo anno Mathusalæ, diluvium fuisse convincitur. Cum autem supra nongentis sexaginta novem annis vixisse sit dictus, nulli dubium est quatuordecim eum annos vixisse post diluvium. Et quomodo verum est quod octo tantum animæ in arca salvæ factæ sunt? Restat ergo ut quomodo in plerisque, ita & in hoc sit error in numero. Siquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris ita scriptum reperi:* Et vixit Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, septingentos octoginta duos annos, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusalæ, anni nongenti sexaginta novem, & mortuus est. Et vixit Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit Noe. *A die ergo nativitatis Mathusalæ, usque ad diem ortus Noe, sunt anni trecenti sexaginta novem: his adde sexcentos annos Noe: quia in sexcentesimo vitæ ejus anno factum est diluvium: atque ita fit, ut nongentesimo sexagesimo nono vitæ suæ Mathusalæ mortuus sit, eo anno quo cœpit esse diluvium.* In eumdem locum Origenes in Schedis Combef. Περιέχει ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὅτι ἔζησε Λάμεχ ἔτη ρπ΄. καὶ η΄. καὶ ἐγέννησε Νῶε. καὶ ἔζησε Λάμεχ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Νῶε ἔτη φξε΄. καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Λάμεχ ἔτη ἑπτακόσια καὶ πεντήκοντα τρία, καὶ ἀπέθανε. καὶ ἦν Νῶε ἐτῶν φ΄. καὶ ἐγέννησε τρεῖς υἱούς. καὶ εὑρίσκομεν ἐκ τούτου διαφωνίαν ἑξήκοντα πέντε ἐτῶν τοῦ Νῶε. ἀλλ' ἐνταῦθα ἡ γραφὴ λέγει ὅτι τῷ Θεῷ εὐηρέστησε Νῶε, καθὼς γέγραπται καὶ περὶ τοῦ Ἐνώχ. κἀκεῖνος γὰρ ὅτε εὐηρέστησε τῷ Θεῷ, τότε καὶ μετετέθη ὑπ' αὐτοῦ. ὁμοίως οὖν καὶ τοῦ Νῶε τὰ πρὸ τῆς εὐαρεστήσεως ξε΄. ἔτη οὐκ ἐλογίσατο αὐτῷ ἡ θεία γραφή. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ ἐλογίσθη εἰς ζωὴν τὰ ξ΄. ἔτη τὰ πρὸ τῆς θεογνωσίας αὐτοῦ. καὶ τοῦ Ἐνὼχ ἔτη λ΄. καὶ τοῦ Σαοὺλ ἔτη κ΄. καὶ τοῦ Σολομῶντος ἔτη μ΄. καὶ τοῦ Ἐζεκίου ιζ΄. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Μαθουσάλα εὑρίσκεται διαφωνία ἐτῶν ιε΄. *Hoc est. Supra legitur,* Vixit Lamech annos centum & octoginta & octo, & genuit Noe. Et vixit Lamech postquam genuit Noe annos DLXV. Et facti sunt omnes dies Lamech anni septingenti quinquaginta tres, & mortuus est. *Et*, erat Noe annorum D. & genuit tres filios. *Ex hoc autem annorum Noe sexaginta quinque discrepantiam deprehendimus. Verum hoc loco Scriptura dicit, Noe Deo placuisse, sicut etiam de Enoch scriptum est. Nam ille quoque cum placuit Deo, tunc translatus est ab eo. Similiter autem & ipsi Noe sexaginta annos, antequam placeret Deo elapsos, non computavit divina Scriptura. Sicuti nec Abrahamo sexaginta anni vitæ antequam Deum cognosceret computati sunt, nec Enocho triginta, nec Sauli viginti, nec Salomoni quadraginta, nec Ezechiæ septemdecim. Sed etiam circa Mathusalam reperitur discrimen annorum quindecim.*

CAPUT VI. GENESIS.

ויראו בני האלהים את־בנות האדם כי טבת

2. Ακ. ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τῶν θεῶν τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. Σύμ. καὶ ἰδόντες υἱοὶ τῶν δυναστευόντων τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. Αλλ. υἱοὶ τῶν δυναστῶν. Ο. ἰδόντες δὲ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. Θεοδ. καὶ ἰδόντες υἱοὶ τοῦ θεοῦ.

2. HEb. Et viderunt filii Dei filias hominis, quod pulchræ. *A.* videntes autem filii deorum filias hominum. *S.* Et videntes filii potentium filias hominum. *LXX.* Videntes autem filii Dei filias hominum. *Th.* Et videntes filii Dei. *Vulg. Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ.*

3 לא ידון רוחי באדם לעלם Σύμ. οὐ κρινεῖ τὸ

3. *Heb.* Non contendet spiritus meus cum

πνεῦμά μου τοὺς ἀνθρώπους αἰωνίως. O. οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα.

הנפלים היו בארץ 4. Ακ. οἱ ἐπιπίπτοντες ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς. Σύμ. οἱ βίαιοι ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς. al. δυσίατοι. O. οἱ δὲ γίγαντες ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς. Θεοδ. οἱ δὲ γίγαντες ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς.

וינחם יהוה כי־עשה את־האדם בארץ ויתעצב אל־לבו 6. Ακ. καὶ μετεμελήθη ὁ θεὸς ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διεπονήθη πρὸς καρδίαν αὐτοῦ. Συμ. καὶ ἀπέστρεψεν. O. καὶ ἐνεθυμήθη ὁ θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ διενοήθη.

כי נחמתי 7. A. ὅτι μετεμελήθην. O. ὅτι ἐνεθυμήθην. Αλλος, ἐθυμώθην.

את־האלהים התהלך־נח 9. A. σὺν τῷ θεῷ περιεπάτει. Σ. τῷ θεῷ ἐπηκολούθησε. O. τῷ θεῷ εὐηρέστησε Νῶε.

קץ 13. Ακ. τέλος. Σύμ. πέρας. O. καιρός.

עצי־גפר 14. O. ἐκ ξύλων τετραγώνων. Αλλος ἐκ ξύλων ἀσήπτων, ἢ κεδρίνων. Αλλος, ἐπὶ πλακῶν πυξίνων.

קנים תעשה את־התבה Σύμ. καλιὰς ποιήσεις. O. νοσσιὰς ποιήσεις τὴν κιβωτόν. Αλλος, κατὰ τὴν κιβωτόν.

וכפרת בכפר Ακ. ἀλοιφήσεις ἀλοιφῇ. Σ. ἱλαστηρίῳ. O. ἀσφαλτώσεις.

צהר תעשה לתבה 16. Ακ. μεσημβρινὸν ποιήσεις τῇ κιβωτῷ. Σ. διαφανὲς ποιήσεις. O. ἐπισυνάγων ποιήσεις τὴν κιβωτόν. Θεοδ. θύραν ποιήσεις.

שנים ושלשים תעשה Σύμ. κατὰ δίστεγα καὶ τρίστεγα ποιήσεις αὐτήν. O. κατάγαια διώροφα, καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτήν.

מכל־החי 19 A. Σ. ἀπὸ πάντων τῶν ζώων. O. ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν.

homine in sæculum. *S.* Non judicabit ſpiritus meus homines æternum. *LXX.* Non permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternum. *Vulg. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum.*

4. *Heb.* Gigantes fuerunt in terra. *A.* Cadentes, *ſive* irruentes, erant ſuper terram. *S.* Violenti erant ſuper terram. *al.* ſanatu difficiles. *LXX.* Gigantes autem erant ſuper terram. *Theod. & Vulg.* Gigantes autem erant ſuper terram.

6. *Heb.* Et pœnituit Dominum quod feciſſet hominem in terra, & indoluit ad cor ſuum. *A.* Et pœnituit Deum quia fecerat hominem ſuper terram, & laboravit ad cor ſuum. *S.* & avertit. *LXX.* Et cogitavit Deus, quia fecit hominem ſuper terram, & recogitavit. *Vulg. Pænituit eum quod hominem feciſſet in terra: & tactus dolore cordis intrinſecus.*

7. *Heb.* Quia pœnitet me. *A.* quia pœnituit me. *LXX.* quia cogitavi. *Alius*, iratus ſum. *Vulg. pænitet enim me.*

9. *Hebr.* Cum Deo ambulavit Noe. *Aq.* cum Deo ambulabat. *S.* Deum ſequutus eſt. *LXX.* Deo placuit Noe. *Vul. cum Deo ambulavit.*

13. *Heb. & A.* finis. *S.* terminus. *LXX.* tempus. *Vulg. finis.*

14. *Heb.* lignorum Gopher. *LXX.* ex lignis quadratis. *Alius*, ex lignis imputribilibus, *aut* cedrinis. *Alius*, ſuper tabulis buxinis. *Vulg. de lignis levigatis.*

Hebr. nidos facies cum arca. *S.* nidos facies. *LXX.* nidos facies arcam. *Alius*, ad arcam. *Vulg. manſiunculas in arca facies.*

Heb. bituminabis bitumine. *A.* linies linimento. *S.* propitiatione. *LXX.* bituminabis. *Vulg. bitumine linies.*

16. *Heb.* Feneſtram facies arcæ. *A.* meridianum facies arcæ. *S.* pellucidum facies arcæ. *LXX.* colligens faciem arcam. *Th.* januam facies. *Vulg. feneſtram in arca facies.*

Hebr. Secunda & tertia facies. *S.* per binas & ternas contignationes facies eam. *LXX.* inferiora bicamerata & tricamerata facies eam. *Vulg. deorſum cænacula & triſtega facies in ea.*

19. *Heb.* ab omni vivente. *A. S.* ab omnibus animantibus. *LXX.* ab omnibus pecoribus. *Vul. ex cunctis animantibus.*

Notæ & variæ Lectiones ad cap. VI. Geneſis.

v. 2. Locum plenum Aquilæ & Symmachi ex Combefiſianis Schedis & ex Catenis mſſ. eruimus. Hieronymus: *verbum Hebraicum* ELOIM *communis eſt numeri: & Deus quippe & dii ſimiliter appellantur: propter quod Aquila, plurali numero, filios deorum auſus eſt dicere deos, intelligens Sanctos ſive Angelos. Deus enim ſtetit in Synagoga deorum: in medio autem Deos diſcernit, Unde & Symmachus iſtiuſmodi ſenſum ſequens, ait:* Videntes filii potentium filias hominum, *& reliqua.* Cyrillus in Catenis mſſ. citatus hæc habet. Οἴδαμεν οὖν ὅτι τῶν αἰτιωμένων τινὰ περιέσεσθαι [illegible] ἰδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. εἶτα περιτρέπουσί τινες τῆς φιλοψογίας τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῆς οὕτω μυσαρωτάτης ἐπιθυμίας ἀνάπτουσι τὰς αἰτίας ἀλιτηρίοις ἀγγέλοις, οἳ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν οὐ τετηρήκασι κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν πᾶν ἀρρώστημα τῷ πρέπει ἂν ἐκείνοις, φαίην ἂν καὶ συνθήσομαι· τὸ δέ γε τῷ εἰκότος λογισμοῦ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι πίστιν ὡς ἀποτελῶ φέρεσθαι συγχωρεῖν, εἴη ἂν ὥς γέ μοι φαίνεται τῶν ἀτοπωτάτων. 1. *Scimus quædam Exemplaria ſic habere: Videntes autem Angeli Dei filias hominum. Hinc carnalis amoris, & execrandæ concupiſcentiæ crimen nonnulli referunt in Angelos lapſos, qui proprium principatum non ſervaverunt, ſicut ſcriptum eſt. Ego vero omnem quidem ipſis mentis morbum competere dicam & fatear: ſententiæ autem alioqui probabilis fidem ultra modum ferri ſinere, meo quidem judicio abſurdiſſimum fuerit.*

v. 3. Sic Editio Romana, Drusius & Catenæ mss. in uno tamen Codice locus Symmachi ita legitur, οὐ κρινεῖ τὸ πνεῦμά μου τοὺς ἀνθρώπους αἰωνίως. i. *Non judicabit spiritus meus homines æternos.* Hieronymus in Quæst. in Genes. *In Hebræo scriptum est, Non judicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt. Hoc est, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos servabo cruciatus; sed hîc illis restituam quod merentur.*

v. 4. Sic Interpretum lectiones edidit Martianæus noster, Drusius in hunc locum: Οἱ ἐπιπίπτοντες *i. irruentes. Siquidem* נפל *etiam irruo denotat ut ibi* נפל בעצמיו *irruit validis suis. Locus est alibi apud Davidem. In editione Romana,* Α. οἱ ἐπιπίπτοντες, οἱ βίαιοι. *Hoc postremum Symmachi est. Sequitur tamen ibidem, Sym.* οἱ δυσίατοι οἱ βίαιοι. *Quod mihi pariter suspectum.* Οἱ βίαιοι violenti. *Hieron.* Pro cadentibus sive gigantibus, violentos interpretatus est Symmachus. *Ex quo emendabis locum in editione Romana, quem modo citavimus.* δυσίατοι, *i. Sanatu difficiles.* Hactenus Drusius, & quidem probe.

v. 6. Locum Aquilæ plenum, ut nos edimus, habent omnes Catenæ mss. Regiæ ex Diodoro Tharsensi. In Editione Romana & apud Drusium prima tantum vox legebatur Α. καὶ μετεμελήθη. Symm. καὶ ἀπέστρεψε, & reversus est, i & pœnituit, quam lectionem sequitur Onkelos.

v. 7. Sic in Editione Romana & in Codicibus nostris.

v. 9. Hæc habemus ex Codice Regio mss. optimæ notæ num. 1871. qui continet Heptateuchum aliosque Scripturæ libros. In Editione Romana lectiones Aquilæ & Symmachi quasi scholia adferebantur, tacitis interpretum nominibus. Lectionem Symmachi annotare videtur Hieron. cum dicit, Quæst. in Gen. *Cum Deo ambulabat Noe, hoc est, ipsius vestigia sequebatur.*

v. 13. Sic Editio Romana & Drusius habent.

v. 14. Hunc item ex Editione Romana mutuamur. Tres autem interpretationes, quæ post LXX. interpretum versionem, ad tres haud dubie Interpretes, Aquilam, Symmachum & Theodotionem pertinent; ita ut Alius habuerit ἐκ ξύλων ἀσήπτων, *ex lignis imputribilibus*; Alius, ἐκ ξύλων κεδρίνων, *ex lignis cedrinis*: atque ita vertunt Onkelos & Jonathan; Alius denique, ἐκ ξύλων πυξίνων, *ex lignis buxinis.* Hebræus autem teste Procopio habet: *Ex Tabulis quadrangulari forma connexis.* Ἄλλος, ἐπὶ πλακῶν πυξίνων. Sic mss. et Edit. Videtur autem esse lectio Theodotionis.

Ibid. Σύμ. καλιὰς ποιήσεις. Lectionem Symmachi sic efferunt tum Catenæ mss. tum Editio Rom. In hunc locum, hæc habet Scholiastes Edit Rom. τὰς εἰς νεοττοτροφίαν ἐπιτηδείως ἐχούσας καταλύσεις; id est, *mansiunculas ad nutriendos pullos concinne adornatas.* Interpretes Procopii, sic habet p. 97. *Nidos Symmachus appellat suguria.*

Ibid. Ακ. ἀλοιφήσεις ἀλοιφῇ. In Codice Regio 1871. optimæ notæ legitur ἀλοιφώσεις, quasi ab ἀλοιφόω vel ἀλειφόω: quæ lectio non spernenda. Lectionem Symmachi exscripsimus ex eodem Cod. Regio 1871. Habuerit autem ille, ἱλάσεις ἱλαστηρίῳ, *propitiaberis propitiatione*; sed primam vocem omisit scriba Regii Codicis.

v. 16. Locus ex Editione Romana prodit. Hic Hieronymus Quæst. Hebr. *Pro eo quod est, colligens facies arcam, in Hebræo habetur, meridianum facies arca: quod manifestius interpretatus est Symmachus dicens,* διαφανές, *hoc est, dilucidum facies arca, volens fenestram intelligi. Procopius autem sic habet. Primo præcepit Deus Noacho, ut pararet ostium ab obliqua parte arcæ. Theodotion transtulit januam: sed Aquila vertit ostium sive fenestram vel valvam aut quamdam apertionem.*

Ibidem. Sic locum Symmachi plenum habent Catenæ mss. & Schedæ Combefisianæ. Hic Origenis de arcæ forma locum adferre libet, quia nondum quod sciam Græce editus est. Ζητητέον ποδαπὸν δεῖ νοῆσαι τὸ σχῆμα τῆς κιβωτοῦ, ὅπερ νομίζω ὅτι πυραμοειδές ἐστιν· ἀρξάμενος ἀπὸ μὲν μήκους, τ'. πήχεων, ἀπὸ δὲ πλάτους ν'. καὶ ἐπὶ τοὺς λ'. τοῦ ὕψους πήχεις ἐπισυναγόμενον, ὥστε τὴν κορυφὴν γενέσθαι, μήκους καὶ πλάτους πήχεως. ἔστω δὲ τὰ μὲν κάτω αὐτῆς ἅπερ ὠνόμασαι κατάγαια, ὀροφῶν δύο. τὰ δὲ ὑπὲρ τὰς δύο ὀροφὰς ἐπὶ τοῦ ἀνωτέρω ὀρόφου, ὀροφῶν τριῶν. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος σαφῶς ἐξέθετο εἰπὼν κατὰ δίστεγα καὶ τρίστεγα ποιήσεις αὐτήν. νοείσθω δὲ καθ' ἑκάστην ὀροφὴν ἀποδιαλαμβανόμενα χωρία ὑπὲρ τοῦ χωρίζεσθαι τὰ ἀνόμοια ζῶα ἀπ' ἀλλήλων, καὶ καλεῖσθαι τὰ ἀποδιαλαμβανόμενα νοσσιαί. ὡς ὁ Σύμμαχος πεποίηκε καλιαί. Καὶ μετ' ὀλίγα. Φασὶ τοίνυν ὅτι ἡ μὲν κατωτέρω πρὸς τῷ πυθμένι τοῦ διωρόφου στέγη, εἰς σκύβαλα ἀποτέτακτο, ἡ δὲ ταύτης ἀνωτέρω εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς τροφῆς τῶν ζώων, ὥστε εὐπορεῖν τὰ μὲν σαρκοβόρα σαρκῶν· τὰ ἕτερα ζῶα παρὰ τὰ εἰς διατήρησιν εἰσαχθέντα τροφῆς ἕνεκεν εἰσαχθῆναι εἰς τὴν κιβωτόν· τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα τῆς ἐπιτηδείου ἕκαστον εὐπορῆσαι τροφῆς. ταῦτα μὲν εἰς τὸν περὶ τῶν καταγαίων διωρόφων λόγον. τὸ δὲ κατωτάτω τριώροφον τοῖς ζώοις ἀποτέτακτο κατὰ τὰς νομισθείσας νοσσιάς. καὶ εἰκὸς ὅτι τῷ μὲν τῶν ὄφεων γένει καὶ θηρίων, ἡ τοῦ κατωτάτω τριωρόφου χώρα ἀπενεμήθη· τοῖς δὲ κτήνεσι καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν τιθασσοτέρων, ἢ ἡμερωτέρων τάξει καὶ λόγῳ, τὰ ἀνωτέρω. ἐχρῆν δὲ τὸν ἄνθρωπον ὥσπερ τῇ φύσει ἄρχοντα τῶν ἀλόγων ὧν ἐπιβέβηκεν αὐτὸς, οὕτως καὶ ἐν τῇ χώρᾳ εἶναι ἀνωτάτω τῆς κιβωτοῦ περὶ τὴν τελευταίαν στέγην, ὑπὸ χεῖρα ἔχοντα τὰ λοιπὰ τῶν ζώων. πιθανὸν δὲ τὴν πλαγίαν περὶ ἧς εἴρηται, τὴν δὲ θύραν τῆς κιβωτοῦ ἐκ πλαγίων ποιήσεις γεγονέναι περὶ τὴν κάτωθεν πρώτην στέγην· ἵνα ἐκεῖθεν εἰσελθόντα τὰ ζῶα ἀπίῃ ἐπὶ τοὺς τεταγμένους ἐν ταῖς νοσσιαῖς τόπους. καὶ τοῦτο βέλτιον ἡμῖν φαίνεται λέγειν περὶ αὐτῆς, ἢ ἄνωθεν νομίζειν μετὰ πολλῆς δυσκολίας τὰ ζῶα καταβαίνειν ἐπὶ τοὺς οἰκείους τόπους.

Sensus est.

Quærendum quo pacto arcæ formam intelligere oporteat. Eam puto in pyramidis speciem structam fuisse: atque a principio quidem CCC. cubitorum longitudine fuisse: latitudine vero L. altitudine XXX. ita ut vertex fuerit longitu- & simul latitudine cubiti unius. Supponatur autem infima ejus quæ inferiora nominantur, fuisse duarum contignationum: quæ autem supra duas illas contignationes erant, trium contignationum. Id enim sic clare Symmachus exposuit dicens, Per binas & ternas contignationes facies eam. Cogitetur item in singulis contignationibus, separata fuisse loca, ut animalia diversæ speciei segregarentur, vocenturque separata illa loca, νοσσιαὶ *nidi; vel ut Symmachus vertit* καλιαί. *Et paucis interpositis. Dicunt igitur infimam omnium quæ ad fundum erat contignationem, fimo ac stercori deputatam fuisse: huic vicinam superiorem, alimento animalium capiendo; ita ut carnivora carnium copiam haberent, quia alia animalia præter ea quæ servanda speciei inducta erant, pro cibo aliorum intromissa fuerant in arcam. Quæ autem mansueta erant, congruentem sibi escam paratam habuere. Hæc de infimis contignationibus dicta sunto. E tribus porro aliis contignationibus, quæ infima erat, animalibus destinabatur, assignatis singulorum nidis. Verisimileque est serpentibus ac feris infimam illam sedem datam fuisse; jumentis vero ac reliquis mansuetis animantibus, superiorem; homini demum, utpote brutorum principi omniumque præstantissimo, supremam omnium sedem datam oportuit ad tertiam contignationem, ut cætera animalia sub manu haberet. Verisimile autem est latus arcæ tale fuisse quale diximus. Januam vero arcæ, a latere positam fuisse dicas ad primam & infimam contignationem, ut animantes inde introeuntes, ad constituta sibi loca nidosque pergerent. Quod sane probabilius dici posse videtur, quam si putetur animalia ex summitate ad propria loca descendisse.*

v. 19. Sic habetur in Editione Romana.

CAPUT

CAPUT VII. GENESIS.

את־כל־היקום אשר עשיתי 4. O. πᾶν τὸ ἀνάστημα ὃ ἐποίησα. Ἄλλος, ἐπανάστημα. Ἄλλος, πᾶσαν τὴν ἀνάστασιν ἣν ἐποίησα.

ארבת השמים 11. A. Σ. Αἱ θυρίδες τοῦ οὐρανοῦ. O. οἱ καταῤῥάκται τοῦ οὐρανοῦ.

העוף 14. O. πετεινόν. Ἀλλ. πτερωτόν.

מכל־הבשר אשר־בו רוח חיים 15. (Σ. ἀπὸ πάσης σαρκὸς ἐν ᾗ ἐστι πνεῦμα ζωῆς) O. ἀπὸ πάσης σαρκὸς, ἐν ᾧ ἐστι πνεῦμα ζωῆς.

גברו 20. A. ἐνεδυναμώθη. Σ. ἐπεκράτησεν. O. ὑψώθη ὕδωρ.

מכל אשר 22. O. πᾶν ὃ ἦν. Ἄλλοι, πᾶς ὃς ἦν.

ויגברו 24. A. ἐνεδυναμώθη. Συμ. ἐπεκράτησεν. O. ὑψώθη ὕδωρ.

4. HEb. *Vulg.* Omnem ſubſtantiam quam feci. *LXX.* omne quod ſurgit, quod feci. *Alius*, quod inſurgit. *Alius*, omnem inſurrectionem, quam feci.

11. *Heb.* Cataractæ cæli. *A. S.* feneſtræ cæli. *LXX. & Vulg.* Cataractæ cæli,

14. *Heb. LXX. & Vulg.* volatile. *Alius*, alatum.

15. *Heb. & Sym.* Ab omni carne, in qua eſt ſpiritus vitæ. *LXX.* ab omni carne, in quo eſt ſpiritus vitæ. *Vulg. ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ.*

20. *Heb. & A.* invaluit. *S.* prævaluit. *LXX.* exaltata eſt aqua. *Vulg. altior fuit aqua.*

22. *Heb.* ex omni quod erat. *LXX.* omne quod erat. *Alius*, omnis qui erat. *In Vulg. deeſt.*

24. *Heb. & A.* invaluit. *S.* prævaluerunt (aquæ.) *LXX.* exaltata eſt aqua. *Vulg. obtinueruntque aquæ.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VII. Geneſis.

V. 4. Ita quidam Codd. πᾶσαν τὴν ἀνάστασιν, tacito Interprete.

v. 11. Prodit hic locus Aquilæ & Symmachi ex Edit Rom. & ex Druſio.

v. 14. Πτερωτόν. Sic Codex Reg. 1871. non indicato Interpretis nomine.

v. 15. In hunc verſum Auguſtinus in Locut. num. 20. *Non refertur*, in quo, *niſi genus ſubaudias, id eſt, in quo genere. Nam ſi in carne ſubaudiremus*, in qua *fuerat dicendum: quod ſolus interpres Symmachus dixit. Hoc ut intelligas*, infert Druſius, *ſciendum in Editione τῶν O. inveniri*, ἀπὸ πάσης σαρκὸς, ἐν ᾧ ἐστι πνεῦμα ζωῆς, ab omni carne, in quo &c. *& eſt conſtructio ſenſu congrua non voce, Siquidem carnis vocabulo ſignificatur homo aut animal, quo referendum* ἐν ᾧ. *Non eſt hoc novum aut inſolens in his libris.* Nos ex Latinis Symmachi Græca concinnavimus, nullo periculo ut quiſque videat. Verum eadem Græca Symmachi verba uncinis de more incluſimus.

Verſus 20. & 24. ex Editione Romana & ex Druſio prodeunt. Auguſt. Quæſt. id Gen. lib. 1. Quæſt. 2. *exaltata eſt aqua ſuper terram C L. dies. Aquila*, obtinuit, *Symmachus*, prævaluerunt aquæ.

Verſu. 22. Ἄλλοι, πᾶς ὃς ἦν. Sic quidam mſſ. tacitis Interpretibus.

CAPUT VIII. GENESIS.

ויעבר 1. A. Σ. καὶ παρήγαγεν. O. καὶ ἐπήγαγεν.

וישכו המים A. καὶ ἐστάλησαν (τὰ ὕδατα.) Σ. καὶ ἐλώφησαν (τὰ ὕδατα). O. καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ.

ויסכרו מעינת 2. A. καὶ ἐνεφράγησαν αἱ πηγαί. Σ. καὶ ἐκλείσθησαν αἱ πηγαί. O. (Θ.) καὶ ἐπεκαλύφθησαν αἱ πηγαί.

אררט 4. Οἱ λοιποὶ, Ἀρμενίας. O. Ἀραράτ.

את־חלון 6. O. τὴν θυρίδα. Ἄλλος, τὴν θύραν.

שב 7. ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβρ. ὑπέστρεψε. O. οὐκ ἀνέστρεψεν.

עלה 11. Ἀλλ. θαλλόν. O. φύλλον.

את־מכסה התבה 13. A. τὸ κάλυμμα τῆς κιβωτοῦ. O. τὴν στέγην τῆς κιβωτοῦ.

עלת 20. Σ. ἀναφοράς. O. ὁλοκάρπωσιν. Ἄλλος, ὁλοκαύτωσιν.

1. HEb. Et tranſire fecit. *A. S.* & traduxit. *LXX.* & induxit. *Vul. adduxit ſpiritum.*

Heb. & quieverunt aquæ. *Aq.* & coërcitæ ſunt aquæ. *S.* & deſierunt aquæ. *LXX.* & ceſſavit aqua. *Vulg. & imminutæ ſunt aquæ.*

2. *Heb.* & clauſi ſunt fontes. *A.* & obturati ſunt fontes. *S. Vulg.* & clauſi ſunt fontes. *LXX. Th.* & operti ſunt fontes.

4. *Hebr. & LXX.* Ararat. *Reliqui & Vulg.* Armeniæ.

6. *H. LXX. Vulg.* feneſtram. *Alius*, januam.

7. *Syrus & Heb.* reverſus eſt. *LXX.* non reverſus eſt. *Vulg. non revertebatur.*

11. *Heb. & Alius*, ramum. *LXX.* folium. *Vul. ramum.*

13. *Heb. & A.* operculum arcæ. *LXX. & Vulg.* tectum arcæ.

20. *Hebr.* Holocauſta. *S.* oblationes. *LXX.* holocarpoſim. *Alius*, holocauſtum. *Vulg. holocauſta.*

ויאמר יהוה אל־לבו 21. A. Θ. Εἶπε κύριος πρὸς τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ. Σ. Εἶπε κύριος πρὸς ἑαυτόν. O. καὶ Εἶπε κύριος ὁ θεὸς διανοηθείς.

21. *Hebr. & A. Th.* dixit Deus ad cor suum. *S.* dixit Deus ad seipsum. *LXX.* dixit Deus recogitans. *Vulg. & ait.*

יצר לב האדם רע מנעריו ὁ Ἑβραῖος, τὸ πλάσμα τῆς καρδίας τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ. O. ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ.

Hebr. Cogitatio cordis hominis mala à pueritia sua. *Hebr. Int.* formatio cordis hominis ad mala a juventute sua. *LXX.* mens hominis diligenter super mala a juventute sua. *Vulg. sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.*

כל־ימי הארץ 22. O. πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γῆς. Ἄλλος, πάντα τὸν χρόνον τῆς γῆς.

22. *Hebr. & LXX.* Omnes dies terræ. *Alius*, omne tempus terræ. *Vulg. cunctis diebus terræ.*

ויום ולילה A. ἡμέρα καὶ νύξ. O. ἡμέραν καὶ νύκτα.

Hebr. & A. dies & nox. *LXX.* diem & noctem. *Vulg. nox & dies.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VIII. Genesis.

v. 1. Hæc Aquilæ & Symmachi lectio prodit ex margine Codicis Regii 1871.

Ibid. A. καὶ ἐσταλάχθη &c. Hæc ex Editione Romana & ex Drusio.

v. 2. A. καὶ ἐνεφράγησαν. Sic Codex Regius 1871. egregiæ notæ, quem præferendum censemus Scholiastæ Romano qui habet ἐπεφράγησαν, si tamen Editores recte legerint. Siquidem ἐμφράττω, in Bibliis Græcis frequentissime occurrit, ἐπιφράττω nusquam. In hunc locum Hieronymus Quæst. in Gen. *Pro revelatis fontibus, clausos & obturatos omnes Interpretes transtulerunt.*

v. 4. Sic Codex Regius jam memoratus. LXX. vero Interpretes hic & 4. Reg. 19. 47. ubi vox אררט occurrit, Ἀραράτ reddiderunt.

v. 6. Ἄλλος, τὴν θύραν. Sic mss. videtur autem Theodotionis ut supra.

v. 7. Hanc Syri & Hebræi versionem efferunt Catenæ mss. & Schedæ Combefisianæ ex Didymo, qui sic habet: ὁ Σύρος οὐχ ὁμοίως τῇ Ἑλληνικῇ· λέγει γὰρ ὑπέστρεψε, καὶ ὁ Ἑβραῖος. i. *Syrus non similem Græcæ lectionem habet: dicit enim*, reversus est, *ut & Hebræus.* Græca igitur editio LXX. & Vulgata particulam negativam habent: *Egrediebatur & non revertebatur*, quæ nec in Hebraïco hodierno est, nec tempore Didymi in Hebræo & Syro extabat. De Hebræo & Syro diximus in Nota ad vers. 5. cap. 5.

v. 11. Θαλλόν, ramum. Hæc lectio prodit ex memorato Codice Regio 1871. qui Francisci primi tempore in Bibliothecam Regiam advectus & pulcre compactus est. Cum autem pro more extrema foliorum exciderent operæ, ut auro linirent, nomen aut notam Interpretis absciderunt, quod sæpissime factum infra dicemus. Interpres hic est forte Symmachus, qui Proverb. 11. 28. eamdem vocem עלה vertit θαλλός.

v. 13. Sic Editio Romana.

v. 20. Sic item Editio Rom. Ἄλλος, ὁλοκαυτώσεων, sic quidam mss.

v. 21. Hic variant Codices: nam Romanus Scholiastes primam lectionem, quæ est Aquilæ, Theodotioni tribuit. At codices nostri & Schedæ Combefisianæ Aquilæ adscribunt: & quidem, ut videtur recte. Nam hic & alibi Aquila literam ad verbum sequitur.

Ibid. Hanc lectionem adferunt Catenæ Regiæ & Combefis. ex Eusebio Emiseno, cujus hæc sunt verba, ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀντὶ τοῦ, ἐπιμελῶς, φύσιν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ. τοῦτο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ οὕτως, τὸ πλάσμα τῆς καρδίας ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ. i. *Hebræus pro illo*, diligenter, *habet*, *Natura hominis ad mala a juventute sua. Sic item explicatur apud illos*, *Formatio cordis hominis ad mala a juventute sua.*

v. 22. Bina loca desumsimus ex Codice Regio 1871.

CAPUT IX. GENESIS.

על כל־חית 2. Σ. κατὰ πάντων τῶν θηρίων. O. ἐπὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις. Ἄλλ. ἐπὶ πᾶσι τοῖς κτήνεσι.

2. HEb. super omnem bestiam. *S.* contra omnes feras. *LXX.* in omnibus feris. *Al* in omnibus jumentis. *Vulg. super cuncta animalia.*

בנפשו דמו 4. A. ἐν ψυχῇ αὐτοῦ αἷμα αὐτοῦ. Σ. οὗ σὺν ψυχῇ αἷμα αὐτοῦ. O. ἐν αἵματι ψυχῆς.

4. *Hebr. & A.* in anima ejus sanguis ejus. *S.* ubi cum anima sanguis ejus. *LXX.* in sanguine animæ. *Vulg. carnem cum sanguine non comedetis.*

את ערות אביו 22 A. Σ. τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. O. τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

22. *Hebr. A. S.* turpitudinem patris sui. *LXX.* nuditatem patris sui. *Vulg. verenda scilicet patris sui.*

וייקץ 24. O. Ἐξένηψε δέ. Ἄλλος, καὶ ἐξυπνίσθη.

24. *Hebr.* & experrectus est. *LXX.* & sobrius factus est. *Alius*, & evigilavit. *Vulg. evigilans autem.*

ויהי כנען עבד למו 26. A. δοῦλος δούλων ἔστω Χαναὰν παῖς. O. καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς οἰκέτης αὐτοῦ.

26. *Hebr.* & sit Chanaan servus eis. *A.* servus servorum sit Chanaan puer. *LXX.* & erit Chanaan puer famulus ejus. *Vulg. sit Chanaan servus ejus.*

Digitized by Google

באהלי 27. Ο. ἐν τοῖς οἴκοις. Ἄλλος, ἐν τοῖς σκηνώμασι.

27. *Heb.* in tabernaculis. *LXX.* in domibus. *Alius & Vulg.* in tabernaculis.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IX. Genesis.

v. 2. Hæc ex Codice Regio 1871. mutuati sumus.

v. 4. Sic in Editione Romana. Symmachus, οὗ σὺν ψυχῇ αἷμα αὐτοῦ: *ubi cum anima sanguis ejus.* In hunc locum hæc Catenæ mss. adferunt. Ο' Σύμμαχος σαφῶς αὐτὸ εἴρηκεν· ὅμως τοῦτο ὁ λόγος αἰνίττεται, ὅτι τὸ αἷμα τῶν ἄλλων ζώων ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐστι. διὸ ἐκχυθέντος τοῦ αἵματος αὐτῶν, συναπολύεται ἡ ψυχὴ αὐτῶν. οὐ δεῖ τινά φησι ψυχὴν ἐσθίειν. i. *Id clare Symmachus dixit: attamen hoc Scriptura indicat, quod sanguis ceterorum animalium sit anima illorum. Quamobrem effuso illorum sanguine, simul interit anima ipsorum: at neminem, inquit, animam comedere par est.*

v. 22. Sic habetur in Editione Romana.

v. 24. Sic legit Theodoretus, ἐξυπνίσθη: videtur autem Symmachi esse, qui semper vocem הקיץ, ἐξυπνίζειν vertere solet. Sic Psalm. 43. v. 16. & Psalm. 72. v. 20.

v. 26. Locum plenum habemus in Catenis mss. & in Schedis Combef. ex Diodoro, cujus hæc sunt verba: ἢ κατὰ Ἀκύλαν, δοῦλος δούλων ἔστω Χαναὰν παῖς, τοῦ Σὴμ, ἢ τοῦ Ἰαφὲθ διὰ τὴν ἁμαρτίαν. i. *Vel secundum Aquilam, servus servorum sit Chanaan puer, Semi, vel Japhet, propter peccatum.*

v. 27. Ἐν τοῖς σκηνώμασι. Sic in eodem Diodori loco.

CAPUT X. GENESIS.

גבר־ציד 9. Ο. γίγας κυνηγός. Ἄλλος, βίαιος.

9. Hebr. potens venatione. *LXX.* gigas venator. *Alius*, violentus. *Vulg. robustus venator.*

אשר יצאו משם פלשתים 14. Ο. ὅθεν ἐξῆλθε Φυλιστιείμ. Ἄλλος, ὅθεν ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν Φυλιστιείμ.

פלג 25. Ο. Φαλέγ.

14. *Heb.* quod egressi sunt inde Philistiim. *LXX.* unde egressus est Philistiim. *Alius*, unde egressus est inde Philistiim. *Vulg. de quibus egressi sunt Philisthiim.*

26. *Heb. LXX. & Vulg.* Phaleg.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. X. Genesis.

v. 9. Ἄλλος, βίαιος. Suspicatur Drusius esse interpretationem Symmachi: quia is Gen. 6. 4. הנפלים vertit, οἱ βίαιοι. Sed Num. 33. idem Symmachus נפלים vertit γίγαντας.

v. 14. Ἀλλ. ὅθεν ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν Φυλιστιείμ. Sic quidam mss, & Edit. Complut. Suspicor autem esse versionem Symmachi.

v. 25. Codex Reg. qui est catena, hoc Scholion habet: Φαλὲκ μερισμὸς ἑρμηνεύεται. Ἄλλος φησὶν ὀδόντων ἐκτιναγμός. i. *Phalec divisionem significat; alius ait, excussionem dentium.*

CAPUT XI. GENESIS.

והחמר היה להם לחמר 3. ὁ Ἑβρ. καὶ ὁ Σύρ. καὶ ἄσβεστος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλός. Ο. καὶ ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλός.

אשר יזמו לעשות 6. Ο. ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιῆσαι. Ἄλλος, ὅθεν ἐννοηθήσονται.

3. Hebr. & lutum erat eis in cæmentum. *Hebr. Int & Syrus*, & calx erat illis cæmentum. *LXX.* & bitumen erat illis cæmentum: *Vulg. & bitumen pro cæmento.*

6. *Hebr.* quod cogitaverunt facere. *LXX.* quæcumque conati fuerint facere. *Alius*, quæ cogitaverint. *Vulg. donec eas opere compleant.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XI. Genesis.

v. 3. Ex Diodoro, qui sic habet in omnibus Catenis mss: ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος ἔχει, καὶ ἄσβεστος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλὸς, καὶ μάλα εἰκότως. ἄσφαλτος γὰρ εἰς οἰκοδομὴν ἄχρηστος, ἄσβεστος δὲ ἐπιτηδειότατος. i. *Hebræus & Syrus*: Et calx erat eis cæmentum: *Quod optime quadrat: nam bitumen ad structuram inutile est, calx autem aptissima.* Scholion autem Editionis Romanæ Diodori sententiæ repugnat his verbis. ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος ἄσβεστον φασὶ τὴν ἄσφαλτον. Τινὲς τῶν διδασκάλων ἄσβεστον εἰρήκασιν εἶναι, ἀγνοοῦντες ὡς εἰκὸς τὰς ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ πηγάς. i. *Hebræus & Syrus calcem dicunt loco bituminis. Quidam Doctores calcem fuisse dixerunt: ignorantes, ut videtur, fontes illos, qui sunt in Assyria;* id est, fontes bituminis. Ibi Romanus editor hæc verba, Τινὲς τῶν διδασκάλων ἄσβεστον εἰρήκασιν εἶναι, perperam interpretatus est; *& nonnulli Doctores bitumen inextinctum esse dixerunt.* Ea de re vide Theodoret. Quæst. in Gen. Cujus etiam dicuntur esse in Catenis ea quæ jam allatum Scholion habet.

v. 6. Ἀλλ. ὅθεν ἐννοηθήσονται. Sic Drusius.

CAPUT XII. GENESIS.

עד אלון מורה 6. O. ἐπὶ τῆς δρυὸς τὴν ὑψηλήν. Α'λλος, ἕως τῆς δρυὸς Μαμβρῆ.

ויעתק משם 8. A. καὶ μετῆρεν. O. καὶ ἀπέστη ἐκεῖθεν.

מים O. κατὰ θάλασσαν. Ἄλλος, ἀπὸ θαλάσσης. Α'λλος, ἀπὸ δυσμῶν.

הנגבה 9. A. νότονδε. Σ. Εἰς νότον. O. ἐν τῇ ἐρήμῳ.

כי־כבד הרעב 10. A. ὅτι ἐβάρυνεν ὁ λιμός. O. ὅτι ἐνίσχυσεν ὁ λιμός.

6. Hebr. usque ad quercum Moreh. *LXX.* ad quercum altam. *Alius*, usque ad quercum Mambre. *Vulg. usque ad convallem illustrem.*

8. *Hebr.* & profectus est. *A.* & transmovit. *LXX.* & recessit inde. *Vulg. & inde transgrediens.*

Heb. a mari. *LXX.* ad mare. *Alius*, a mari. *Alius & Vulg.* ab occidente.

9. *Hebr.* ad meridiem. *A.* ad austrum. *S.* in austrum. *LXX.* in deserto. *Vulg. ad meridiem.*

Hebr. & A. quia gravis erat fames. *LXX.* quia invaluerat fames. *Vulg. prævaluerat enim fames.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XII. Genesis.

v. 6. In hæc verba Drusius. *Verior interpretatio*, usque ad convallem More. *Onkelos*, usque ad convallem More, *Hieronymus*, usque ad convallem illustrem. *LXX.* ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν, legerint forte, על אלון רם

v. 8. Versionem Aquilæ habet Editio Romana. Arias Montanus ויעתק non ita commode verterat, *evulsit se.*

Ibid. hæ lectiones, quæ videntur esse Aquilæ & Symmachi, a Drusio adferuntur. Mare accipi pro Occidente usitum est in Libris sacris: quia scilicet mare Mediterraneum ad Occidentem Palæstinæ est.

v. 9. & 10. Sic apud Drusium.

CAPUT XIII. GENESIS.

כבד מאד 3. Εβρ. βαρὺς σφόδρα. O. ἦν πλούσιος σφόδρα.

צאן־ובקר ואהלים 5. O. βόες καὶ σκηναί. Ἄλλος, βόες καὶ κτήνη.

ולא־יכלו לשבת יחדו 6. O. καὶ οὐκ ἐχώρει αὐτοὺς ἡ γῆ κατοικεῖν ἅμα. Ἄλλος, καὶ οὐκ ἠδύναντο κατοικεῖν ἅμα.

כי לך אתננה 17. O. ὅτι σοὶ δώσω αὐτὴν ÷ καὶ τῷ σπέρματί σου εἰς τὸν αἰῶνα: hæc desunt in aliis libris.

וישב 18. O. κατῴκησε. Αλ. παρῴκησε.

באלני ממרא O. παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ. Αλλ. ἀπὸ ὁράσεως.

3. Heb. gravis valde. *LXX. Vulg.* erat dives valde.

5. *Heb.* pecus & bos, & tabernacula. *LXX.* boves & tabernacula. *Alius*, boves & jumenta. *Vulg. greges ovium, & armenta, & tabernacula.*

6. *Heb.* Et non poterant habitare pariter. *LXX.* Et non capiebat eos terra ad habitandum simul. *Alius*, Et non poterant habitare simul. *Vulg. Et nequibant habitare communiter.*

17. *Hebr.* quia tibi dabo eam. *LXX.* quia tibi dabo eam ÷ & semini tuo in sæculum: *Vulg. quia tibi daturus sum eam.*

18. *H.* sedit.... *LXX. & Vulg.* habitavit. *Alius*, peregrinatus est.

H. in quercubus Mambre. *LXX.* juxta quercum Mambre. *Alius*, à visione. *Vulg. juxta convallem Mambre.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIII. Genesis.

v. 3. Hæc Hebraïci lectio βαρὺς σφόδρα, prodit ex Hieronymo Quæst. in Gen. *Pulcre*, inquit, *de Ægypto liberatus ascendisse dicitur. Sed occurrit huic sensui illud quod sequitur: quomodo potuerit exiens de Ægypto fuisse dives valde? Quod solvitur illa Hebraica veritate, in qua scribitur: Abram gravis vehementer, hoc est*, βαρὺς σφόδρα.

v. 5. O. βόες καὶ σκηναί. Sic Editio Romana ac etiam vetustissimi Codd. Biblici. Alii, βόες καὶ κτήνη. Dubium autem an veteris cujusdam Interpretis sit hæc postrema lectio. In utraque autem interpretatione omittitur צאן *ovis*, aut *pecus.*

v. 6. Ἄλλος, καὶ οὐκ ἠδύναντο κατοικεῖν ἅμα. Hanc lectionem præferunt Codices mss. non pauci, & Editio Complutensis. Estque illa veteris cujusdam Interpretis, atque in multis Codicibus in textum τῶν O. irrepsit;

v. 17. Ὅτι σοὶ δώσω αὐτὴν ÷ καὶ τῷ σπέρματί σου εἰς τὸν αἰῶνα. Hæc postrema verba obelo notantur, utpote quæ in Hebraïco non exstent, ut monet quædam Catena ms.

v. 18. Hanc lectionem veteris, ut videtur cujusdam Interpretis, ad marginem habent Schedæ Combefisianæ.

Ibid. ἀπὸ ὁράσεως *a visione*, hanc versionem veteris cujusdam Interpretis adferunt item Schedæ Combefisianæ ex ms. quodam Codice desumtam. His autem exprimitur ממרא, quasi מ sit præpositio & מרא ex ראה *vidit* efformetur.

CAPUT

CAPUT XIV. GENESIS.

מלך אלסר 1. Σ. Βασιλέως Πόντου. Ο. βασιλέως Ελλασάρ.

מלך עילם. Σ. βασιλέως Σκυθῶν. Ο. βασιλέως Ελάμ.

מלך גוים Σ. βασιλέως Παμφυλίας. Ο. βασιλέως ἐθνῶν.

חברו אל־עמק השדים 3. Α. συνέβαλον ἐν τῇ κοιλάδι τῶν περιπεδίνων. (Σ.) Θ. συνῆλθον ἐν τῇ κοιλάδι τῶν ἀλσῶν. Ο. συνεφώνησαν ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλυκήν.

רפאים 5. Α. ῥαφαεῖμ. Ο. τοὺς γίγαντας.

ואת־האימים Ο. καὶ τοὺς Ομμαίους. Αλλος, καὶ τοὺς Εμμαίους.

עד איל 6. Ο. ἕως τῆς τερεβίνθου. Αλλος, ἕως δρυός.

השדים 8. Α. τῶν περιπεδίνων. Σ. Θ. τῶν ἀλσῶν. Ο. τῇ ἁλυκῇ.

מלך גוים 9. Σ. Παμφυλίας. Ο. ἐθνῶν.

מלך אלסר Σ. βασιλέα Πόντου. Ο. βασιλέα Ελλασάρ.

הפליט 13. Σ. τῶν διαφυγόντων τις. Ο. τῶν ἀνασωθέντων τις.

העברי Ακ. τῷ περάτῃ. ἄλλ. Εβραίῳ. Σύμ. Εβραίῳ. Ο. τῷ περάτῃ.

ומלכי־צדק מלך שלם הוציא לחם ויין והוא כהן לאל עליון ויברכהו ויאמר ברוך אברם לאל עליון קנה שמים וארץ וברוך אל־עליון אשר מגן צריך בידך ויתן־לו מעשר מכל

18. ουμελχισεδεκ μελεχ σαλημ ωσι λεεμ ουαιιν, ουου χοεν λεελ ελιων: ουιβαρχηου ουιωμερ βαρουχ αβραμ λεελ ελιων κονε σαμαιμ ουααρες: ουβαρουχ ελ ελιων εσερ μαγεν σαραχ βιαδαχ ουαιθεν λο μαασηρ μεχολ.

הנפש 21. Α. τὴν ψυχήν. Σ. τὰς ψυχάς. Ο. τοὺς ἄνδρας.

מחוט 23. Α. ἀπὸ ῥάμματος. Σ. ἀπὸ νήματος. Ο. ἀπὸ σπαρτίου.

שרוך־נעל Ο. σφυρωτῆρος τοῦ ὑποδήματος. Αλλος, τοῦ ἱμάντος τοῦ ὑποδήματος.

1. Hebr. Rex Ellasar. *S.* Regis Ponti. *LXX.* Regis Ellasar. *Vulg. Rex Ponti.*

H. Regis Elam. *S.* Regis Scytharum. *LXX.* Regis Elam. *Vulg. Rex Elamitarum.*

Hebr. Rex gentium. *S.* Regis Pamphyliæ. *LXX.* Regis gentium. *Vulg. Rex gentium.*

3. *Heb.* convenerunt ad vallem Siddim. *A.* congressi sunt in valle campestrium. *S. Th.* convenerunt in valle amœnitatum. *LXX.* consenserunt ad vallem salsam. *Vulg. convenerunt in vallem Sylvestrem.*

5. *H. & A.* Raphaim. *LXX.* gigantes. *Vulg. Raphaim.*

Heb. & Æmim. *LXX.* & Ommæos. *Alius*, & Emmæos. *Vulg. & Emim.*

6. *Heb.* usque ad planitiem. *LXX.* usque ad terebinthum. *Alius*, usque ad quercum. *Vulg. usque ad campestria.*

8. *H.* Siddim. *A* campestrium. *S. Th* amœnitatum. *LXX.* salsa. *Vulg. Sylvestri.*

9. *Hebr.* Regem gentium. *S.* Pamphyliæ. *LXX.* gentium. *Vulg. gentium.*

Hebr. & LXX. Regem Ellasar. *S.* Regem Ponti. *Vulg. Regem Ponti.*

13. *H.* qui evaserat. *S.* unus ex iis qui aufugerant. *LXX.* eorum qui evaserant quidam. *Vulg. unus qui evaserat.*

Heb. Hebræo. *A.* transitori, *al.* Hebræo. *S.* Hebræo. *LXX.* transitori. *Vulg. Hebræo.*

18. *Heb.* Et Melchisedec Rex Salem protulit panem & vinum : erat autem Sacerdos Dei excelsi. Benedixitque illi, & ait, Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum & terram : & benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manu tua : & dedit ei decimas ex omnibus.

umelchisedec melec salem hosi lehem vaiain, uhu choen leel elion : vaibarcheu, vaiomer baruch abram leel elion cone samaim vaares : ubaruch el elion eser maggen sarach biadach vaithen lo maaser mechol.

21. *Heb. & A.* animam. *S. & Vulg.* animas, *LXX.* viros.

23. *H. & A.* a sutura. *S.* a filo. *LXX.* a funiculo. *Vulg. a filo subtegminis.*

H. & LXX. corrigiam calceamenti. *Alius*, lorum calceamenti. *Vulg. corrigiam calceamenti.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIV. Genesis.

V. 1. Symmachus Βασιλέως Πόντου. Procopium sequimur qui sic habet. *Symmachus interpretatus est* Ellasar *Pontum*; Elam *Scythas*; Gentium *Pamphyliam*. In Editione Romana & apud Drusium hæc confusa sunt; nam ad primum versum ponitur Α. Βασιλέως Πόντου. Σ. σκυθῶν. hæc autem respondent Hebraïcæ voci אלסר. *Ellasar*: & ad nonum Σ. σκυθῶν. Schol. Παμφυλίας; hæc vero respondent voci גוים. Gentium. Quis credat autem Symmachum duas distinctasque gentes, uno eodemque nomine appellasse eodem in Capite? Quare maluimus Procopii lectionem sequi. Puto igitur in primo versu Α. substitutum fuisse pro Σ. scilicet Aquila pro Symmacho,

uti sæpe solet. Hic vero non conjectura, sed Procopii auctoritate, veram lectionem restituimus: quod nemo sane improbaturus est.

v. 3. Hic sequimur Editionem Romanam, & Hieronymum qui ait Quæst. in Gen. *SEDDIN Aquila* τῶν πεδινῶν *Theodotio* τῶν ἀλσῶν, *amœna nemora significantes.* Martianæus noster hanc postremam lectionem Symmacho pariter & Theodotioni tribuit. Vide quæ supra notavimus ad versum 15. Cap. 2. Hic Drusii conjectura non prætermittenda.

ἀλσῶν, inquit, *Vetus Interpres*, in vallem Sylvestrem. *Τῶν πεδινῶν reddi potest, eorum qui campestria seu campos aut planitiem incolunt. Porro in editione Romana scriptum* πεδινῶν, *cum accentu in penultima, supra 2. 15.* בגן עדן. *Sym.* ἐν παραδείσῳ τῆς ἄλσης. *Vide quæ scripsimus ad illum locum. Libet ariolari: quid si* ἀλσῶν *i. saltus? Sane oi O.* τὴν φάραγγα τὴν ἀλυκήν. *Cogitemus amplius.* Hactenus Drusius.

v. 5. Sic Editio Romana atque Drusius. Hic autem רפאים Gentis cujusdam nomen esse putat Buxtorfus. Alibi pro *mortuis* usurpatur. De hujus vocis significatu mire disputatum est. Vide Robertsoni Thesaurum in voce רפאים.

Ibid. Ἄλλος, Ἐμμαίους. Sic mss. quidam: atque ita legit Edit. Complutensis.

v. 6. Ο'. ἕως τῆς τερεβίνθου. In hæc verba hoc vetus Scholion habent Schedæ Combefisianæ: ἕως τῆς τερεβίνθου. ἡ πόλις αὐτὴ τοῦ Ἰὼβ ἐπὶ τῆς Βατανίας [l. Βαταναίας]. οὕτω καλούμεναι δύο κῶμαι. ἀπέχουσι δὲ ἀλλήλων σημείοις Θ'. μεταξὺ Ἀδάρων καὶ Ἀμίδης πόλεως. i. *Usque ad Terebinthum. Hæc est urbs Jobi ad Bataneam. Sic vocantur duo pagi: qui alter ab altero distant novem signis i. milliaribus, inter Adara & Amidam urbem* Hoc Scholion videtur Origenis aut Eusebii Cæsariensis esse. Hinc Hesychius, τερέβινθος, πόλις Ἰώβ: *Terebinthus urbs Jobi.*

v. 9. Hunc versum perinde atque primum hujus Capitis ex Procopio restituimus. In Editione Romana & apud Drusium perperam legebatur גוים: *Sym.* σκυθῶν. *Schol.* παμφυλίας. שנבר *Schol.* πάντα. Mendum ibi subodoratur Drusius. Vide supra ad versum primum.

v. 13. Σ. τῶν διαφυγόντων τις, hanc lectionem ex Editione Romana mutuamur.

Ibid. Celebris locus à veteribus pariter & a recentioribus agitatus. In Catenis mss. hæc adferuntur loca circa vocem περάτης. Ex Origene: περάτης καλεῖται ὁ Ἀβραάμ, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς Χαλδαίων χώρας διαπεράσας τὴν Μεσοποταμίαν, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη τῶν Χαναναίων. ἑρμηνεύεται δὲ παρὰ Ἀκύλαν, Ἑβραῖος. i. *Transitor vocatur Abraham, quia ex Chaldæorum regione trajectâ Mesopotamiâ venit in partes Chananæorum. Interpretatur autem Aquila*, Hebræus. Ex Gennadio, περάτην αὐτὸν ἐπωνόμαζον διὰ τὸ περαιωθέντα τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, πρὸς αὐτοὺς οὕτως ἐλθεῖν. περάτης δὲ κατὰ τὴν τῶν Σύρων γλῶσσαν, Ἑβραῖος προσαγορεύεται. ὅθεν καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος ἅπαν συνὸν, τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἐδέξατο. i. *Transitorem ipsum vocabant, quia trajecta Mesopotamia ad ipsos transierat.* Περάτης *autem Syrorum lingua Hebræus dicitur. Unde totum genus ab eo originem ducens illam denominationem accepit.* Ex Acacio: Καὶ ἀπήγγειλε, φησὶν, Ἀβραμ τῷ περάτῃ. τὸ ἀπὸ τοῦ προπάτορος τοῦ Ἀβραμ, λέγω δὲ τοῦ Ἐβὲρ ἐθνικὸν ὄνομα ἑρμηνεύειν ἐτέθη. εἶτ' ἀντὶ τοῦ Ἀβραμ τῷ Ἑβραίῳ, Ἀβραμ τῷ περάτῃ. Ἑβραῖος γὰρ περάτης ἑρμηνεύεται. i. *Et nuntiavit, inquit, Abram transitori. Ibi gentile nomen ab Abrami abavo ductum, ab Heber scilicet, explicatur: nempe pro Abram Hebræo, Abram transitori. Nam Hebræus transitorem significat.* Ex Diodoro: τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου διηγησάμενος ὁ Μωϋσῆς, τουτέστι τὸν πόλεμον ὃν ἐπολέμησαν Πέρσαι πρὸς τοὺς βασιλεῖς τῶν Σοδομιτῶν καὶ Γομόρρων, τότε περάτην καλεῖ τὸν Ἀβραάμ, ὡσανεὶ πέραν οἰκοῦντα τοῦ Ἰορδάνου. ἐπάγει γὰρ, αὐτὸς δὲ κατῴκει πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, δεικνὺς διὰ τί περάτης ὠνομάσθη νῦν. i. *Res ultra Jordanem gestas enarrans Moyses: id est bellum Persarum contra Reges Sodomæ & Gomorrhæ, tunc* περάτην *vocat Abraham, utpote qui ultra Jordanem habitaret. Infert enim:* Ipse autem habitabat ad quercum Mambre: *declarans cur nunc* περάτης *appellatus sit.* Ex Theodoreto: Ἀλλὰ τινές φασιν ἀπὸ τοῦ Ἐβὲρ Ἑβραίαν κεκλῆσθαι τὴν γλῶσσαν. ἐκεῖνον γὰρ μόνον ἐν τῇ προτέρᾳ μεῖναι φωνῇ, ἐκεῖθεν Ἑβραίους ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀπὸ τῆς Χαλδαίων χώρας εἰς τὴν Παλαιστίνην ἐλθεῖν, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν διαβάντα. Ἑβρὰ γὰρ τῇ Σύρων φωνῇ ὁ περάτης ἑρμηνεύεται. i. *Verum quidam dicunt ab Heber Hebræam linguam denominari: ipsumque solum priscam linguam conservasse, ac inde Hebræos nuncupari, quod Patriarcha Abraham ex Chaldæorum regione in Palæstinam venerit; transgressus fluvium Euphraten. Nam Hebra Syrorum lingua transitorem significat.* Hic vides in varias abiisse sententias veteres Bibliorum Interpretes. Nec minor est inter recentiores ac nuperos opinionum varietas; aliis vocem עברי ab עבר *transiit* derivantibus, ac dicentibus Abraham Hebræum vocatum fuisse, quia trajecto Euphrate sedes mutavit; aliis autem ab Heber abavo Abrahami denominationem ducentibus. Ego huic postremæ sententiæ libentius accederem.

Editio Romana lectionem Aquilæ sic habet, περάτῃ. At Origenes supra dicit Aquilam habere Ἑβραῖος. Forte dicatur primam Aquilæ Editionem alio, secundam alio modo habuisse. Nam duæ fuerunt Aquilæ Editiones.

v. 18. Hunc versum ipsis verbis ex Hieronymo excerpsimus, cum lectione Latina Hebraïcarum vocum, ad cujus fidem Græca concinnavimus. Habetur porro in Epistola ad Evangelum Tom. 2. p. 572. Edit. Martianæi.

v. 21. & 23. Ex Editione Romana & ex Drusio mutuamur.

Sequens interpretatio ex Scholio quodam desumitur quod sic habet σφαιρωτῆρα al. σφαιρωτῆρα τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματός φησιν. i. *Corrigiam vocat lorum calceamenti.* Id autem ex aliquo veteri Interprete excerptum videtur.

CAPUT XV. GENESIS.

ובן־משק ביתי 2. Ax. υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου. Ο. ὁ δὲ υἱὸς Μασέκ. Θ. καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μου. Ἄλλος, ὁ δὲ συγγενὴς τοῦ οἴκου μου.

דמשק Εβ. Δαμασκηνός. Ο. Δαμασκός.

גוזל 9. Α· Ο. περιστεράν. Θ. νεοσσὸν περιστερῶν.

על־הפגרים 11. Ο. ἐπὶ τὰ σώματα ἐπὶ τὰ διχοτομήματα αὐτῶν. Ἄλλος, ἐπὶ τὰ σώματα τὰ διχοτομηθέντα.

2. HEb. filius procurator domus meæ. *A.* filius potantis domum meam. *LXX.* filius autem Masec. *Th.* & filius ejus qui est super domum meam. *Alius*, cognatus vero domus meæ. *Vul. & filius procuratoris domus meæ.*

H. Damesec. *Heb. Int.* Damascenus. *LXX. Vulg.* Damascus.

9. *Heb.* pipionem. *A. LXX. Vul.* columbam. *Th.* pullum columbarum.

11. *H. Vulg.* super cadavera. *LXX.* super corpora super divisiones eorum. *Alius*, super corpora divisa.

וישב אתם A. ἀπεσόβησεν αὐτούς. O. συνεκάθισεν αὐτοῖς.

H. exsufflavit eas. A. abegit eas. LXX. consedit illis. *Vulg. abigebat eas.*

והרדמה נפלה 12. A. καταφορὰ ἐπέπεσε. Σ. κάρος ἐπέπεσε. O. Θ. ἔκστασις ἐπέπεσε.

12. *Heb.* sopor cecidit. *A.* somnus cecidit. *S.* sopor gravis cecidit. *LXX. Th.* extasis cecidit. *Vulg. sopor irruit.*

תקבר בשיבה טובה 15. A. Σ. (ut videtur) ταφεὶς ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ. O. τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ.

H. sepelieris in canitie bona. *A. S.* sepultus in canitie bona. *LXX.* nutritus in senectute bona. *Vulg. sepultus in senectute bona.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XV. Genesis.

v. 2. Hujus versus lectiones sic efferunt tum Editio Romana, tum mss. Catenæ autem mss. & Schedæ Combefis. in hunc locum ita habent, καὶ υἱὸς πατρίζων τὸν οἶκόν μου, οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ. ὁ δὲ συγγενὴς τοῦ οἴκου μου οὗτος ὁ Δαμασκὸς Ἐλιέζερ. Postrema vero lectio, ὁ δὲ συγγενὴς &c. est forte Symmachi. Gelasius hoc modo legerat, οὕτω τινὲς ἡρμηνεύκασιν, υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου, οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ. i. *Sic quidam interpretati sunt: Filius Masec in domo mea nata, hic Damascus Eliezer.* Ubi Masec nomen mulieris esse dicitur, in domo Abrahæ natæ, & matris Eliezer. Ubi advertas Diodorum item perinde atque Gelasium eamdem ipsam interpretationem afferre in Catenis mss. Alterutra autem ex his interpretationibus videtur Symmachi esse. Sed postrema sincerior videtur. Hieronymus Quæst. in Genes. totum locum sic explicat: *Quod autem dicit hoc est, Ego sine liberis moriar, & filius procuratoris mei vel villici, qui universa dispensat & distribuit cibaria familiæ meæ, vocaturque Damascus Eliezer, hic meus hæres erit.*

Ibid. Diodorus in Catenis mss. ait דמשק Δαμασκηνὸν ex Hebræo verti. τὸ Δαμασκηνὸς λέγει τουτέστιν ὁ ἐκ Δαμασκοῦ.

v. 9. Versionem Aquilæ & Theodotionis affert Procopius p. 127.

v. 11. Ἄλλος, ἐπὶ τὰ σώματα τὰ διχοτομηθέντα. Sic quidam mss.

Ibid. A. ἀπεσόβησεν αὐτούς. Sic Editio Romana atque Drusius.

v. 12. In hunc locum Hieronymus Quæst. in Genes. *In Hebræo legitur θαρδημά, quam supra vertimus soporem.* Vide supra cap. 2. v. 21.

v. 15. Hoc Romanum Scholion, ταφεὶς ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ, vix dubitamus esse Aquilæ & Symmachi lectionem: Nam ita vertunt ambo infra 25. 8. LXX. τραφεὶς ἐν γήρᾳ ἀγαθῷ. Ubi suspicor mendum in voce τραφεὶς, legendumque existimo, ταφεὶς, ut & sensus & vox Hebraica postulant.

CAPUT XVI. GENESIS.

אבנה 2. O. τεκνοποιήσομαι. Ἄλλος, τεκνοποιήσῃς μοι.

2. HEb. filios habeam. LXX. filios faciam. *Alius*, filios facias mihi. *Vulg. suscipiam filios.*

שור 7. O. Σούρ. Ἄλλοι, τεῖχος ἢ εὐθυσμός.

7. *Heb. LXX. Vulg.* sur. *Alii*, murus vel directio.

ישמעאל 11. Σ. Θ. Ἰσμαὴλ εἰς ἀκοὴν Θεοῦ. O. Ἰσμαήλ.

11. *Hebr.* Ismaël. *S. Th.* Ismaël in auditum Dei. *LXX. & Vulg.* Ismaël.

פרא אדם 12. A. ἄγριος. Σ. κεχωρισμένος ἀνθρώπων. O. ἄγροικος ἄνθρωπος Θ. ἔρημος ἄνθρωπος.

12. *Heb. & Vulg.* ferus homo. *A.* agrestis. *S.* segregatus ab hominibus. *LXX.* rusticus homo. *Th.* desertus homo.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVI. Genesis.

v. 2. Τεκνοποιήσῃς μοι. Sic Catenæ mss. & Schedæ Combefis. Est vero cujusdam Interpretis versio.

7. Sic Scholion Editionis Romanæ, τεῖχος ἢ εὐθυσμός. Vocem eamdem שור τεῖχος vertunt Aquila & Symmachus infra c. 49. v. 6.

11. Undecimi & duodecimi versus lectiones ex Catenis mss. & ex Schedis Combefis. mutuamur, ubi sic habetur: σημείωσαι ὅτι ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων τὸν Ἰσμαὴλ ἡρμήνευσαν, ἔρημος ἄνθρωπος Ἰσμαὴλ εἰς ἀκοὴν Θεοῦ; i. *Nota Symmachum & Theodotionem Ismaël interpretatos esse*, Desertus homo Ismaël in auditum Dei. Quis credat autem talem interpretationem dedisse Symmachum pariter & Theodotionem? Et tamen sic manuscripti tres habent. Verum prima interpretatio nempe, ἔρημος ἄνθρωπος, pertinet ad sequentem versum, respicitque hæc verba פרא אדם, videturque esse Theodotionis.

v. 12. A. ἄγριος &c. Lectiones Aquilæ & Symmachi habent memorati Codices.

CAPUT XVII. GENESIS.

תמים 1. O. ἄμεμπτος. Ἄλλοι, τέλειος.

1. HEb. *Alii*, *Vulg.* perfectus. *LXX.* inculpatus.

בריתי 2. O. τὴν διαθήκην μου. Ἄλλοι, τὴν συνθήκην μου.

2. *Hebr. Alii*, *Vulg.* fœdus meum. *LXX.* testamentum meum.

Digitized by Google

ונתתי לך 8. Σ. καὶ δίδωμί σοι. O. καὶ δώσω σοι.

זכר אשר לא־ימול את־בשר ערלתו ונכרתה

14. ὁ Ἑβρ. πᾶς ὁ μὴ περιτεμνόμενος, ἐξολοθρευθήσεται. ὁ Σύρος, πᾶς ὃς οὐ περιτέμνει, ἐξολοθρευθήσεται. O. καὶ ἀπερίτμητος ἄρσην, ὃς οὐ περιτμηθήσεται, ἐξολοθρευθήσεται.

8. *H.* & dabo tibi. *S.* & do tibi. *LXX.* & dabo tibi. *Vulg. daboque tibi.*

14. *H.* masculus cum non circumciditur caro præputii ejus, excidetur. *Heb. Int.* quisquis non circumcidetur, interibit. *Syrus*, omnis qui non circumcidit, interibit. *LXX.* & incircumcisus masculus, qui non circumcidetur, interibit. *Vulg masculus, cum præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVII. Genesis.

v. 1. Ἄλλοι, τέλειος. Sic mss.

v. 2. Ἄλλοι, συνθήκην. Sic mss. quidam. Notat vero Hieronymus, ubicumque in Græco, *testamentum*, legitur, ibi in Hebræo sermone esse *fœdus*, sive *pactum*, quod Græci Interpretes hic & alibi sæpe, *συνθήκην*, exprimunt.

v. 8. Hæc Symmachi lectio ex Drusio & ex Edit. Romana desumitur.

v. 14. Hanc Hebræi & Syri versionem veterem adferunt Catenæ Regiæ mss. ex Diodoro.

CAPUT XVIII. GENESIS.

שלש סאים 6. A. Σ. τρία σάτα. O. τρία μέτρα.

ותצחק שרה בקרבה לאמר אחרי בלתי היתה־לי עדנה 12. A. ἐγέλασε κατ' αὐτῆς (λέγουσα) μετὰ τὸ κατατετρῖφθαί με, ἐγένετό μοι τρυφερία. Σ. μετὰ τὸ παλαιωθῆναί με ἐγένετό μοι ἀκμή. O. ἐγέλασε δὲ Σάῤῥα ἐν ἑαυτῇ, λέγουσα, οὔπω μέν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν.

עצום 18. A. ὀστεϊνόν. Σ. ἰσχυρόν. O. πολύ.

כבדה 20. A. Σύμ. ἐβαρύνθησαν. O. μεγάλαι σφόδρα.

עשו כלה 21. Σ. ἐπετέλεσαν τὸ ἔργον. O. συντελοῦνται.

חללה לך מעשת 25. Σ. οὐχὶ σόν. O. μηδαμῶς σὺ ποιήσῃς.

אם־אמצא בסדם חמשים צדיקם 26. O. ἐὰν ὦσιν ἐν Σοδόμοις πεντήκοντα. Ἄλλος, ἐὰν εὕρω ἐν Σοδόμοις πεντήκοντα δικαίους.

אל־נא יחר לאדני 30. A. Μὴ δὴ ὀργίλον τῷ κυρίῳ. O. μήτι κύριε.

6. Hebr. *A. S. & Vulg.* tria sata. *LXX.* tres mensuras.

12. *Hebr.* & risit Sara intra sese dicendo, Postquam senui erit mihi voluptas. *A.* risit apud se dicens, Postquam contrita sum, fuerunt mihi deliciæ. *S.* Postquam vetustate consenui, facta est mihi adolescentia. *LXX.* Risit autem Sara in semetipsa, dicens: Nondum mihi factum est usque nunc. *Vulg. Quæ risit occulte, dicens, Postquam consenui . . . voluptati operam dabo.*

18. *Heb.* fortem. *A.* osseam. *S.* fortem. *LXX.* multam. *Vulg. robustissimam.*

20. *Heb. A. S.* gravia fuerunt. *LXX.* magna valde. *Vulg. aggravatum est.*

21. *Heb.* fecerint consummationem. *S.* perfecerunt opus. *LXX.* consummantur. *Vulg. opere compleverint.*

25. *Heb.* absit tibi a faciendo. *S.* non tuum. *LXX.* Nequaquam tu facies. *Vulg. non est hoc tuum.*

26. *Heb.* Si invenero in Sodom quinquaginta justos. *LXX.* Si fuerint in Sodomis quinquaginta justi. *Alius*, Si invenero in Sodomis quinquaginta justos. *Vulg. Si invenero Sodomis quinquaginta justos.*

30. *Heb.* Ne nunc ira sit Deo meo. *A.* Ne, quæso, iracundia sit Domino. *LXX.* Numquid Domine? *Vulg. Ne, quæso, inquit, indigneris, Domine.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVIII. Genesis.

v. 6. ex Drusio & ex Edit. Romana. Eamdem vocem סאים. σάτα similiter vertit Aquila 1. Reg. 25. 18.

v. 12. In hunc locum hujusmodi Scholion habetur in Codice Reg. 1888. A. μετὰ τὸ κατατετρῖφθαί με ἐγένετό μοι τρυφερία. Σύμμ. μετὰ τὸ παλαιωθῆναί με ἐγένετό μοι ἀκμή. τουτέστι τὸ ἑξῆς ἐν καιρῷ τῆς ὀπώρας, ὅτι Σάῤῥα κατεκρίθη ὡς ἐπεγγελάσασα τῷ ῥήματι· ὁ δὲ Ἀβραὰμ εὐκτικῶς αὐτῷ εἶπεν· εἰ τῷ ἑκατονταέτῃ γενήσεται υἱός· τουτέστι, ναὶ κύριε, γένοιτό μοι υἱὸς ἐν γήρᾳ. i. *Aq. Postquam contrita sum, fuerunt mihi deliciæ. Sym. Postquam vetustate consenui, facta est mihi adolescentia; hoc est, deinceps tempore autumni; quia Sara reprehensa fuit, quod ad verbum Domini risisset. Abraham autem precantis more ipsi dixit: Num centenario filius nascetur? id est, etiam, Domine, fiat mi filius in senectute.*

In hunc locum Hieronymus in Quæst. in Gen. *Risit autem*

autem Sara in semetipsa, dicens, Necdum mihi factum est usque nunc, & Dominus meus senex est. Aliter multo legitur in Hebræo: Et risit Sara in semetipsa, dicens: Postquam attrita sum, & facta est mihi voluptas. Simul nota quod ubi nos posuimus voluptatem, EDEN scriptum est in Hebræo. Symmachus hunc locum ita transtulit: Postquam vetustate consenui facta est mihi adolescentia.

v. 18. A. ὀξεινόν. Σ. ἰσχυρόν. Sic in Editione Romana. Ubi notes, vocem עצום, ὀξεινὸν verti frequenter: quidam vero mss. & quidem optimæ notæ, nonnumquam habent ὀξεινόν. Qua de re vide ad initium Exodi.

v. 20. A. Σ. ἐκαραδόκησεν. Ita in notis Edit. Romanæ.

v. 21. Σ. ἐπιτέλεσε τὸ ἔργον. Ibidem.

v. 25. Σ. ἀχὶ σύν. Ibid.

v. 26. Ἄλλος, ἐὰν εὕρω &c. Hanc versionem, tacito Interpretis nomine, adferunt quidam mss. suspicor esse Symmachi. Eam vero sequitur Vulgata.

v. 31. A. μὴ δὴ ὀργίλον τῷ κυρίῳ. Hæc versio quasi Scholion adfertur in Edit. Romana. Sed est Aquilæ, ut in uno Codice notatur, & comprobatur ex simili versione supra. Cap. 4. v. 6.

CAPUT XIX. GENESIS.

יביאו 10. O. Εἰσεσπάσαντο. Ἄλλος, ἐπίασαν.

ויתמהמה 16. A. ἐμέλλησεν. O. ἐταράχθησαν. Ἄλλος, ἐστρατεύσατο.

להחיות 19. O. τοῦ ζῆν τὴν ψυχήν μου. Ἄλλος, τοῦ ζωῶσαι.

נשאתי פניך 21. A. ἦρα τὸ πρόσωπόν σου. Σ. ὁρῶ σε ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου. O. ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον.

צערה 23. Σύρος, Ζααρί. O. Σηγώρ.

קיטר 28. Ἑβραῖος, ἀναπνεύματος. O. ἀτμίς.

כדרך כל־הארץ 31. A. (καθ' ὁδὸν πάσης τῆς γῆς.) O. ὡς καθήκει πάσῃ τῇ γῇ.

10. Heb. introduxerunt. *LXX.* attraxerunt. *Alius*, comprehenderunt. *Vulg. introduxerunt.*

16. *H.* tardabat. *A.* moram traxit. *LXX.* turbati sunt. *Alius*, repugnabat. *Vulg. dissimulante illo.*

19. *H.* ad vivificandum. *LXX.* ut vivat anima mea. *Alius*, ad vivificandum. *Vulg. ut salvares animam meam.*

21. *Heb.* suscepi faciem tuam. *A.* sustuli faciem tuam. *S.* visu reveritus sum faciem tuam. *LXX.* admiratus sum faciem tuam. *Vulg. suscepi preces tuas.*

23. *Heb.* Sohar. *Syrus*, Zaari. *LXX.* & *Vulg.* Segor.

28. *Heb.* fumus. *Heb. Int. LXX.* vapor. *Vulg. fumus.*

31. *Heb.* & *A.* secundum viam universæ terræ. *LXX.* sicut convenit omni terræ. *Vulg. juxta morem universæ terræ.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIX. Genesis.

v. 10. ἐπίασαν, *comprehenderunt*, ita legit Justinus. Et ita videtur primitus fuisse apud LXX. Nam vox εἰσεσπάσαντο, vel similis a verbo εἰσπάω, nusquam alias legitur apud LXX. Interpretes: etsi vox Hebraïca הביא frequentissime occurrat in Bibliis. Quare, crediderim τὸ εἰσεσπάσαντο esse alterius Interpretis lectionem, quæ in LXX. versionem irrepserit, ut & innumeræ aliæ.

v. 16. Sic Drusius ex Editione Romana. Porro τὸ ἐστρατεύσατο, *pugnabat*, cum Hebraica voce התמהמה quæ significat, *moras traxit aut tardavit*, vix quadrare posse putaremus, nisi eadem interpretatione uterentur LXX. Interpretes Libr. Judicum 19. 8.

v. 19. Sic Editio Romana.

v. 21. Lectionem Aquilæ habet Editio Romana; Symmachi attulit Hieronymus his verbis: *Et dixit ei: Ecce admiratus sum faciem tuam. In Hebræo habet: Ecce suscepi faciem tuam; id est, acquiesco precibus tuis, quod Symmachus secundum sensum interpretans, ait.* ὁρῶ σε ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου. Suspicatur Drusius hîc ὁρῶ σε mendose positum esse pro ὅρα σοι id est ἰδού, *Ecce*, quod respondet voci Hebraïcæ הנה. Sed si error est, sane vetustissimus sit oportet, quandoquidem Catenæ fere omnes ita habent ut Hieronymus.

v. 23. Hæc desumta sunt ex insigni Diodori loco, quem hic totum exscribam ex Catenis Regiis mss. τὴν Σηγὼρ ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς δι' ἀγγέλου μὴ καταστρέψαι διὰ τὸν Λώτ. ταύτην δὲ ἀλλαχοῦ ἡ γραφὴ Ζόγορα καλεῖ. Ὁ δὲ Σύρος Ζααρὶ καὶ Βαλά· τουτέστι καταπιοῦσα. διὸ φασί τινες ὅτι οἱ ἐν Σηγὼρ οὐ κατεστράφησαν, ἀλλὰ κατεπόθησαν. ἔδει γὰρ τὴν πόλιν σωθῆναι διὰ τὸν Λώτ, ἐκείνους δὲ ἀναιρεθῆναι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Λὼτ ἀπὸ ταύτης εἶχε τὰς τροφὰς ἐν τῷ ὄρει. καὶ ὁ Ἑβραῖος οὕτω πως λέγει, ἕως τῆς καταπιούσης, περὶ τῆς Σηγώρ. τούτῳ συναγωνίζεται τὸ τολμῆσαι τοιοῦτο τὰς θυγατέρας τοῦ Λώτ, ὡς μηδενὸς μηδὲ ἐν Σηγὼρ περιλειφθέντος. οὐ γὰρ ἂν τὰ ἐκεῖσε ἔφυγεν ὁ Λώτ. i. *Segor urbem in Loti gratiam se non subversurum, per Angelum pollicitus est Deus. Hanc autem Zogoram vocat alibi Scriptura: Syrus vero, Zaari & Bala; id est, absorbens. Ideo dicunt nonnulli, Segoritas non quidem subversos, sed absorptos fuisse. Par erat enim ut in Loti gratiam urbs ipsa staret: illi vero de medio tollerentur. Quamobrem Lot in monte degens, cibum ex ipsa mutuatus est. Hebræus vero sic fere habet: Usque ad absorbentem, de Segore loquens. Cui rei fidem facit ausus ille filiarum Lot, quasi nullus ne quidem in urbe Segor tunc superstes esset. Neque enim Lot ignorare potuit ea quæ ibi gerebantur.* Sic in quibusdam Catenis & in Schedis Combefis. Adsunt pene similia, sed sinceriora ut videtur in Catena Regia num. 1888. nomine Eusebii Emiseni, nimirum: ταῦτα ἀκούσας, ὅτι διὰ σὲ οὐ καταστραφήσεται. διό φασί τινες, ὅτι οὐ κατεστράφησαν οἱ εἰς Σηγώρ, ἀλλὰ κατεπόθησαν. διὸ καὶ Βαλὰ ἐκλήθη, ὃ ἑρμηνεύεται καταπιοῦσα. ἀλλαχοῦ δὲ ἡ γραφὴ Ζόγορα καλεῖ. ὁ δὲ Σύρος Ζααρὶ καὶ Βαλά. καὶ τούτῳ συναγωνίζεται τὸ τολμῆσαι τοιοῦτο τὰς θυγατέρας τοῦ Λώτ, ὡς μηδενὸς μηδὲ ἐν Σηγὼρ περιλειφθέντος. οὐ γὰρ ἂν τὰ ἐκεῖσε ἔφυγεν ὁ Λώτ. i. *Hæc cum audisses: Propter te non subvertetur. Ideo dicunt nonnulli, Segoritas non quidem subversos, sed absorptos fuisse, ac propterea urbem vocatam fuisse Balam, id est, absorptam. Eam vero alibi Zogoram vocat Scriptura. Syrus autem, Zaari & Bala. Cui rei fidem facit ausus ille filiarum Lot, quasi nullus, ne quidem in urbe Segor, tunc superstes esset: neque enim Lot ignorare*

potuit ea, qua ibi gerebantur.

v. 28. Ἀναπνεύματος. Sic Hieronymus: Et ecce ascendebat flamma de terra quasi vapor fornacis: *pro quo legimus in Hebræo: Ecce ascendebat flamma de terra KITOR quasi* ἀναπνεύματος *fornacis: quod nos vaporem vel fumum seu favillam possumus dicere.*

v. 31. Hanc Aquilæ lectionem ex Procopio mutuamur.

CAPUT XX. GENESIS.

ויאמר אברהם אל־שרה אשתו אחתי 2. A. (καὶ εἶπεν Ἀβραὰμ πρὸς Σάραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἀδελφή μου.) O. εἶπε δὲ Ἀβραὰμ περὶ Σάῤῥας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι ἀδελφή μου ἐστίν.

גוי־צדיק תהרג 4. O. ἔθνος ÷ ἀγνοοῦν : καὶ δίκαιον ἀπολεῖς.

מה ראית כי עשית את־הדבר הזה 10. τί εἶδες, ὅτι ἐποίησας σὺ τὸ ῥῆμα τοῦτο; Σ. τί ἰδὼν ἐποίησας τὸ πρᾶγμα τοῦτο; O. τί ἐνιδὼν ἐποίησας τοῦτο; Θ. τί ἑώρακας, ὅτι ἐποίησας τὸν λόγον τοῦτον;

אשר אתך 16. A. O. τοῖς μετὰ σοῦ.

2. HEb. Et dixit Abraham ad Saram uxorem suam, Soror mea. *Aquila*, Et dixit Abraham ad Saram uxorem suam, Soror mea. *LXX.* Et dixit Abraham de Sara uxore sua, Quia soror mea est. *Vulg. Dixitque de Sara uxore sua: Soror mea est.*

4. *Hebr.* etiam justum occides? *LXX.* gentem ÷ ignorantem : & justam perdes? *Vulg. gentem ignorantem & justam interficies?*

10. *Heb.* Quid vidisti, quia fecisti verbum hoc? *Aq.* quid vidisti, quia fecisti tu verbum hoc? *S.* quid videns, fecisti rem hanc? *LXX.* Quid videns fecisti hoc? *Th.* quid vidisti, quia fecisti sermonem istum? *Vulg. Quid vidisti, ut hoc faceres?*

16. *Heb.* qui tecum sunt. *A. LXX.* quæ tecum sunt. *Vulg. qui tecum sunt.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XX. Genesis.

v. 2. Lectio Aquilæ ex Procopio desumitur p. 141. Vulgatæ, quæ habet, *Dixitque de Sara uxore sua, Soror mea est*, favent LXX. Interpretes, & series ut liquet. Cæterum אל־שרה, bene vertitur, *super Sara*, aut, *de Sara.*

v. 4. Vocem ἀγνοοῦν obelo notari docet Origenes his verbis: οὐκ ἀγνοητέον δὲ ὅτι ὠβέλισται, τὸ ἀγνοοῦν, ὡς παρ' Ἑβραίοις μὴ κείμενον. i. *Non ignorandum est, hanc vocem,* ignorantem, *obelo notatam fuisse, utpote qua apud Hebræos non exstaret.*

v. 10. Has trium Interpretum lectiones ex Drusio mutuamur.

v. 16. Lectionem Aquilæ eamdem quam præferunt LXX. Interpretes, ex Codice Regio 1888. excerpsimus. τοῖς μετὰ σοῦ, *quæ tecum sunt.* Vulgata vero, *qui tecum sunt.* Hebraïca verba utrique explicationi possunt aptari, neque enim masculinum magis quam femininum exprimunt.

CAPUT XXI. GENESIS.

החזיקי את־ידך בו 18. O. κράτησον τῇ χειρί σου αὐτό. Ἄλλος, κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

אשל 33. A. Σ. δένδρων φυτείαν. O. ἄρουραν.

18. HEb. & corrobora manum tuam in eo. *LXX.* tene illum manu tua. *Alius*, tene manum illius. *Vulg. & tene manum illius.*

33 *H.* arborem. *A. S.* arborum plantationem. *LXX.* agrum. *Vulg. nemus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXI. Genesis.

v. 18. Sic Editio Romana. Sunt qui putent LXX. Interpretes germanum sensum expressisse: *Tene illum manu tua*, quibus consentit Vulgata & alius Interpres, qui vertunt, *Tene manum illius.*

v. 33. Sic Drusius & Editio Rom. eamdem vero ipsam vocem אשל. habemus infra 1. Reg. 31. 13. cum omnium Interpretum versione. Nimirum Ακ. δενδρῶνα, *arboretum.* Σ. φυτὸν, *arborem.* O. ἄρουραν, *agrum.* Θ. τὰς δρῦς, *quercus.*

CAPUT XXII. GENESIS.

נסה 1. Σ. ἐδόξασεν. O. ἐπείρασε.

את־יחידך 2. A. τὸν μονογενῆ. Σ. τὸν μόνον σου. O. τὸν ἀγαπητόν.

אל־ארץ המריה A. εἰς τὴν γῆν τὴν καταφανῆ.

1. HEbr. tentavit. *S.* glorificavit. *LXX. & Vulg. tentavit.*

2. *Heb.* unicum. *A.* unigenitum. *S.* unicum tuum. *LXX.* dilectum. *Vulg. unigenitum tuum.*

Heb. in terram Moria. *A.* in terram conspi-

Σ. γῆν τῆς ὀπτασίας. Ο. εἰς τὴν γῆν ὑψηλήν.

איל נאחז 13. ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος, κριὸς κρεμάμενος. Ο. κριὸς κατεχόμενος.

בסבך בקרניו Α. ἐν συχνῷ, al. συχνεῶνι. Σ. ἐν δικτύῳ. Ο. ἐν φυτῷ Σαβὲκ τῶν κεράτων. Θ. ἐν φυτῷ Σαβὲκ τῶν κεράτων αὐτοῦ.

cuam. *S.* terram visionis. *LXX.* in terram excelsam. *Vulg. in terram visionis.*

13. *Heb.* aries detentus. *Syrus & Hebræus*, aries suspensus. *LXX.* aries detentus. *Vulg. arietem inter vepres.*

Heb. in perplexo cornibus suis. *A.* in condenso. *S.* in rete. *LXX. & Th.* in virgulto Sabec cornibus suis. *Vulg. inter vepres hærentem cornibus suis.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXII. Genesis.

v. 1. Σ. ἐδόξασεν. Forte mendum pro ἐδοκίμασεν, *exercuit, probavit*, vel *tentavit*: nam sic & series & vox נסה postulat. Jud. 3. v. 1. לנסות vertit Symmachus, *δοκιμάσαι, ad exercendum.*

v. 2. Sic Editio Romana. Vocem יחיד sic explicant Interpretes Psalm. 24. 16. Α. μοναχός. Σ. μόνος. Ο. μονογενής. Aquila, *Solitarius.* Sym. *unicus.* LXX. *unigenitus.* Et Proverb. 4. 3. Α. Σ. Θ. μονογενής. Ο. ἀγαπώμενος. Sic in eadem voce variant hic ut & alibi.

Ibid. Hieronymus in illud, *Vade in terram excelsam. Difficile est*, inquit, *idioma linguæ Hebreæ in Latinum sermonem vertere. Ubi nunc dicitur, Vade in terram excelsam, in Hebræo habet*, MORIA, *quod Aquila transtulit*, τὴν καταφανῆ, *hoc est, lucidam. Symmachus*, τῆς ὀπτασίας, *hoc est, Visionis. Aiunt ergo Hebræi hunc montem esse, in quo postea templum conditum est in area Ornæ Jebusæi.* Eucherius autem sic: *In primo Regum ubi Græci, terra visionis: Hebræus habet, terra Moria.*

v. 13. Sic omnes mss. & Combefisius ex Eusebio Emiseno cujus hæc sunt verba, τὸ κατεχόμενος τῶν κεράτων, ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος κρεμάμενος φασίν. i. *Illud, cornibus detentus, Syrus & Hebræus, suspensus, dicunt.*

Ibid. In hunc locum Hieronymus Quæst. in Gen. Et elevans Abraam oculos suos: & ecce aries post tergum ejus tenebatur in virgulto Sabech cornibus suis. *Ridiculam rem in hoc loco Eusebius Emisenus est loquutus: Sabech, inquiens, dicitur hircus, qui rectis cornibus & ad carpendas arboris frondes sublimis attollitur. Rursus Aquila συχνεῶνα interpretatus est: quem nos veprem possumus dicere, vel spinetum, & ut verbi vim interpretemur, condensa & inter se implexa virgulta. Unde & Symmachus in eamdem ductus opinionem: Et apparuit, ait, aries post hoc retentus cornibus suis. Verum quibusdam, in hoc duntaxat loco, melius videntur interpretati esse LXX. & Theodotio, qui ipsum nomen Sabech posuere dicentes: In virgulto Sabech cornibus suis. Etenim συχνεὼν, sive rete, quod Aquila posuit & Symmachus, per SIN literam scribitur: hic vero SAMECH litera posita est: ex quo manifestum est, non interpretationem stirpium condensarum, & in modum retis inter se virgulta contexta verbum Sabech, sed nomen sonare virgulti, quod ita Hebraicè dicitur. Ego vero diligenter inquirens, συχνεῶνα per SAMECH literam scribi crebro reperi.* In Edito Hieronymi Plantiniano legitur ἐν συχνεῷ. Mss. quam plurimi Græci ἐν συχνῷ habent. In hanc vocem hæc Diodorus in Catenis omnibus. τὸ ἐν φυτῷ οὐκ ἔχει ὁ Σύρος· μόνον δὲ τὸ Σαβέκ. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα τοῦ φυτοῦ εἶναι νομίζω. τοῖς δὲ Ἑβραίοις δοκεῖ τὸ Σαβὲκ ἄφεσιν σημαίνειν. i. *Syrus non habet, In virgulto; sed tantum, Sabec. Hoc autem nomen esse virgulti existimo. Hebræi putant Sabec significare remissionem.* hoc postremum τοῦ Sabec apud Hebræos significatum, memorant alii Interpretes in Catenis.

CAPUT XXIII. GENESIS.

ויבכבני 13. Ο. παρ' ἐμοῦ. Ἄλλος παρ' ἐμοί.

שקל 15. Ο. διδράχμων. Ἄλλ. στατήρων.

13. Heb. *LXX.* a me. *Alius*, apud me. *Vulg. vacat.*

15. *Hebr.* siclorum. *LXX.* didrachmorum. *Al.* staterum. *Vulg. siclis.*

Notæ & variæ Lectiones ad cap. XXIII. Genesis.

v. 13. Sic mss. utrum autem παρ' ἐμοὶ sit varia lectio, an alicujus Interpretis versio, incertum.

v. 15. Nota in omnibus ferme codicibus talis habetur, στατήρ ἐστιν, ὡς φησὶν Ὠριγένης, τὸ ἥμισυ τῆς οὐγγίας, ἔχει δὲ δραχμὰς δύο. i. *Stater est, ut ait Origenes, dimidium unciæ, habet autem drachmas duas.* Id autem forte dixerit Origenes respiciens ad Aquilam vel Symmachum, qui 1. R. 13. שקל vertunt, στατῆρα & hoc item loco ita fortasse posuerint.

CAPUT XXIV. GENESIS.

שים־נא ידך תחת ירכי 2. Ο. θὲς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸν μηρόν μου. Φασὶ τὸν Σύρον καὶ τὸν Ἑβραῖον μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλ' εἰς τὸ παιδογόνον ὄργανον, Ἑβραῖος ἐπὶ τὴν ὀσφύν.

ויברך 11. Ο. ἐκοίμισε. Ἄλλος, ἐγονάτισε.

2. Heb. pone, quæso, manum tuam sub femore meo. *LXX.* pone manum tuam super femur meum. *Quidam dicunt Syrum & Hebræum non ita habere; sed in ipsum prolificum instrumentum. Hebræus*, super lumbos. *Vulg. pone manum tuam super femur meum.*

11. *Heb.* & flectere genu fecit. *LXX.* & accumbere fecit. *Alius*, & in genu procumbere fecit. *Vulg. cumque camelos fecisset accumbere.*

הכחרת 14. Ο. ἡτοίμασας. Αλλος, ἀπέδειξας.

לדבר 15. Ο. λαλοῦντα ÷ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ:

בקע 22. Ο. Δραχμήν. Αλλος διδραχμήν.

העלמה 43. Α. ἀπόκρυφος. Ο. παρθένος.

לא נוכל דבר אליך רע או־טוב 50. ὁ Σύρος, οὐ δυνησόμεθα εἰπεῖν τὸ ἢ καλὸν ἢ κακόν. Ο. οὐ δυνησόμεθά σοι ἀντειπεῖν κακὸν ἢ καλόν.

ואת־מנקתה 59. Α: καὶ τὴν τιθηνὸν αὐτῆς. Σ. καὶ τὴν τροφὸν αὐτῆς. Ο. καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς.

נערתיה 61. Α. παιδίσκαι. Σ. κοράσια. Ο. ἅβραι.

לשוח בשדה 63. Α. ὁμιλῆσαι ἐν χώρᾳ. Σ. λαλῆσαι ἐν τῷ ἀγρῷ. Ο. ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον.

ויבאה יצחק האהלה שרה אמו 67. Α. εἰσήγαγεν αὐτὴν εἰς τὴν σκηνὴν Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ο. εἰσῆλθε δὲ Ισαὰκ εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρὸς αὐτοῦ.

ינחם Ο. παρεκλήθη. Αλλος παρηγορήθη.

14. *Heb.* arguisti. *LXX.* parasti. *Alius*, ostendisti. *Vulg. praparasti.*

15. *Heb.* loqui *LXX.* loquentem ÷ in mente sua: *Vulg. necdum intra se verba compleverat.*

22. *H.* dimidium sicli. *LXX.* drachmam. *Alius*, didrachmam. *Vulg. siclos duos.*

43. *H.* puella. *A.* abscondita. *LXX. & Vulg.* virgo.

50. *Hebr* non poterimus dicere ad te aut bonum aut malum. *Syrus*, non poterimus dicere aut bonum aut malum. *LXX.* non poterimus tibi contradicere malum vel bonum. *Vulg. non possumus extra placitum ejus quidquam aliud loqui tibi.*

59. *Heb. A. S. Vulg.* & nutricem ejus. *LXX.* & substantiam ejus.

61. *Heb. A. S. Vulg.* puellæ illius. *LXX.* ancillæ.

63. *Hebr. & Vulg.* ad meditandum in agro. *A.* ad confabulandum in regione. *S.* ad loquendum in agro. *LXX.* ad exercendum se in agro.

67. *H.* & introduxit eam Isaac in tabernaculum Saræ matris suæ. *A.* Et induxit eam in tabernaculum Sarræ matris suæ. *LXX.* Ingressus est autem Isaac in domum matris suæ. *Vulg. qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ.*

H. & LXX. consolatus est se. *Alius*, consolationem accepit. *Vulg. in tantum ut a dolore temperaret.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXIV. Genesis.

v. 1. ירך quando de membro animalis intelligitur, μηρὸς sive femur significat. Alius vertit ὀσφύν, lumbos. Aliam autem versionem adfert Diodorus in Catenis, his verbis: τινές φασι τὸν Σύρον καὶ τὸν Ἑβραῖον μὴ οὕτως ἔχειν τὸ, θὲς τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου. ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ παιδογόνον ὄργανον. ἐπειδὴ ἡ τῆς διαδοχῆς ἡ εὐλογία τὸ αὐξάνεσθαι ἦν καὶ πληθύνεσθαι. i. *Quidam dicunt Syrum & Hebræum non ita habere; nempe, Pone manum tuam super femur meum; sed super ipsum prolificum instrumentum: quoniam successionis benedictio, ad crescendum & multiplicandum spectabat.* Chrysostomus Hom. 44. ὑπὸ τὸν μηρόν σου ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδι φασὶν, ὑπὸ τὴν ὀσφύν.

v. 11. Ἐγονάτισε: sic habent Drusius, Editio Romana & Catenæ omnes mss. Cujus autem sit hujusmodi interpretatio non liquet, cum ad verbum ברך *genuflexit*, γονατίζειν alibi non reperiamus.

v. 14. Ἀπέδειξας: sic nescio quis alius, & quidem recte; scilicet, *quam ostendisti servo tuo Isaac.* Verbum יכח hoc sensu occurrit alibi.

V. 15. In codice quodam Colbert. hæc verba obelo notantur, quia diserte non sunt in Hebræo: licet subaudiri possint, ita ut servus ille Abrahæ hæc non ore loquutus sit, sed mente tantum; ut intellexisse videntur tum LXX. tum Vulgatus interpres.

v. 22. Διδραχμήν. Sic Catena Regia. At. בקע vulgo intelligitur dimidium sicli. Infra Exod. 38. legitur Δίδραχμον: atque ita legit hic Hieronymus, qui sic habet Quæst. in Genes. Et tulit vir inaurem auream, didrachmum pondus ejus. *BACE, quod in hoc loco pro didrachmo scribitur, semuncia est: SECEL vero, qui Latino sermone siclus corrupte appellatur, uncia pondus habet.*

v. 43. Hæc ex Hieronymo in Isaïam, qui sic habet. *Et in Genesi legimus, ubi Rebecca dicitur* ALMA, *Aquilam non adolescentulam nec puellam, sed* ABSCONDITAM *transtulisse* Quæst. autem in Genesin, *Notandum autem, quod verbum ALMA numquam nisi de virgine scribitur, & habet etymologiam ἀπόκρυφος, id est, abscondita:* & infra. *Ergo ALMA, quod interpretatur, abscondita, id est virgo nimia diligentia custodita, majoris mihi videtur laudis esse, quam virgo. Virgo quippe juxta Apostolum potest esse corpore non spiritu; Abscondita vero, quæ virgo est, ἐπίτασιν virginitatis habet.* Vide ibi: hac de re pluribus Isaiæ 7.

v. 50. Syri versionem, ut hic refertur, habent omnes Catenæ Regiæ & Schedæ Combefis. Unus Codex omittit τό.

v. 59. Sic Editio Romana & Drusius, itemque mss.

Versum 60. pariter ex Edit. Rom. mutuamur. Manuscriptæ item Catenæ habent; sed sine nomine Interpretum.

v. 63. Sic Editio Romana & unus Codex Regius. שיח Ὁμιλῆσαι, λαλεῖν, ἀδολεσχῆσαι. Sic semper vertunt Interpretes. Hieronymus Quæst. in Genes. *Quod autem ait, Et egressus est Isaac, ut exerceretur in campo: quod Græcè dicitur, ἀδολεσχῆσαι: in Hebræo legitur:* Et egressus est Isaac, ut loqueretur in campo, inclinante jam vespera.

v. 67. Hunc versum adfert Editio Rom. & unus Codex Regius. V. Procopium in Genesim p. 151.

Ibid. παρηγορήθη. Hanc versionem adfert Editio Romana, videturque esse Symmachi qui vocem נחם, παρηγορεῖν vertere solet. Sic Psalm. 76. 4. & Job. 16. 2.

Digitized by Google

CAPUT XXV. GENESIS.

בשיבה טובה 8. A. Σ. ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ. O. ἐν γήρᾳ καλῷ.

אל־עמיו O. πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἄλλος, πρὸς τοὺς περάτας.

ויתרצצו הבנים 22. A. [διεῤῥήγνυντο τὰ τέκνα.] Σ. διεπάλαιον al. διέπλεον. O. ἐσκίρτων.

תם 27. A. ἁπλοῦς. Σ. ἄμωμος. O. ἄπλαστος.

מן־האדם 30. Σ. ἀπὸ Ἐδώμ. O. ἀπὸ τοῦ ἑψήματος πυῤῥοῦ.

8. HEb. *A. S.* in canitie bona. *LXX. & Vulg.* in senectute bona.

H. ad populos suos. *LXX. & Vulg.* ad populum suum. *Alius*, ad transitores.

22. *Heb.* collidebant se. *A.* confringebantur filii. *S.* concertabant. *LXX.* exultabant. *Vulg. collidebantur.*

27. *Heb.* perfectus. *A. & Vulg.* simplex. *S.* inculpatus. *LXX.* non fictus.

30. *H.* de rufo. *S.* de Edom. *LXX.* de coctione rubra. *Vulg. de coctione tua rufa.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXV. Genesis.

v. 8. Sic Editio Romana & Drusius. Vide quæ diximus supra. c. 15. v. 15.

Ibid. Scholiastes Romanus πρὸς τοὺς περάτας, *ad Transiteres.* Hoc Scholion versionem LXX. nullatenus respicit. Quare videtur omnino esse Interpretis cujusdam versio, & forte Aquilæ, qui עברי supra περάτην vertit. Hic autem pro עמיו fortasse legerit עבריו, quæ transmutatio literarum frequenter observatur in Hexaplis: atque inde sæpe provenit interpretationum varietas, ut non infrequenter observes infra. Vide quæ ea de re diximus in Præliminaribus.

v. 22. Aquilæ lectionem sic habet Martianæus noster. Symmachi versionem præferunt Edirio Romana sic διεπάλαιον, & Hieronymus sic διέπλεον: Sed audiendus Hieronymus: Et movebantur filii ejus in ea: *Pro motione LXX. Interpretes posuerunt* ἐσκίρτων, *id est ludebant, sive, calcitrabant: quod Aquila transtulit, Confringebantur filii in utero ejus. Symmachus vero* διέπλεον, *id est, in similitudinem navis in superficie ferebantur.* Hinc conspicuum est Hieronymum legisse διέπλεον. In Græcis quibusdam Codicibus διεπάλαιον habetur, quæ vox apprime quadrat ad hunc locum. Forte in vitiato Exemplari legerit Hieronymus διέπλεον, pro διεπάλαιον.

v. 27. Sic Editio Romana.

v. 30. Σ. ἀπὸ τοῦ Ἐδώμ. Sic omnes mss. Regii & Schedæ Combef. cum hoc Scholio singuli. Ο' Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ἑψήματος, Ἐδὼμ τέθεικεν, ὃ ἑρμηνεύεται πυῤῥός. i. *Symmachus pro coctione Edom posuit, quod interpretamur, ruber.* In Editione Romana, ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ legebatur ad Symmachum.

CAPUT XXVI. GENESIS.

ותורתי 5. A. Σ. Θ. καὶ τοὺς νόμους μου. O. καὶ τὰ νόμιμά μου.

אשם 10. A. Σ. πλημμέλημα. O. ἄγνοιαν.

מאה שערים 12. A. ἑκατὸν εἰκασμένον. O. ἑκατοστεύουσαν κριθήν.

ויריבו 20. O. ἐμαχέσαντο. Ἄλλος, ἐδικάσαντο.

שמה שטנה 21. A. τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀντικείμενον. Σ. τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐναντίωσις. O. τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐχθρεία.

שבעה 33. A. Σ. [πλησμονή.] O. ὅρκος.

באר שבע A. Σ. (φρέαρ πλησμονῆς.) O. φρέαρ ὅρκου.

מרה 35. ὁ Σύρος, οὐκ ἀρέσκουσαι. ὁ Ἑβραῖος, παροργίζουσαι. O. ἐρίζουσαι.

5. HEb. & legem meam. *A. S. T.* & leges meas. *LXX.* & legitima mea. *Vul. legesque meas.*

10. *Heb.* delictum. *A. S.* scelus. *LXX.* ignorantiam. *Vulg. peccatum.*

12. *H.* centum hordeorum. *A.* centuplum æstimatum. *LXX.* centuplicans hordeum. *Vulg. centuplum.*

20. *Hebr.* jurgati sunt. *LXX.* pugnaverunt. *Alius*, disceptaverunt. *Vulg. jurgium fuit.*

21. *H.* nomen ejus Satana. *A.* nomen ejus, adversum. *S.* nomen ejus, contrarium. *LXX.* nomen ejus, Inimicitia. *Vulg. appellavitque eum, Inimicitias.*

33. *Heb.* Sabee. *A. S.* saturitas. *LXX.* juramentum. *Vulg. abundantia.*

Hebr. Beersabee. *A. S.* puteus saturitatis. *LXX.* puteus juramenti. *Vulg. Bersabee.*

35. *Hebr.* amaritudo. *Syrus*, non placentes. *Hebræus*, irritantes. *LXX.* renitentes. *Vulg. offenderant animum ('Isaac & Rebecca.)*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVI. Genesis.

v. 5. Ita Drusius.

v. 10. A. Σ. πλημμέλημα. Sic Edit. Rom. Vocem אשם LXX. Interpretes frequentissime vertunt πλημμέλημα vel πλημμέλειαν.

v. 12. Locum mutuamur ex Hieronymo, qui sic habet: Seminavit autem Isaac in terra illa, & invenit in anno illo centuplum hordei. *Licet in aliena terra seminaverit Isaac, tamen non puto quod tanta ei fertilitas hordei fuerit. Unde melius puto illud esse, quod habetur in Hebræo, & Aquila quoque transtulit: Et invenit in anno ille centuplum æstimatum; id est,* ἑκατὸν εἰκασμένον. *Licet enim eisdem litteris & æstimatio scribatur & hordeum; tamen æstimationes* SAARIM *leguntur, hordea vero* SORIM.

v. 20. Ἄλλος, ἐδικάσατο. Sic Edit. Rom. hæc porro lectio videtur Aquilæ esse, qui vocem הריב per δικάζειν & ὑπερδικάζειν solet vertere, sic Job. 10. 2. & 33. 13.

v. 21. Sic Martianæus. In hunc locum Hieron. Quæst. in Gen. *Pro inimicitiis, quod Aquila & Symmachus* τὴν ἀντικειμένην & ἐναντίωσιν *transtulerunt, id est, adversum atque contrarium, in Hebræo habet SATANA. Ex quo intelligimus Satanam contrarium interpretari.*

v. 33. Sic Martianæus binas hujus versus Lectiones edidit. In hunc versum Hieronymus: *Quæ enim etymologia est, propterea vocari juramentum, quod aquam non invenerunt? Econtrario in Hebræo, cui interpretationi Aquila consentit & Symmachus, hoc significat, quæ invenerint aquam: & propterea appellatus sit puteus ipse saturitas: & vocata civitas* BEERSABEE, *hoc est puteus saturitatis.*

v. 35. Syri & Hebræi interpretationem mutuamur ex Eusebio in Catenis omnibus mss. ubi sic legitur: ΕΥΣΕΒΙΟΥ. ὁ Σύρος οὐκ ἔχει, ἐρίζουσαι ἀλλ' οὐκ εὐαρεστοῦσαι ἀντὶ τοῦ, ἐριδι καὶ φιλονεικίᾳ πάντα ποιοῦσαι. ὁ δὲ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος παραπικραίνουσαι ἔχει. i. *Syrus non habet, disceptantes, sed, displicentes; id est, contentione & jurgiis omnia facientes. Nam Syrus & Hebræus, irritantes, habet.* Hæc paulum perplexa sunt: videtur enim duas Syro interpretationes tribuere: at Procopius clarius habet. *Et contendebant cum Rebecca &c. Syrus habet, displicebant Rebeccæ; Hebræus vero, non cessabant irritare & ad iram provocare Rebeccam.*

CAPUT XXVII. GENESIS.

הביאה לי ציד 7. O. ἐνεγκόν μοι θήραν. Ἄλλος, θήρευσόν μοι θήραν.

מתעתע 12. A. καταμωκώμενος. Σ. καταπαίζων. O. καταφρονῶν.

שדה 27. ὁ Σύρος, ἀρούρας. O. ἀγροῦ πλήρους.

במרמה 35. A. ἐνέδρας. Σ. ἐν ἐπιθέσει. O. μετὰ δόλου.

והיה כאשר תריד 40. O. ἔσται δὲ ἡνίκα ἐὰν καθέλῃς. Ἄλλος, ἔσται δὲ ἐὰν καμφθῇς. Ἄλλος, καὶ ἔσται καθὰ καταβιβάσῃς.

מתנחם לך 42. O. ἀπειλεῖ σοι. Ἄλλος, διανοεῖται κατὰ σοῦ.

קצתי 46. A. ἐσίκχανα. Σ. ἐνεκάκησα. O. προσώχθικα.

1. HEb. LXX. Affer mihi venationem. *Alius*, Venare mihi venationem. *Vulg. Affer mihi de venatione.*

Heb. errare faciens. *A.* deridens. *S.* illudens. *LXX.* spernens. *Vulg. ne putet me sibi voluisse illudere.*

27. *Hebr.* agri. *Syrus*, arvi. *LXX. & Vulg.* agri pleni.

35. *Hebr.* in dolo. *A.* insidiis. *S.* in fraude. *LXX.* cum dolo. *Vulg. fraudulenter.*

40. *Heb.* & erit quando dominaberis. *LXX.* & erit cum deposueris. *Alius*, erit autem si flectaris. *Alius*, & erit quemadmodum deprimeris. *Vulg. tempusque veniet cum excutias.*

42. *Heb.* consolans se tibi. *LXX.* minatur tibi. *Alius*, cogitat contra te. *Vulg. minatur.*

46. *Heb.* angustiis sum affecta. *A.* tædio affecta sum. *S.* vexata sum. *LXX.* infensa sum. *Vulg. tædet me vitæ meæ.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVII. Genesis.

v. 7. Ἄλλος, θήρευσόν μοι θήραν. Sic quidam mss. tacito Interprete.

v. 12. Sic Editio Romana. In mss. omnibus sic legitur. ὁ Σύμμαχος τὸ καταφρονῶν, ἀντὶ τοῦ καταπαίζων. ὁ δὲ Ἀκύλας, καταμωκώμενος. i. *Symmachus pro illo, spernens, habet, illudens. Aquila vero, deridens.*

v. 27. Ita omnes mss. ex Diodoro: ὁ Σύρος ἀντὶ τοῦ ἀγροῦ, ἀρούρας ἔχει· τὸ δὲ πλήρους, πεπληρωμένου βλαστημάτων εὐωδεστάτων. i. *Syrus pro agro, habet arva; illud autem, pleni, repleti germinibus odoriferis.* Unus Regius Codex habet, ἀρούραν.

v. 35. Hæ lectiones prodeunt ex Edit Romana.

v. 40. Hæc etiam in Editione Romana. In hunc porro locum hæc habet Procopius in Genesin: *Verum Syrus, erit, pro, resipiscas, accipit, dicens: Si resipueris, & vitæ tuæ bellicosissimum institutum omiseris.* Quæ interpretatio cum nulla ex allatis quadrat.

v. 42. Ita Drusius & Editio Rom.

v. 46. Ita Editio Romana. Aquila vocem קוצתי σικχαίνω vertere solet. Sic Num. 21. 5. ubi Symmachus ἐνεκάκησεν. Et Exod. 1. 13.

CAPUT XXVIII. GENESIS.

בית־אל 19. A. Βαιθήλ. O. οἶκος θεοῦ.

ואולם לוז שם־העיר Ἑβρ. ἑλλ. ουαλαμ λουζ σημ αἰρ. A. πρότερον λοὺζ ὄνομα τῇ πόλει. O. οὐλαμλοὺζ ἦν ὄνομα τῇ πόλει τὸ πρότερον.

19. HEb. Bethel. *A.* Bæthel. *LXX.* Domus Dei. *Vulg. Bethel.*

Hebraicum Græcis lit. Ualam Luz sem air. *Heb.* & utique Luz nomen civitatis. *A.* prius Luz nomen urbi erat. *LXX.* Ulamluz erat nomen civitati prius. *Vulg. quæ prius Luza vocabatur.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVIII. Genesis.

v. 19. Sic Drusius & Editio Romana.

Ibidem. Hanc Aquilæ lectionem habent Codices mss. quidam cum Nota Theodori, quæ sic habet. ἡ Βαιθὴλ Οὐλαμ Λοὺζ πρότερον λεγομένη διὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ γενομένην ὀπτασίαν Βαιθὴλ ὠνομάσθη. Ἑβδομήκοντα, καὶ Οὐλαμ. Λοὺζ ἦν ὄνομα τῇ πόλει. Ἀκύλας, πρότερον Λοὺζ ὄνομα τῇ

πόλεως Ἑβραῖος, Ουλαμ Λουζ σεμ αιρ. ἰστέον ὅτι Ουλαμ πρότερον εἶπεν οἱ περὶ Ἀκύλαν, καὶ οὐχ ὡς μέρος τοῦ ὀνόματος· Λοῦζα δὲ τὴν πόλιν ἐντεῦθεν μετὰ ταῦτα καλεῖ. i. *Bethel, quæ prius Ualam Luz vocabatur, propter visionem Jacobi istic habitam Bethel nuncupata est. LXX.* Ualam Luz erat nomen urbi. *Aquila*, prius Luz nomen urbi. *Hebræus*, Ualam Luz sem air. *Sciendum est* Ualam *ab Aquila*, prius, *redditum esse. Urbem postea, Luzam disserte vocat ipse.* Hieron. ad hunc locum: *Ecce manifestissime comprobatur Bethel non Ulam Luz, sed Luzam, id est amygdalum ante vocitatam.* Vide ibi Quæst. in Gen.

CAPUT XXIX. GENESIS.

משתה 22. A. Σ. πότον. O. γάμον.

רמיתני 25. O. παρελογίσω με. Α'λλος, ἐνήδρευσάς με.

ילוה אישי אלי 34. (A. συναφθήσεταί μοι ὁ ἀνήρ μου.) O. παρ' ἐμοῦ ἔσται ὁ ἀνήρ μου.

22. Hebr. convivium. *A. S.* compotationem, *vel* convivium. *LXX. & Vulg.* nuptias.

25. *H. & LXX.* decepisti me. *Alius*, insidiatus es mihi. *Vulg. imposuisti mihi.*

Heb. copulabitur vir meus mihi. *A.* applicabitur mihi vir meus. *LXX.* apud me erit vir meus. *Vulg. copulabitur mihi maritus meus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXIX. Genesis.

v. 22. A. Σ. πότον. O. γάμον. Notandum est LXX. Interpretes, qui vocem משתה, hic vertunt γάμον, eamdem frequentissime vertere πότον. Sic Gen. 19. 3. & 40. 20. Judicum 14. 10. & alibi sæpissime.

v. 25. Sic Editio Romana atque Drusius, qui suspicatur τὸ, ἐνήδρευσάς με, esse Aquilæ, quia ipse supra 27. 35. במרמה vertit, μετ' ἐνέδρας.

v. 34. Sic lectionem Aquilæ posuit Martianæus. Hieronymus vero sic habet: *Ubi nos legimus, Apud me erit vir meus, Aquila interpretatus est: Applicabitur mihi vir meus: Quod Hebraice dicitur. ILLAVE, & a doctoribus Hebræorum aliter transfertur, ut dicant, persequetur me vir meus: id est, non ambigo de amore in me viri mei: erit mihi in hac vita comes, & ejus dilectio me ad mortem usque deducet & prosequetur: tres enim filios genui.*

CAPUT XXX. GENESIS.

נפתולי אלהים נפתלתי 8. A. συναναστρέψεν με ὁ θεὸς, καὶ συνανεστράφην. O. συναντελάβετό μου ὁ θεὸς, καὶ συνανεστράφην.

בגד 11. A. ἦλθεν ἡ ζῶσις. O. ἐν τύχῃ.

נקבה 28. A. ἐπονόμασον. Σ. ἀφόρισον. O. διάστειλον.

נקד טלוא וחום 32. O. φαιὸν. Α'λλοι, ποικίλον, πίρκνον.

העקדים והטלאים 35. Σ. λευκόποδας. O. ῥαντοὺς καὶ διαλεύκους. Ἄλλος, λαιόποδας.

לח 37. O. χλωρὰν. Ἄλλος, λευκόν.

לוז O. καρυΐνην. Ἄλλος, ἀμυγδαλίνην.

העטפים 42. A. ὄψιμα. Σ. δευτερότοκα. O. ἄσημα.

8. Hebr. Luctationibus Dei luctata sum. *A.* convertit me Deus, & conversa sum. *LXX.* coassumsit me Deus, & conversa sum. *Vulg. comparavit me Deus cum sorore mea, & invalui.*

11. *Hebr.* venit prosperitas. *A.* venit accinctio. *LXX.* in fortuna. *Vulg. feliciter.*

28. *Heb. & A.* nomina. *S.* defini. *LXX.* distingue. *Vulg. constitue.*

32. *Hebr.* maculosum & punctatum. *LXX.* fuscum. *Alii*, varium nigris maculis. *Vulg. furvum & maculosum.*

35. *Hebr.* fasciatos & maculosos. *S.* albos pedes habentes. *LXX.* sparsos & subalbos. *Alius*, sinistripedes. *Vulg. varios atque maculosos.*

37. *Hebr. & LXX.* viridem. *Alius*, albam. *Vulg. virides.*

Heb. Coryli. *LXX.* nucinam. *Alius*, amygdalinam. *Vulg. amygdalinas.*

42. *Hebr.* cessantia. *A.* serotina. *S.* secundo genita. *LXX.* non signata. *Vulg. serotina.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXX. Genesis.

v. 8. In hæc verba Hieronymus Quæst. in Gen. *Causa nominis* Nephthalim *alia hic multo exponitur, quam in libro Hebræorum nominum scripta est. Unde & Aquila ait*, συναναστρέψεν με ὁ θεὸς καὶ συνανεστράφην, *pro quo in Hebræo scriptum est*, NEPHTHULE ELOIM NEPHTHALETHI. *Unde a conversione, sive a comparatione, quia utrumque sonat confusionem, sive comparationem, Nephthalim nomen filio imposuit.*

v. 11. Pergit Hieronymus in hunc versum: *Ubi nos posuimus*, in fortuna: *& Græce dicitur*, ἐν τύχῃ, *quæ potest eventus dici, in Hebræo habet* BAGAD, *quod Aquila interpretatur, Venit accinctio: nos autem dicere possumus, In procinctu. BA enim potest præpositionem sonare*, in, *&*, venit. *Ab eventu ergo sive procinctu, qui* GAD *dicitur Zelphæ filius*, Gad *vocatus est.* Putat Drusius non posse stare Hieronymi conjecturam, quia in בגד, ב cum Camets scribitur. Sed quam infirmæ sint hæ Massoretarum motiones ad lectiones quaslibet afferendas, & in Præliminaribus dicimus, & in sequentibus frequenter observabitur. Dixerim ego verisimilius esse

image
not
available

καὶ ἀπὸ πάσης ἀληθείας. Ἄλλος, ἱκανοῦταί μοι. Ἄλλος, ἱκανός εἰμι.

אולי ישא פני 20. Ο. ἴσως γὰρ προσδέξεται. Ἄλλος, ἐάν πως ἐντραπῇ.

יבק 22. Ἰαβώκ.

ויאבק איש עמו 24. Α. Σ. ἐκυλίετο ἀνὴρ μετ' αὐτοῦ. Ο. ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ.

כי־שרית עם־אלהים 28. Α. ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ. Σ. ὅτι ἦρξω ἰσχύι πρὸς θεόν. Ο. Θ. ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ.

29. Σχόλ. τό, καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστὸν, παρ' οὐδενὶ κεῖται ἐν τῷ ἑξαπλῷ.

פניאל 30. Α. πρόσωπον ἰσχυροῦ. Σ. Φανουήλ. Ο. Εἶδος θεοῦ.

צלע 31. ἐπέσκαζεν. Ἄλλος, ἐκυλίετο.

ni misericordia & ab omni veritate. *Alius*, sufficit mihi. *Alius* sufficiens sum. *Vulg. minor sum cunctis miserationibus & veritate tua.*

20. *Hebr.* si forte suscipiat faciem meam. *LXX.* forsitan enim suscipiet. *Alius*, si forte revercatur. *Vulg. forsitan propitiabitur mihi.*

22. *Heb. LXX. & Vulg.* Iaboc.

24. *Heb.* & luctatus est vir cum eo. *A. S.* & volvebatur vir cum eo. *LXX.* & luctabatur homo cum eo. *Vulg. vir luctabatur cum eo.*

28. *Heb.* quia princeps fuisti cum Deo. *Aq.* quia princeps fuisti cum Deo. *S.* quia princeps fuisti fortitudine contra Deum. *LXX. & Th.* quia invaluisti cum Deo. *Vulg. quoniam si contra Deum fortis fuisti.*

29. *Schol. Illud*, Et hoc est mirabile, *apud nullum in Hexaplo habetur.*

30. *Heb.* Pheniel. *A.* facies Dei. *S. & Vulg.* Phanuel. *LXX.* species Dei.

31. *Heb.* claudicans. *LXX. & Vulg.* claudicabat. *Alius*, volvebatur.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXII. Genesis.

v. 10. Sic necessario restituenda Aquilæ lectio. Interpres Procopii male legerat, ἐμακρύνθην, qui vertit *elongatus sum.* Quid autem illud cum verbo Hebraico קטנתי, qui semper significat, *minor sum*, vel *parvus sum*? Ἄλλος ἱκανοῦταί μοι: in Schedis Combefisii legitur ἱκανοῦταί μοι, *sufficiens es mihi.*

v. 20. Sic Editio Romana.

v. 22. In vocem Ἰαβώκ, hæc mss. habent ex Origene, Ἰαβὼκ ποταμός ἐστι τῆς Ἀραβίας, ὁ νῦν καλούμενος Ἰαμβύκης. i. *Jaboc fluvius est Arabia, qui nunc vocatur Jambyces.* Combefisius legit Ἰαμβύκης.

v. 24. Lectionem Aquilæ & Symmachi sic habent omnes mss. & Editio Romana.

v. 28. Hæc ex Hieronymo desumta sunt, qui sic habet in Quæst. in Gen. Vocabitur nomen tuum Israël, quia invaluisti cum Deo. *Josephus in primo Antiquitatum libro, Israel ideo ita appellatum putat, quod adversus Angelum steterit. Quod ego diligenter excutiens, in Hebræo penitus invenire non potui. Ecquid me necesse est opiniones quærere singulorum, cum etymologiam nominis exponat ipse qui posuit?* Non vocabitur, inquit, nomen tuum Jacob: Sed Israël erit nomen tuum. *Quare interpretatur Aquila*, ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ: *Symmachus*, ὅτι ἦρξω ἰσχύι πρὸς θεόν, *& Theodotio*, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ. SARITH *enim, quod ab Israel vocabulo derivatur, principem sonat.* Cætera ibi vide.

v. 29. Hæc verba, καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστὸν, quæ in LXX. Interpretibus leguntur, absunt ab Hebraico.

v. 30. Sic mss. nostri & Editio Romana. Symmachus & Vulgata *Phanuel*; & tamen Hebræus פניאל sive *Phaniel* habet. Sed *Phaniel an Phanuel dicas*, inquit Abenmelech, *pluma non interest. Nam literæ* EHEVI *permutantur inter se.* Hæc postrema Drusius.

v. 31. Ἐκυλίετο. Hanc lectionem habet Regius Codex unus, quæ ad quem Interpretum pertineat ignoratur.

CAPUT XXXIII. GENESIS.

וישא יעקב עיניו וירא והנה עשו בא 1. Α. Καὶ ἦρεν Ἰακὼβ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Σύμ. ἐπάρας δὲ Ἰακὼβ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εἶδε φανέντα Ἡσαῦ ἐρχόμενον. Ο. ἀναβλέψας δὲ Ἰακὼβ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, εἶδε καὶ ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐρχόμενος.

ויחץ Α. καὶ ἡμίσευσεν. Ο. καὶ διεῖλε. Ἄλλος, ἐπιδιεῖλε.

וישקהו 4. Ἑβρ. ουεσσακη. Ο. κατεφίλησεν αὐτόν.

אשר־חנן אלהים את־עבדך 5. Α. ἃ ἐχαρίσατο (ὁ θεὸς τῷ δούλῳ σου.) Σ. ἃ ἐδωρήσατο (ὁ θεὸς τῷ δούλῳ σου.) Ο. οἷς ἐλέησεν ὁ θεὸς τὸν παῖδά σου.

נלכה ואלכה לנגדך 12. Σ. καὶ πορευθῶμεν, ἵνα συνοδεύσω σοι. Ο. ἀπάραντες πορευσόμεθα

1. HEb. Et levavit Jacob oculos suos, & vidit, & ecce Esau venit. *A.* Et levavit Jacob oculos suos. *S.* Tollens Jacob oculos suos, vidit apparentem Esau venientem. *LXX.* Respiciens autem Jacob oculis suis, vidit, & ecce Esau frater ejus veniens. *Vulg. Elevans autem Jacob oculos suos, vidit venientem Esau.*

Heb. & divisit. *A.* & dimidiavit. *LXX.* & divisit. *Alius*, & divisit. *Vulg. divisitque.*

4. *Hebr* & osculatus est eum. *Hebr. Lect.* uessake. *LXX.* osculatus est eum.

5. *Heb.* quos benigne dedit Deus servo tuo. *A.* quæ dedit Deus servo tuo. *S.* quæ donavit Deus servo tuo. *LXX.* quos misericorditer dedit Deus puero tuo. *Vulg. quos donavit Deus servo tuo.*

12. *Heb.* & amb lemus, & ambulabo e regione tui. *S.* & proficiscamur, ut socius itine-

Digitized by Google

ἐπ' εὐθεῖαν. Ἄλλος, πορεύσομαι εἰς κατεναντίον σε.

עלות 13. Ο. λοχεύονται. Ἄλλος, κύεσι.

סכת 17. Σ. Σοχχώθ. Ο. σκηναί.

ris sim tibi. *LXX.* promoventes eamus in rectum. *Alius*, gradiar e regione tui. *Vulg. Gradiamur simul: eroque socius itineris tui.*

13. *Heb.* lactantes. *LXX.* fœtantur. *Alius*, pariunt. *Vulg. fœtas.*

17. *H. S.* Socchoth. *LXX.* tabernacula. *Vulg. Sochot.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXIII. Genesis.

v. 1. Sic Editio Romana & quidam mss. Unus tamen ad lectionem Aquilæ habet, ὀφθαλμὶν αὐτῦ.

Ibid. ex Hieronymo in Quæst. qui dicit: *Denique ubi nos habemus, divisit, Aquila posuit, ἡμίσευσεν, id est, dimidiavit.* Schedæ Combefisianæ aliam lectionem, ἐπιδιεῖλε, efferunt.

v. 4. Hic duo Manuscripti Codd. Regii, notam adferunt sine auctoris nomine; sed videtur Origenis esse. Sic autem habet: τὸ, κατεφίλησεν αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν Ἑβραϊστὶ, οὐεσσάκη, ἐν παντὶ Ἑβραϊκῷ βιβλίῳ στιγμάζεται, οὐχ ἵνα μὴ ἀναγινώσκηται, ἀλλ' ὑπαινιττομένης ὥσπερ διὰ τούτου τῆς βίβλου τὴν πονηρίαν τοῦ Ἠσαῦ. κατὰ δόλον γὰρ κατεφίλησε τὸν Ἰακώβ. i. *Illud*, osculatus est eum, *quod est Hebraïcè* Uessake, *in omnibus Hebraïcis libris, undique punctis notatur: non ut non legatur: sed subindicante libro Esau nequitiam; nam dolo Jacobum osculatus est.* Hactenus etiam in Massoreticis Bibliis vox וישקהו punctis notatur.

v. 5. Hujus versus lectiones Aquilæ & Symmachi Latine adtulit Procopius; Græce Codex Reg. 1825.

v. 12. Sic Drusius & Reg. 1825.

v. 13. Sic Codex unus Regius, cujus autem sit interpretatio illa, κύεσι, non indicat.

v. 17. Sic unus Codex Græcus Reg. 1888. Procopius item ait. *Symmachus exponit* Succhoth. *Tabernacula.*

CAPUT XXXIV. GENESIS.

שכם 2. Α. Συχέμ. Ο. Συχέμ.
החוי Α. Ο. Εὐαῖος. Ἄλλος, Χορραῖος.

מהר 12. Σ. τὸ ἕδνον. Ο. τὴν φερνήν.
את־הנער Σ. τὴν παιδίσκην. Ο. τὴν παῖδα.

נאות 15. Ο. ὁμοιωθησόμεθα. Ε. εὐνοήσομεν.

לא תשמעו 17. Ο. μὴ εἰσακούσητε. Ἄλλος, μὴ ὑπακούσητε.

כי חפץ בבת 19. Σ. ἐπεθύμει γὰρ τὴν παιδίσκην. Ο. ἐνέκειτο γὰρ τῇ θυγατρί.

שלמים 21. Α. ἀπηρτισμένοι. Ο. εἰρηνικοί.
יאתו 22. Σ. πεισθήσονται. Ο. ὁμοιωθήσονται.

בטח 25. Ο. ἀσφαλῶς. Ἄλλος, πεποιθότως.

מספר 30. Ο. ἐν ἀριθμῷ. Ἄλλος, ἐν βραχεῖ.

2. **H***Eb.* Sechem. *A. LXX.* Sychem. *Vulg. Sichem.*

H. A. LXX. Evæus. *Alius*, Chorræus. *Vul. Hevæi.*

12. *Heb. & LXX.* dotem. *S.* dotale munus. *Vulg. dotem.*

Heb. LXX. & Vulg. puellam. *S.* adolescentulam.

15. *Heb.* complacebimus. *LXX.* similes erimus. *V. Ed.* benevoli erimus. *Vulg. valebimus fœderari.*

17. *Heb.* non audieritis. *LXX.* non exaudieritis. *Alius*, non obedieritis. *Vulg. nolueritis.*

19. *Heb.* quia complacuerat in filia. *S.* concupiscebat enim adolescentulam. *LXX.* appositus enim erat filiæ. *Vulg. amabat enim puellam.*

21. *Heb. LXX. & Vulg.* pacifici. *A.* perfecti.

22. *Heb.* complacebunt. *S.* morem gerent. *LXX.* similes erunt. *Vulg. differtur.*

25. *Heb.* fiducià. *LXX. & Vulg.* confidenter. *Alius*, fiducialiter.

30. *Heb.* numero. *LXX.* in numero. *Alius*, in brevi. *Vulg. pauci.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXIV. Genesis.

v. 2. Sic Regii duo, quorum hæc sunt verba: Ἀκύλας Συχὲμ, ὅπερ ἑρμηνεύεται ὦμος, ἢ ὦμον. i. *Aquila Sychem, quod significat, humerus, aut humerum.*

Ibid. Sic unus Codex, Ἐμμὼρ ὁ Χορραῖος. Ἀκύλας, Εὐαῖος. i. *Emmor Chorræus, Aquila, Hevæus.* In Græco non ita facilis videtur earum vocum transmutatio; in Hebraïco secus; nam in החוי si ו in ר commutes, quod non infrequenter factum deprehendetur infra, facies חורי, *Horræus*, vel *Chorræus.*

v. 12. Lectionem Symmachi, τὸ ἕδνον, habet Codex Regius 1871. egregiæ notæ X. sæculi, qui magnam Bibliorum partem complectitur; similiterque sequentem, τὴν παιδίσκην.

v. 15. Quintæ Editionis lectionem adfert idem ipse Codex Regius. Pariterque sequentes versuum 17. & 19.

v. 21. A. ἀπηρτισμένοι. Amos 1. 9. שלמה apud LXX. vertitur ἀπηρτισμένη. In hunc locum Hieronymus in Quæst. *Ubi nunc LXX. Interpretes pacificos transtulerunt, Aquila interpretatus est, ἀπηρτισμένους, id est, consummatos atque perfectos, pro quo in Hebræo legitur* SALAMIM.

v. 22. Sic Regius 1871.

v. 25. Sic mss. Regii. Hieronymus vero in Quæst. *Pro eo quod in Græcis legitur ἀσφαλῶς, id est, diligenter: in Hebræo scriptum est*, BETE, *id est, audacter & confidenter.* Illud autem בטח, etiam LXX. vertunt πεποιθότως Jerem. 32. 16. & 37. & Zach. 14. 11.

v. 30. Ἐν βραχεῖ. Sic duo mss. qui non indicant cujus sit hæc interpretatio.

CAPUT XXXV. GENESIS.

האלה 4. Α. Σ. Θ. τῆ δρυῒ. Ο. τῆ τερεβίνθῳ.

4. HEbr. *A. S. Th.* quercum. *LXX. & Vulg.* terebinthum.

דבורה 8. Ο. Δεβόῤῥα. Αλλ. μέλισσα. Αλλ. λαλιά. Αλλ. λαλουμένη.

8. *Heb.* Deborah. *LXX.* Deborra. *Al.* apis. *Al.* loquela. *Al.* dicta. *Vulg. Debora.*

נתתי 12. Ο. ἔδωκα. Αλλος, ὤμοσα.

12. *Heb. LXX. & Vulg.* dedi. *Alius*, juravi.

לבא 16. Ο. ἡνίκα ἤγγισεν. Αλλος, ἐν τῷ ἐλθεῖν.

16. *Heb.* ad veoiendum. *LXX.* dum appropinquaret. *Alius*, cum veniret. *Vulg. venit.*

כברת־הארץ Α. καθ' ὁδὸν τῆς γῆς. Ο. χαβραθά.

Heb. quasi tractus terræ. *A.* secundum viam. terræ. *LXX.* Chabratha. *Vulg. verno tempore ad terram.*

בנימין 18. Σ. υἱὸς δεξιᾶς. Ο. βενιαμίν.

18. *Heb.* Benjamin. *S.* filius dexteræ. *LXX. & Vulg.* Benjamin.

אפרתה הוא בית לחם 19. Ο. Εφραθὰ αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. Ε. Ε'φραθὰ, αὕτη ἐστὶ οἰκία ἄρτου.

19. *Hebr.* Ephratha, hæc Bethleem. *LXX.* Ephratha, hæc est Bethleem. *V. Ed.* Ephratha, ipsa est domus panis. *Vulg. Ephratam, hac est Bethlehem.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXV. Genesis.

v. 4. Sic Drusius. LXX. quoque אלה, non infrequenter vertunt δρυῒ.

v. 8. Sic Schedæ Combefisianæ. Incertum autem an hæc sint Scholion, an Interpretum variæ lectiones.

v. 12. Sic Editio Romana & Drusius.

v. 16. Αλλος, ἐν τῷ ἐλθεῖν. Sic Codex Regius 1871.

Ibid. In hunc locum Hieronymus. *Verbum Hebraïcum* CHABRATHA, *in consequentibus, ubi Jacob loquitur ad Joseph.* Ego autem cum venirem de Mesopotamia Syriæ, mortua est mater tua Rachel in terra Chanaan, in via Hippodromi, ut venirem Ephratha: *nescio quid volentes, Hippodromum, Septuaginta Interpretes transtulerunt: & statim ibi, ubi in Hebræo dicitur*, Et sepelierunt eam in via Ephratha, hæc est Bethlehem, *rursum Septuaginta pro* Ephratha *posuerunt, Hippodromum: Cùm utique si Chabratha Hippodromus est, Ephrata Hippodromus esse non possit. Aquila autem hoc ita transtulit: Et factum est καθ' ὁδὸν τῆς γῆς, id est, in itinere terræ, introiens in Ephrata.* &c. Hæc Hieronymus. Totus igitur Aquilæ locus, sic Græce expressus fuisse videtur. καὶ ἐγένετο καθ' ὁδὸν τῆς γῆς εἰσερχόμενος εἰς Εφραθά.

v. 18. Ex Procopio.

v. 19. Sic habet Ambrosius Epist. ad Horontianum, quæ est in nova Editione numero 70. p. 1065. *Quinta autem Traditio, Ephratha, ipsa est domus panis. Hoc præteritum est in aliorum Traditionibus.* Ubi Traditiones Ambrosius hic & alibi pro Editionibus habet.

CAPUT XXXVI. GENESIS.

אלה בני־עשו ואלה אלופיהם הוא אדום אלה בני־שעיר 19. Ο. οὗτοι υἱοὶ Ησαῦ, καὶ οὗτοι ἡγέμονες αὐτῶν· οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Εδώμ. οὗτοι δὲ υἱοὶ Σηείρ. Αλλος, οὗτοι υἱοὶ Ησαῦ· οὗτός ἐστιν Εδώμ, καὶ οὗτοι υἱοὶ Σηείρ.

19. HEb. Isti filii Esau, & isti duces eorum: ipse est Edom. *LXX.* Isti filii Esau, & isti principes eorum: hi sunt filii Edom. Hi autem filii Seir. *Alius*, Hi filii Esau; hic est Edom: & hi filii Seir. *Vulg. Isti sunt filii Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom. Isti sunt filii Seir.*

הוא ענה אשר מצא את־הימם במדבר ברעותו את־החמרים לצבעון אביו. 24. Α. Αὐτὸς Αἰνὰς ὃς εὗρε σὺν τοὺς Ιαμεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῷ βόσκειν αὐτὸν τὰς ὄνους τοῦ Σεβεγών. Σ. οὗτός ἐστιν ὁ Αἰνὰν, ὃς εὗρε τοὺς Ιαμεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτε ἔνεμε τὰ ὑποζύγια Σεβαιγὼν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ο. οὗτός ἐστιν Ανὰ, ὃς εὗρε τὸν Ιαμεὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτε ἔνεμε τὰ ὑποζύγια Σεβεγὼν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Θ. οὗτός ἐστιν ὁ Αἰνὰν ὃς εὗρε τὸν Ιαμεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτε ἔνεμε τὰ βουκόλια Σεβαιγων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ὁ Σύρος λέγει πηγὴν αὐτὸν εὑρηκέναι.

24. *Hebr.* Hic Aoah, qui invenit mulos in deserto, dum pasceret asinos Sebahon patris sui. *A.* Ipse Ænas, qui invenit jamim in deserto, dum pasceret asinas Sebegon. *S.* Hic est Ænan, qui invenit jamim in deserto, dum pasceret subjugales Sebægoo patris sui. *LXX.* Hic est Ana, qui invenit jamim in deserto, cum pasceret subjugales Sebegon patris sui. *Th.* Hic est Ænan, qui invenit jamim in deserto, cum pasceret bucolia Sebægon patris sui. *Syrus ait*, ipsum invenisse fontem. *Vulg. Iste est Ana, qui invenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebèon patris sui.*

הַמַּכֶּה 35. A. ὁ πατάξας. O. ὁ ἐκκόψας.

מַשְׂרֵקָה 36. O. Μασεκκάς. Θ. Μασηφάς.

בִּשְׁמֹתָם 40. A. ἐν τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν. O. ἐν ταῖς ἔθνεσιν αὐτῶν.

35. *Heb. A. Vulg.* qui percussit. *LXX.* qui excidit.

36. *Heb.* Masrecha. *LXX.* Massecas. *Th.* Massephas. *Vulg. Masreca.*

40. *Heb. A.* in nominibus suis. *LXX.* in gentibus suis. *Vulg. & vocabulis suis.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXXVI. Genesis.

v. 19. Sic mss. & Editio Romana.

v. 24. Hunc locum cujus antea pauca verba exstabant, etiam lacera, apud Drusium & alios, plenum reperimus secundum omnes Editiones, in tribus Catenis Regiis & in Schedis Combefisianis, cum sequentibus notis: prima sic habet: ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος, τὸν Ιαμεὶν ὕδωρ βούλονται λέγειν, ἀντὶ τοῦ, εὗρε πηγὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ. οἱ δὲ ἑρμηνεύσαντες, αὐτὴν ὡς τὴν λέξιν τὴν Ἑβραϊκὴν τεθείκασι. i. *Syrus & Hebræus Iamin, aquam significare volunt.; ac si diceretur: Invenit fontem in deserto. At Interpretes ipsam vocem Hebraicam posuerunt.* Altera nota, quæ est Diodori, sic habet: Ὁ Σύρος λέγει πηγὴν αὐτὸν εὑρηκέναι. ἡ γὰρ πηγὴ ἄναν καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ. i. *Syrus dicit ipsum invenisse fontem: nam fons Syrorum linguâ, Anan vocatur.* Ubi Diodorus inventoris nomen cum inventæ rei nomine confundit, ut notat sequens Scholiastes. Tertia nota hæc est: πανταχοῦ μὲν τὸ ὕδωρ ἀμμαΐμ λέγεται ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, ἡ δὲ πηγὴ μακώρ. ἐν γὰρ τῷ λε. ψαλμῷ εἰς τὸ, παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖται, μακὼρ αἰείμ. οὔτε οὖν τὸν Ιαμεὶν κατὰ Διόδωρον εὗρον ἀντὶ τοῦ ὕδατος· οὔτε ἀντὶ τῆς πηγῆς τὸν Αἰνάν. κατὰ Θεοδώρητον δὲ, οὐ τὸ Αἰνὰν πηγὴν ἔδει λέγεσθαι ἀλλ' ἢ ἄρα τὸ Ιαμείν. ὁ γὰρ Αἰνὰν εὗρε τὸν Ιαμείν, οὐχ ὁ Ιαμεὶν τὸν Αἰνάν. i. *Ubique in Hebraico aqua dicitur* ammaim; *fons autem,* mocor: *nam in XXXV. Psalmo, ad illud, Apud te est fons vitæ, in Hebraïco legitur,* mocor aium. *Neque igitur* Iamin *inveni pro aqua; neque pro fonte Ænan, secundum Diodorum. Secundum Theodoretum autem, non Ænan fontem dici oportuit; sed potius, Iamin. Siquidem Ænan invenit Iamin, non Jamin Ænan.*

Eadem de re audiendus Hieronymus; *Multa & varia apud Hebreos de hoc capitulo disputantur: apud Græcos quippe & nostros super hoc silentium est. Alii putant AIAMIM maria appellata. Iisdem enim literis scribuntur maria, quibus & nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum dum pasceit asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse: quæ juxta idioma linguæ Hebraicæ maria nuncupentur: quod scilicet stagnum reperit, cujus rei inventio in eremo difficilis est. Nonnulli putant aquas calidas juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitrentur Onagros ab hoc admissos esse ad asinas: & ipsum hujusmodi reperisse concubitum: ut velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur* IAMIM. *Plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto, ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur. Aquila hunc locum ita transtulit: Ipse est Ana qui invenit* σὺν τοῖς Ἐμίμ. *Et Symmachus similiter* τοὺς Ἐμίμ: *quæ interpretatio pluralem numerum significat. Septuaginta vero & Theodotion æqualiter transtulerunt dicentes:* τὸν Ἰαμίμ, *quod indicat numerum singularem.* Hîc σὺν τοῖς Ἐμίμ ad Aquilam legitur; & ad Symmachum, τοὺς Ἐμίμ. Omnes Græci nostri Codices, tres numero, σὺν τὸν Ἰαμεὶν habent ad Aquilam, uno excepto de quo infra; ad Symmachum vero, τὸν Ἰαμεὶν omnes, in singulari ad utrumque. Hieronymus in plurali legit ad Aquilam & Symmachum, ut ipse testificatur: quem hac in parte sequi maluimus. Verum lectionem Aquilæ sic restituendam putamus apud Hieronymum, σὺν τοὺς Ἐμίμ vel Ἰαμίμ; Non vero σὺν τοῖς Ἐμίμ. Nam σὺν hoc loco non præpositionis vice fungitur, sed illo exprimitur Hebraicus articulus אֶת, nota accusativi casûs; cujus loco Aquila σὺν ponere solet & cum accusativo copulat, ut passim videas supra & in sequentibus. Quæ lectio etiam unius ex Codicibus nostris auctoritate firmatur, ubi legitur, σὺν τοῦ σημεὶμ: Librarii ut perspicuum est vitio, pro σὺν τοὺς Ἰμείμ. Et sane hîc accusativus postulatur. Quod ad vocem autem Ἐμίμ vel Ἰαμίμ, notandum est omnes Latinos Codices Ἐμίμ habere, ut testificatur Martianæus noster. Codices autem nostri Græci omnes ad Aquilam & Symmachum Ἰαμεὶν habent, uno excepto, in quo legitur ad Aquilam, Ἰμείμ, ut paulo ante dictum est; ita ut omnes Hebraïcum, ut par est, exprimant: quos hac in parte sequi visum est.

v. 35. 36. 40. Horum versuum lectiones ab eximio Cod. 1871. mutuamur. Ad versum autem 36. lectio τῶν O. Μασεκκάς, & Theodotionis, Μασηφάς, corruptæ videntur. Nam in Hebraïco legitur מַשְׂרֵקָה, *Masreca.*

CAPUT XXXVII. GENESIS.

נָשֵׁי 2. O. τῶν γυναικῶν. Ἄλλος, τῶν παλλακῶν.

וַיָּבֵא יוֹסֵף אֶת־דִּבָּתָם רָעָה אֶל־אֲבִיהֶם A. Καὶ ἤνεγκε [al. κατήνεγκε δὲ] Ιωσὴφ ψόγον αὐτῶν πονηρὸν πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Σ. καὶ ἔφερεν Ιωσὴφ διαβολὴν κατ' αὐτῶν πονηρὰν πρὸς πατέρα αὐτῶν. O. κατήνεγκαν δὲ Ιωσὴφ ψόγον πονηρὸν πρὸς Ισραὴλ τὸν πατέρα αὐτῶν. ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος, κατήνεγκεν.

כְּתֹנֶת פַּסִּים 3. Ακ. χιτῶνα ἀστραγάλειον. Σ. χιτῶνα χειριδωτόν. O. χιτῶνα ποικίλον.

2. Heb. *LXX. & Vulg.* uxorum. *Alius*, concubinarum.

H. & retulit Joseph infamiam eorum ad patrem eorum. *A.* & detulit Joseph vituperium ipsorum malum ad patrem suum. *S.* & tulit Joseph criminationem in eos malam ad patrem eorum. *LXX.* detulerunt autem Joseph crimine malo ad patrem suum. *Syrus & Hebræus,* detulit. *Vulg. accusavitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.*

3. *Hebr.* tunicam sericorum. *Aq.* tunicam talarem. *S.* tunicam manicatam. *LXX.* tunicam variam. *Vulg. tunicam polymitam.*

הלמתי 9. O. ἐνυπνιασάμην. Αλλ. ἐνυπνιάσθην.

את־שלום אחיך ואת־שלום הצאן 14. O. εἰ ὑγιαίνουσιν οἱ ἀδελφοί σου, καὶ τὰ πρόβατα. Αλλος, τὴν εἰρήνην τῶν ἀδελφῶν σου, καὶ τὴν εἰρήνην τῶν βοσκημάτων.

ויתנכלו 18. O. ἐπονηρεύοντο. Αλλος, ἐδολιεύσαντο.

וגמליהם נשאים נכאת 25. A. καὶ αἱ κάμηλοι αὐτῶν ἔγεμον στύρακος. O. καὶ αἱ κάμηλοι αὐτῶν ἔγεμον θυμιαμάτων.

מה־בצע 26. A. τί πλεονέκτημα. Σ. τί κέρδος. O. τί χρήσιμον.

וישמעו 27. O. ἤκουσαν. Αλλος, ἐπείσθησαν.

מדנים 28. O. Μαδιηναῖοι. Αλλος Ισμαηλῖται.

פוטיפר 36. A. Σ. Φουτιφάρ. al. Φουρτουφάρ. O. Πετεφρῆ.

9. *Heb. LXX.* somniavi. *Alius*, somnium habui. *Vulg. vidi per somnium.*

14. *Heb.* pacem fratrum tuorum & pacem gregis *LXX.* si valent fratres tui & oves. *Alius*, pacem fratrum tuorum, & pacem pecorum. *Vulg. si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora.*

18. *Heb.* machinati sunt. *LXX.* malignabantur. *Alius*, fraudulenter agebant. *Vulg. cogitaverunt eum occidere.*

25. *Heb.* & cameli eorum ferentes aromata. *A.* & cameli eorum onusti erant styrace. *LXX.* & cameli eorum onusti erant odoramentis. *Vulg. & camelos eorum portantes aromata.*

26. *Heb. S. LXX.* quæ utilitas. *A.* quod emolumentum. *Vulg. quid nobis prodest?*

27. *Heb. LXX.* audierunt. *Alius*, obtemperaverunt. *Vulg. acquieverunt.*

28. *Heb. LXX.* Madianæi. *Alius*, Ismaelitæ. *Vulg. Madianitæ.*

36. *Hebr. A. S.* Phutiphar. *LXX.* Petephre. *Vulg. Putiphari.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXVII. Genesis.

v. 2. ἄλλος, τῶν παλλακῶν, *pellicum*, Hæc lectio prodit ex Codice Reg. 1871. sine nomine Interpretis, qui pellices vocavit concubinas, ut distingueret ab uxoribus Lia & Rachele.

Ibid sic mss. nostri & Editio Romana. Codex unus in lectione Aquilæ habet κατήνεγκεν pro καὶ ἤνεγκεν. In hæc verba Diodorus in Catenis mss. Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, ἔτι δὲ καὶ ὁ Σύρος, ἀντὶ τοῦ κατήνεγκαν, κατήνεγκεν ἔχει. τουτέστιν ὁ Ἰωσὴφ διέβαλε τοὺς ἀδελφοὺς τῷ πατρὶ, ὡς οὐκ εὐτάκτως ὄντας· ὅθεν καὶ ἐμισήθη παρ' αὐτῶν. i. *Aquila & Symmachus itemque Syrus, pro illo*, detulerunt, *habent*, detulit. *Id est Joseph criminatus est fratres suos apud patrem, ut qui non probe se gererent: unde invisus fuit illis.*

v. 3. Hieronymus in Quæst. *Pro varia tunica. Aquila interpretatus est tunicam ἀστραγάλειον; id est, tunicam talarem. Symmachus, tunicam manicatam: sive quod ad talos usque descenderet, & manibus artificis mira esset varietate distincta, sive quod haberet manicas. Antiqui enim magis Colobiis utebantur.* 2. Reg. 13. 18. eamdem Hebraicam vocem vertit A. cum LXX. καρπωτὸν, Symmachus χειριδωτὸν; alius, ἀστραγαλωτόν.

v. 9. Ἄλλος, ἐνυπνιάσθην. Sic mss. Reg. 1871.

v. 14. ἄλλος, τὴν εἰρήνην τῶν ἀδελφῶν σου, καὶ τὴν εἰρήνην τῶν βοσκημάτων. Unus Regius pro hac postrema voce habet προβάτων. Hanc autem lectionem puto esse Aquilæ, qui literam κατὰ πόδα sequitur.

v. 18. Ἐδολιεύσαντο. Hanc lectionem habent duo mss. Regii & Editio Romana. Vocem autem Hebraicam נכל per δολιοῦν vertunt LXX. Interpretes Num 25. 17. & Psalm. 104. 24.

v. 25. Sic Editio Romana. Vocem נכאת etiam Gen. Cap. 45. v. 11. στύρακα vertit Aquila.

v. 26. Sic unus Cod. Reg. cum Editione Romana & Drusio. Psalm. 29. 11. eamdem vocem vertit Symmachus κέρδος.

v. 27. ἀλ. ἐπείσθησαν. Hanc lectionem adfert Regius 1825. non allato Interpretis nomine.

v. 28. Ισμαηλῖται. Sic Edit. Rom.

v. 36. Hæc ex Origene adfert Drusius. At Nota Origenis longe sincerior habetur in mss. nostris: his verbis, Ωριγένης. Τὸ μὲν παρὰ Ἀκύλᾳ καὶ Συμμάχῳ Φουτιφὰρ [al. Φουρτιφὰρ, al. Φουρτουφὰρ,] εἴρηται ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Φουρτιφαρῆ, καὶ ὁ μὲν τοῦ παρόντος ὀνόματος ἑρμηνεία παράκειται τῇ λέξει· ἡ δὲ ἔκθεσις τοῦ ἑτέρου ἐν τοῖς ἑξῆς φανεῖται. *Aquila & Symmachus Phutiphar dixerunt hoc loco: in alio autem Phutiphare: præsentis vero nominis interpretatio voci adjacet: alterius autem expositio in sequentibus declarabitur.* Nimirum ille ex Philone Judæo, ac plerumque suo marte nominum propriorum Hebraicorum significata ad marginem adscripserat.

CAPUT XXXVIII. GENESIS.

ותקרא את־שמו שלה והיה בכזיב בלדתה אתו
5. A............O. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Σηλώμ. αὕτη δὲ ἦν ἐν Χασβὶ, ἡνίκα ἔτεκεν αὐτούς.

ושחת 9. O. ἐξέχεεν. Αλλος, διέφθειρεν.

בצעיף 14. O. θέριστρον. Αλλος, σπαθαρίσκον. ms. σπαθαρίσκῳ.

5. HEb. & vocavit nomen ejus Selah, & erat in Chezib, dum pareret eum. *Aq.* Et vocavit nomen ejus Selom: & factum est ut mentiretur in partu postquam genuit eum. *LXX.* Et vocavit nomen ejus Selom: hæc autem erat in Chasbi, quando peperit eos. *Vulg. quem appellavit Sela: quo nato parere ultra cessavit.*

9. *Hebr. Alius*, corrumpebat. *LXX.* effundebat. *Vulg. semen fundebat.*

14. *Hebr.* in velamine. *LXX. & Vulg.* theristrum. *Alius*, spathariscum *vel* spatharisco.

מן־הצאן 17. O. ἐκ τῶν προβάτων. Αλλος, ἐκ τῶν ποιμνίων.

חתמך ופתילך ומטך 18. A. τὴν σφραγῖδά σου, καὶ τὸ στρεπτόν σου. Σ. στρεπτὸν, ἐγχειρίδιον. ὁ Σύρος, ὠράριον. O. τὸν δακτύλιόν σου καὶ τὸν ὁρμίσκον. Αλλος, τὸ ἐπιτραχήλιον.

הקדשה 21. A. ἐνδιηλλαγμένη. O. πόρνη.

לא היתה בזה קדשה A. οὐκ ἦν ἐν τούτῳ διηλλαγμένη. O. οὐκ ἦν ἐνταῦθα πόρνη.

נהיה לבוז 23. A. Σ. γενώμεθα εἰς ἐξουδένωσιν. O. καταγελασθῶμεν.

חמי 25. O. πενθερόν. Αλλ. κύριον.

מה־פרצת עליך פרץ 29. Ακ. τί διέκοψας ἐπὶ σὲ διακοπήν. Αλλος [forte Symmachus] διαίρεσιν. ὁ Σύρος καὶ ὁ Εβραῖος, τί διεκόπη ἐπὶ σὲ διακοπή. O. τί διεκόπη διὰ σὲ φραγμός. Αλλος, τί διήπλωσας καθ' ἡμῶν ἄπλωμα.

17. *Hebr. LXX.* ex ovibus. *Alius*, ex ovilibus. *Vulg. de gregibus.*

18. *Hebr.* figillum tuum & tæniam tuam. *A.* figillum tuum & torquem tuum. *S.* torquem, baculum. *Syrus*, ftrophium. *LXX.* annulum tuum & parvum monile. *Alius*, ftolam. *Vulg. annulum tuum & armillam.*

21. *Hebr.* proftituta. *A.* fcortum. *LXX.* meretrix. *Vulg. mulier.*

Heb. non fuit in hoc proftituta. *A.* non erat in hoc fcortum. *Hebr.* non fuit hic meretrix. *Vulg. non fuit in isto loco meretrix.*

23. *Heb.* fimus in contemtum. *A. S.* vilipendamur. *LXX.* derideamur. *Vulg. mendacii arguere nos non poteft.*

25. *Hebr. LXX. & Vulg.* focerum. *Alius*, Dominum.

29. *Hebr.* Cur divififti? fuper te divifio. *A.* cur diffecuifti fuper te diffectionem? *Symm.* (*ut videtur*), divifionem? *Syrus & Hebræus*, Cur diffecta eft fuper te diffectio? *LXX. Vulg.* Quare divifa eft propter te maceria? *Alius*, Cur expandifti contra nos expanfionem?

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXVIII. Genefis.

v. 5. Hunc Aquilæ locum Latine tantum habemus apud Hieronymum, qui fic habet in Quæft. Et adjecit & peperit filium, & vocavit nomen ejus Sela: hæc autem erat in Chazbi, quando peperit eum. *Verbum Hebreum hic pro loci vocabulo pofitum eft, quod Aquila pro re tranftulit dicens:* Et vocavit nomen ejus Selom: & factum eft ut mentiretur in partu, poftquam genuit eum. *Poftquam enim genuit Selom, ftetit partus ejus. Chasbi ergo non nomen loci, fed mendacium: unde & in alio loco fcriptum eft:* mentietur opus olivæ; *id eft, fructum oliva non faciet.*

v. 9. Διέφθειρε. Hanc lectionem fine nomine Interpretis adfert Codex unus Regius: quæ magis quadrat cum Hebraica voce שחת.

v. 14. De hac lectione Drufius. Θέριστρον *legitur & Genefis 24. Hieron. in Quæftionibus: Theriftrum, pallium dicitur: genus etiam nunc Arabici veftimenti, quo mulieres provinciæ illius velantur. Appellatur quoque* θερίστριον. *Suidas*, θέριστρον καὶ θερίστριον, θερινὸν ἱμάτιον, &c. *Rurfum Hieronymus in Hefaiam*, θέριστρα, inquit, *nos poffumus appellare palliola, ut hodie quoque Arabia & Mefopotamia operiuntur feminæ: ab eo quod ἐν θέρει, id eft, æftate & caumate corpora protegat feminarum.* Altera lectio eft, περιδέραιον, quam habent Editio Romana, & duo manufcripti Regii, quorum unus habet περιδεραίαν. Quid autem hic fignificet nondum fatis perfpectum habemus. Hæc fane vox περιδέραιον, medio & infimo ævo pro gladiolo accipiebatur: at hîc eft, ut liquet, ornamentum mulicbre.

v. 17. Ἐκ τῶν ποιμνίων. Sic Codices noftri, cujus autem fit hæc interpretatio non indicant. Hanc lectionem fequitur Hieronymus, qui vertit, *de gregibus.*

v. 18. Sic omnes manufcripti noftri cum Drufio, qui tamen Syri lectionem non indicat, quæ in nota quadam fertur his verbis: Ὁ Σύρος ὠράριον λέγεσθαί φησι, καὶ οὐχ ὁρμίσκον. i, *Syrus ftrophium legi ait, non armillam.* ὠράριον, autem, eft fudarium vel ftrophium. Aliqui legunt ὠράριον. Ἐγχειρίδιον apud Symmachum videtur baculum fignificare, quod indicat vox Hebraica מטה. ἐγχειρίδιον quippe quidvis quod manu teneri foleat exprimit, ut pugionem, baculum, quam poftremam fignificationem fequitur Hieronymus.

v. 21. A. ἐνδιηλλαγμένη, & infra διηλλαγμένη: pro fcorto ponitur, itemque ab eodem Interprete Ofee 4. 14. μετὰ τῶν ἐνδιηλλαγμένων. θυσιάζουσι. Hinc Hieronymus de 42. Manfionibus ad manfionem 33. קדשה *fcortum cujus habitus a cæteris feminis mutatus eft.*

v. 23. Lectionem Aquilæ & Symmachi habet unus Codex ex noftris, ut & Drufius.

v. 24. Κύριον pro πενθερόν. Sic Scholion Editionis Romanæ.

v. 29. Hæ omnes lectiones in manufcriptis noftris, & apud Drufium habentur. Nota vero quam adfert Drufius eft Diodori, ut docent mff. ea eft: ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος τί διεκόπη ἐπὶ σὲ διακοπή. Aliud Scholion, ἄλλως, τί διήπλωσας καθ' ἡμῶν ἄπλωμα: quorum interpretatio fupra. Hieronymus in Quæft: *Pro maceria divifionem Aquila & Symmachus tranftulerunt: quod Hebraicè dicitur* פרץ. *Ab eo igitur quod diviferit membranulam fecundinarum, divifionis nomen accepit.*

CAPUT XXXIX. GENESIS.

סרים פרעה 1. O. εὐνοῦχος Φαραώ. Vide Scholion in notis.

איש מצליח 2. A. κατευθυνόμενος. Σ. εὐοδούμενος. O. ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων. Σύρος, καὶ ἦν ἀνὴρ κατευοδούμενος.

1. *Hebr. & LXX.* Eunuchus Pharao. *Vulg. Eunuchus Pharaonis.*

2. *H. & LXX.* vir profperans. *Aq.* profpere agens. *S.* profperos fucceffus habens. *Syrus*, & erat vir profpere agens. *Vulg. & erat vir in cunctis profpere agens.*

עד בית־הסהר 22. O. ἀρχιδεσμοφύλαξ. Ἄλλος, ἀρχιδεσμώτης.

את־כל־האסירים A. πάντας τοὺς ἐγκεκλεισμένους. Σ. πάντας τοὺς δεδεμένους. O. πάντας τοὺς ἀπηγμένους.

22. *Hebr.* princeps domus carceris. *LXX.* princeps custodiæ carceris. *Alius*, princeps vinctorum. *Vulg. principis carceris.*

Heb. & Symm. omnes vinctos. *A.* omnes inclusos. *LXX.* omnes abductos. *Vulg. universos vinctos.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXIX. Genesis.

v. 1. Εὐνοῦχος Φαραώ De Putiphare Eunucho Pharaonis multa dicentur in Catenis. Anonymus quidam ait Eunuchum nomen officii esse, nec castratum indicare. Diodorus vero, aut nomen officii solum esse putat; aut spadones antiquitus uxores duxisse: remque dubiam arbitratur. Theodoretus, spadonem fuisse existimat, qui pro rei familiaris cura tantum, uxorem haberet. Gennadius vero dicit: εἰ εὐνοῦχος Πετεφρὴς, πῶς εὑρίσκεται γυναῖκα ἔχων. ἀλλ' ὁ μὲν Σύρος μιᾷ προσηγορίᾳ τόν τε σπάδοντα, καὶ τὸν πιστὸν ἄνδρα λέγει τοῖς δεσπόταις· ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀληθῶς εὐνοῦχον καὶ τοῦτον. i. *Si Eunuchus Petephres, quare uxorem habere deprehenditur? Verum Syrus una voce spadonem & virum fidum dominis exprimit: Hebræus vero hunc vere Eunuchum esse indicat.* Concludit tamen hîc Eunuchum dici a fida rerum heri sui custodia, nec spadonem indicari. Longe aliud habet Hieronymus in Quæst. ubi vide.

v. 2. Sic mss. versionem autem Syri habemus ex Diodoro in Catenis, & ex Procopio qui sic habet p. 191. *Syrus reddidit: Erat vir*prospere agens.*

v. 22. Ἀρχιδεσμώτης sic mss. nostri, nec indicant cujus sit interpretatio.

Ibid. Has Aquilæ & Symmachi lectiones ex manuscriptis iisdem mutuamur.

CAPUT XL. GENESIS.

משקה מלך־מצרים והאפה 1. A. ὁ ποτιστὴς τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ ὁ πέσσων. O. ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ ὁ ἀρχισιτοποιός.

זעפים 6. A. ἐμβρασσόμενοι. Σ. σκυθρωποί. O. τεταραγμένοι.

פתרנים 8. O. διασάφησις. Ἄλλος, ἐπίλυσις.

שריגים 10 A. Σ. κληματίδες. O. πυθμένες.

פרחת O. θάλλουσα. Ἄλλος, βλαστῶσα.

שלשה סלי חרי 16. A. τρεῖς κοφίνους γύρεως. Σ. τρία κανᾶ βαϊνά. O. τρία κανᾶ χονδριτῶν.

1. Hebr. pincerna Regis Ægypti & pistor. *A.* pocillator Regis Ægypti & coquens. *LXX.* princeps vinariorum regis Ægypti, & princeps pistorum. *Vulg. pincerna regis Ægypti, & pistor.*

6. *Heb.* conturbati. *A.* æstuantes. *S. & Vul.* tristes. *LXX.* perturbati.

8. *Heb.* solutiones. *LXX.* declaratio. *Alius*, solutio. *Vulg. interpretatio.*

10. *Heb. A. S.* rami. *LXX. & Vulg.* propagines.

Hebr. germinans. *LXX.* ferens flores. *Alius*, germinans. *Vulg. crescere paulatim in flores.*

16. *Heb.* tria canistra alba. *A.* tres cophinos pollinis. *S.* tria canistra ex foliis palmarum. *LXX.* tria canistra chondritorum. *Vulg. tria canistra farinæ.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XL. Genesis.

v. 1. Aκ. ὁ ποτιστὴς τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου καὶ ὁ πέσσων: *pocillator regis Ægypti & coquens.* Drusius in hunc locum: *Pocillator vel pincerna qui & a poculis.* Hieronymus Quæst. *Ubi nos posuimus principem vinariorum in Hebræo scriptum habet MASEK* [Drus. משקה]... *quem nos possumus more vulgi vocare pincernam. Nec vile putetur officium, cum apud reges Barbaros usque hodie maximæ dignitatis sit Regi poculum porrexisse.* Πέσσων post Drusium verti *coquens*, id est coquum. *Coquum & pistorem*, inquit Festus, *apud antiquos eumdem fuisse accepimus.*

v. 6. Ἐμβρασσόμενοι, *æstuantes & quasi fluctibus agitati. Vox frequens patribus sic Gregorius Naz.* ἔνθα καὶ ἔνθα κακεῖς βρασσόμενον μεγάλοις & βρασσόμενος τε πόθοισι καὶ ἀργαλέαις μελεδῶσι. Hæc Drusius.

v. 8. Ἐπίλυσις, sic mss. sine nomine Interpretis.

v. 10. Sic item mss. & Drusius. κληματίδες sunt flagella aut sarmenta teste Hieronymo: *tria flagella*, inquit, *& tres ramos sive propagines Hebræo sermone significat, quæ ab illis vocantur* SARIGIM. Hic ramos aptius vertimus.

Ibid. βλαστῶσα sic mss. tacito Interpretis nomine. Sed videtur Aquilæ esse, qui Psalm. 71. v. 7. eamdem Hebraïcam vocem βλαστεῖν aut βλαστάνειν vertit. Ibi vide.

v. 16. Sic omnes mss. Drusius legerat κόφινοι; sed accusativum postulat series, ut Codices habent. γύρεως, pollinis aut farinæ. Interpretatio Aquilæ plana est: sed in Symmachi lectione hæret Drusius, sensumque ejus in incerto relinquit. Ea est, τρία κανᾶ βαϊνά. Nos vertimus, *tria canistra ex foliis palmarum.* Quæ interpretatio non uno asseritur exemplo. Nam in Apophthegmatibus Patrum, βαΐνη ῥάβδος, *palmea virga*, non semel occurrit sic num. 6. & num. 38.

CAPUT XLI. GENESIS.

ובריאת בשר 2. Ο. ἐκλεκταὶ ταῖς σαρξί. Ἄλλος, στερέμνιοι κρέα, καὶ παχεῖαι σαρξίν.

באחו Ο. ἐν τῷ Ἀχεί. Ἄλλος, ἐν τῷ ἕλει. Ἄλλος, ἐν τῇ ὄχθῃ.

שדופת קדים 6. Ο. ἀνεμόφθοροι. Ἄλλος, ἐφθαρμένοι τῷ καύσωνι. Ἄλλος, πεφρυγμένοι ἀνέμῳ.

ותפעם רוחו 8. Ο. ἐταράχθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Ἄλλος, κατεπλάγη.

חרטמי Α. κρυφιασταί. Σ. μάγους. Ο. ἐξηγητάς. Ἄλλος, σοφούς.

ויפתר־לנו את־חלמתינו 12. Ο. συνέκρινεν ἡμῖν. Alii addunt, τὰ ἐνύπνια ἡμῶν.

ויריצהו 14. Ο. ἐξήγαγον. Ἄλλος, δρομῇ ἤγαγον.

בלעדי אלהים יענה את־שלום פרעה 16. Α. ἄνευ ἐμοῦ οὐκ ἀποκριθήσεται ὁ θεὸς σωτηρίαν. Σ. (οὐκ ἐγώ, ἀλλ' ὁ θεὸς ἀποκριθήσεται εἰρήνην Φαραώ.) Σύρος, (οὐκ ἀποκριθησόμεθα.) Ο. ἄνευ τοῦ θεοῦ οὐκ ἀποκριθήσεται τὸ σωτήριον Φαραώ.

אל־החרטמים 24. Α. πρὸς τοὺς κρυφιαστάς. Σ. μάγους. Ο. τοῖς ἐξηγηταῖς.

כבד 31. Ο. ἰσχυρός. Ἄλλος, σφοδρός.

נכון הדבר 32. Ο. ἀληθὲς ἔσται τὸ ῥῆμα. Ἄλλος, βέβαιος ὁ λόγος.

פקדים 34. Ο. τοπάρχας. Ἄλλος, ἐπισκόπους.

את־כל־אכל 35. Ο. βρώματα. Ἄλλος, πάντα τὰ γεννήματα.

לפקדון 36. Α. εἰς παραθήκην, Σ. εἰς ἀποθήκην. Ο. πεφυλαγμένα.

אגדל ממך 40. Σ. μείζων σου ἔσομαι. Ο. ὑπερέξω σου.

רבד 42. Ο. κλοιόν. Ἄλλος, μανιάκην.

ויקראו לפניו אברך 43. Α. [καὶ ἐβόησεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ προσγόνυ.] Σ. (καὶ ἐβόησεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, Ἀβρέχ.) Ο. καὶ ἐκήρυξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ κήρυξ.

צפנת פענח 45. Α. σαμφανή. Σ. σαφαθφανή. ὁ Σύρος, ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά. Ο. ψονθομφανήχ. Ἄλλος, ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον. Ἄλλ. ᾧ κεκρυμμένα ἐκάλυψεν.

2. **H**Ebr. pingues carne. *LXX.* electæ carnibus. *Alius*, folidæ carne, & pingues carnibus. *Vulg. crassæ nimis.*

Heb. in prato. *LXX.* in Achi. *Alius*, in palude. *Alius*, in ripa. *Vulg. in locis palustribus.*

6. *Heb.* arefactæ Euro. *LXX.* a vento corruptæ. *Alius*, corruptæ æstu. *Alius*, tostæ vento. *Vulg. percussæ uredine.*

8. *Heb.* contritus est spiritus ejus. *LXX.* turbata est anima ejus. *Alius*, transfixus est. *Vulg. pavore perterritus.*

Heb. Genethliacos. *A.* occultorum interpretes. *LXX.* interpretes. *Alius*, sophos. *Vulg. conjectores.*

12. *H.* & solvit nobis somnia nostra. *LXX.* & interpretatus est nobis (somnia nostra). *Vulg. Audivimus quidquid postea rei probavit eventus.*

14. *H.* currere fecit eum. *LXX.* eduxerunt. *Alius*, cursu eduxerunt. *Vulg. protinus eductum.*

16. *H.* præter me Deus respondebit pacem Pharaoni. *A.* Absque me non respondebit Deus salutem. *S.* non ego, sed Deus respondebit pacem Pharaoni. *Syrus*, Non respondebimus. *LXX.* sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni. *Vulg. absque me Deus respondebit prospera Pharaoni.*

24. *H.* ad genethliacos. *A.* ad secretorum interpretes. *S.* magos. *LXX.* interpretibus. *Vulg. conjectoribus.*

31. *Heb.* gravis. *LXX.* fortis. *Alius*, vehemens. *Vulg. inopiæ magnitudo.*

32. *Heb.* paratum verbum. *LXX.* verum erit verbum. *Alius*, paratum dictum. *Alius*, firmus sermo. *Vulg. firmitatis indicium est.*

34. *Heb.* præfectos. *LXX.* principes. *Alius*, inspectores. *Vulg. præpositos.*

35. *H.* omnem escam. *LXX.* escæ. *Alius*, omnes fructus. *Vulg. omne frumentum.*

36. *H.* in deposito. *A.* in depositum. *S.* in depositum. *LXX.* custodita. *Vulg. & præparetur.*

40. *H.* major ero te. *S.* major te ero. *LXX.* præcedam te. *Vulg. te præcedam.*

42. *H. LXX. & Vulg.* torquem. *Alius item*, torquem.

43. *H.* & clamabant ad facies ejus, Abrech. *A.* & clamavit in conspectu ejus adgeniculationem. *S.* & clamavit ante eum, Abrech. *LXX.* & clamavit ante eum præco. *Vulg. clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent.*

45. *H.* Saphnath Pahaneah. *A.* Samphane. *S.* Saphathphane. *Syrus*, Occultorum gnarus. *LXX.* Psonthomphanech. *Alius* cui revelatum est futurum. *Alius*, cui occulta revelavit. *Vulg. Salvatorem mundi.*

NOTÆ

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XLI, Genesis.

v. 2. Στριφνοὶ κρέασι, καὶ παχεῖαι σαρξίν. Sic Codices nostri & Drusius. Unus tamen Codex habet στριφνίαι. Recte putat Drusius, hic duas haberi interpretationes; sed labitur, ni fallor, cum primam Symmacho tribuendam arbitratur, secundam Theodotioni; nam Theodotionis in his capitibus Genesis paucissimæ afferuntur lectiones: quare crediderim potius primam Aquilæ, secundam Symmachi esse: nam hoc ordine, ut plurimum, ponuntur a Librariis tacito plerumque nomine; & alioquin vocem בריא, παχύς vertit Symmachus Judicum 3. 17. ut etiam hoc loco. In textu tamen nomina adscribere non ausi sumus.

10. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 11. Phinees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis sedavit furorem meum ab Israelitis, zelando ÷ eum: zelum meum in eis, & non consumpsi filios Israel in zelo meo. 12. Sic dicito: Ecce ego do illi ※ testamentum pacis meæ: 13. Et erit ei & semini ejus post eum testamentum sacerdotii sempiterni pro eo quod zelavit Deo suo, & depropitiavit pro filiis Israel. 14. Nomen autem hominis Israelitæ percussi, qui percussus est cum Madianitide, Zambri filius Salom, princeps domûs familiæ Symeon. 15. Et nomen mulieri, quæ percussa est, Madianitidi, Chasbi filia Sur principis gentis Isommoth domûs familiæ filiorum Madian est. 16. Et locutus est Dominus ad Mosen, dicens ÷ loquere filiis Israel, dicens: 17. Hostes estote Madianitis, & percutite eos: 18. quoniam hostes sunt vobis in dolo ※ suo: quæcumque decipiunt vos per Phogor & per Chasbi filiam principis Madian, sororem eorum, quæ percussa est in die plagæ propter Phogor.

CAPUT XXV. NUMERORUM.

ויצמד 3. O. ἐτελέσθη. Αλλος, ἐζευγίσθη.

והוקע 4. A. καὶ ἀνάπηξον. Σ. καὶ κρέμασον. O. καὶ παραδειγμάτισον.

הנצמדים 5 A. μυηθέντας. O. τὸν τετελεσμένον.

רמח 7. A. κέντον. Σ. δόρυ. O. σειρομάστην.

הקבה 8. A. τὸ τέγος. Σ. τὸ πορνεῖον, al. πυρεῖον. O. κάμινον.

הכבה 18. O. πεπληγυίας. Αλλος, πληγεῖσαν.

3. HEb. & conjunxit se. *LXX.* & initiatus est. *Alius*, & jugatus est. *Vulg. initiatusque est.*

4. *Heb.* & suspendere fac. *A.* & confige. *S. & Vulg.* & suspende. *LXX.* & ostenta.

5. *H.* conjugantes se. *A.* initiatos. *LXX.* initiatum. *Vulg. qui initiati sunt.*

7. *H.* lanceam. *A.* contum. *S.* hastam. *LXX.* Siromastem. *Vulg. arrepto pugione.*

8. *H. Vulg.* lupanar. *A.* tectum. *S.* fornicem. *LXX.* caminum.

18. *Heb. & Alius*, percussam. *LXX. Vulg.* quæ percussa fuerat.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXV. Numerorum.

v. 3. Αλλος, ἐξωγίσθη. Ex Basiliensi.

v. 4. A. καὶ ἀνάπηξον. Σ. καὶ κρέμασον. Sic Basiliensis & Drusius. Alii Codices habent ad Aquilam, ἀνάπληξον, minus recte.

v. 5. Basil habet, ἀμονδιτῶς, mendose ut liquet, pro A. μονδιτῶς.

v. 7. A. κόντον. Σ. δόρυ. Sic omnes Mss. & Drusius. In Ms. Oxoniensi, teste Briano Waltono, legitur κοντοσδορυμάστιον, ubi tres Versiones A. S. O. in una voce concluduntur.

v. 8. A. τὸ τέγος. Σ. τὸ πορνεῖον. Sic Basil. & alii. Nobilius legit ad Symmachum πυρεῖον, perperam. Aliquot Codices habent, πυρεῖον, male. Alteri lectioni favet etiam Procopius p. 423 Καμινεῖον, enim, ait, *Aquilas quidem, tectum; Symmachus vero, prostibulum, exposuit.*

v. 18. Αλλος, πληγεῖσαν. Ex Basil.

Ex Numerorum Cap. XXVI. desumt. ex eodem Cod. Colb. 3084.

Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν πληγὴν καὶ ἐλάλησεν κύριος πρὸς Μωσῆν καὶ πρὸς Ελεάζαρ υἱὸν Ααρὼν τὸν ἱερέα λέγων· λάβε τὴν ἀρχὴν πάσης συναγωγῆς ἀπὸ κ ἔτους καὶ ἐπάνω, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν· πᾶς ὁ ἐκπορευόμενος παρατάξασθαι ἐν Ισραὴλ, καὶ ἐλάλησε ....

ET factum est post plagam, & locutus est Dominus ad Moysen & ad Eleazar filium Aaron Sacerdotem dicens: Accipe principium totius Synagogæ a viginti annis & supra, per domos familiarum suarum: omnis qui procedit ad standum in acie in Israel. Et locutus est ....

CAPUT XXVI. NUMERORUM.

הכהן אתם 3. O. ὁ ἱερεύς. Alius addit, αὐτοῖς, Alius μετ' αὐτῶν.

בערבת מואב A. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. ἐπὶ τῆς πεδιάδος τῆς Μωάβ. O. ἐν ἀραβὼθ Μωάβ. Θ. ἐν δυσμαῖς Μωάβ.

היצאים 4. O. ἐξελθόντες. Αλλος, ἐκπορευόμενοι.

לפקדיהם 22. O. κατ' ἐπίσκεψιν. Αλλος, κατὰ σκοπιάν. Αλλος, κατ' ἐπισκοπήν.

ואלה פקודי הלוי 57. O. καὶ υἱοὶ Λευί. Αλλος, καὶ οἱ ἐπισκεμμένοι Λευί.

בתוך בני 62. O. ἐν τοῖς υἱοῖς. Αλλος, ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν.

בערבות מואב 63. A. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. ἐπὶ τῆς πεδιάδος τῆς Μωάβ. O. ἐν Αραβὼθ Μωάβ. Θ. ἐν δυσμαῖς Μωάβ.

3. HEb. Sacerdos cum eis. *LXX.* Sacerdos. *Alius addit*, eis. *Alius*, cum eis. *Vulg.* *Sacerdos.*

H. Vulg. in campestribus Moab. *A.* ad plana Moab. *S.* in campestri Moab. *LXX.* in Araboth Moab. *Th.* in occidente Moab.

4. *H.* egredientibus. *LXX.* qui exierunt. *Alius*, qui egressi sunt. *Vulg. vacat.*

22. *Hebr.* ad visitatos suos. *LXX.* secundum recognitionem. *Alius*, secundum lustrationem. *Alius*, secundum visitationem. *Vulg. numerus.*

57. *H.* & isti visitati Levi. *LXX.* & filii Levi. *Alius*, & lustrati Levi. *Vul. hic quoque est numerus filiorum Levi.*

62. *H. & Alius*, in medio filiorum. *LXX.* in filiis. *Vulg. inter filios.*

63. *Heb. Vulg.* in campestribus Moab. *A.* ad plana Moab. *S.* in campestri Moab. *LXX.* in Araboth Moab. *Th.* in occidente Moab.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVI. Numerorum.

v. 3. Al. αὐτοῖς. Al. μετ' αὐτῶν. Ex Basiliensi.

Ibid. & v. 63. Eusebius de locis Hebraïcis ad vocem, Αραβὼθ Μωάβ. Vide supra Notam ad Cap. 22. v. 1.

v. 4. Αλλος, ἐκπορευόμενοι. Ex Basil.

v. 22. Αλλος, κατὰ σκοπιάν. Basil.

v. 57. Αλλ. καὶ οἱ ἐπισκεμμένοι Λευί. Basil.

v. 62. Αλλ. ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν. Basil.

Digitized by Google

CAPUT XXVII. NUMERORUM.

ובן אין לו 8. O. καὶ υἱὸς μὴ ᾖ αὐτῷ. Αλλος, υἱοὺς μὴ ἔχῃ.

את־נחלתו O. τὴν κληρονομίαν. Αλλος, τὸν κλῆρον.

וירש אתה 11. O. κληρονομῆσαι τὰ αὐτοῦ. Αλλος, κληρονομήσει αὐτήν.

במריבת 14. O. ἐν τῷ ἀντιπίπτειν. Αλλος, ἐν τῷ ἀντιλέγειν.

במשפט האורים 21. Οἱ λοιποὶ, τὴν κρίσιν τῶν φωτισμῶν. O. τὴν κρίσιν τῶν δήλων.

8. HEb. & filius non ei. *LXX.* & filius non fuerit ei. *Alius*, filios non habuerit. *Vul. absque filia.*

Hebr. hæreditatem ejus *LXX.* hæreditatem. *Alius*, sortem. *Vulg. ad filiam ejus transibit hæreditas.*

11. *Heb.* & hæreditabit eam. *LXX.* ad hæreditandum ea quæ ipsius sunt. *Alius*, hæreditabit illam. *Vulg. dabitur hæreditas.*

14. *H.* in jurgio. *LXX.* cum obsisteret. *Alius*, cum contradiceret. *Vulg. in contradictione.*

21. *Heb.* in judicio Urim. *Reliqui*, judicium illuminationum. *LXX.* judicium manifestorum. *Vul. consulet Dominum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVII. Numerorum.

v. 8. Αλλ. υἱοὺς μὴ ἔχῃ. Basil.
Ibid. Αλλος, τὸν κλῆρον.
v. 11. Αλλ. κληρονομήσεις αὐτήν. Ita Basil.

v. 14. Αλλ. ἐν τῷ ἀντιτείνειν. Basil.
v. 2 . Οἱ λοιποί, τὴν κρίσιν τῶν φωτισμῶν. Ita Drusius. Vide quæ diximus ad Levit. 8. 8.

CAPUT XXVIII. NUMERORUM.

1. O. Καὶ ἐλάλησεν &c. ad marg. καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν, οἱ ὀφθαλμοί σου ἴδοσαν ὅσα ἐποίησεν τοῖς δυσὶ βασιλεῦσιν· οὕτως ποιήσει κύριος πάσαις τ βασιλείαις, εἰς ἃς σὺ περελεύσῃ ἐκεῖ· οὐ φοβηθήσῃ, κύριος ὁ θεός σου αὐτὸς πολεμήσει αὐτοὺς μεθ' ὑμῶν.

καὶ ταῦτα κεῖται ἐν τῷ δευτερονομίῳ.

ההין 5. O. Εἶν. Αλλος, Εἶν οἴνου. Αλλος, Εἶν μέτρου τοῦ οἴνου.

תעשה 8. O. ποιήσεις, Αλλος, ποιήσετε, & infra, ποιήσονται.

הקריבו 11. O. προσάξετε. Αλλος, προσάξεις.

והקרבתם 27. O. καὶ προσάξετε. Αλλος, καὶ ποιήσετε.

1. LXX. & locutus est &c. *Basil. ad marg:* Et dixit ad eum: Oculi tui viderunt quæcumque fecit duobus regibus; sic faciet Dominus omnibus regnis, in quæ tu transibis illuc: Ne timueris, Dominus Deus tuus ipse debellabit eos vobiscum.

Hæc etiam jacent in Deuteronomio. (3. 21.)

5. *H. Vulg.* hin *LXX.* In. *Alius*, In vini. *Alius*, In mensuræ vini.

8. *H. LXX.* facies. *Alius*, facietis, *& infra*, facient. *Vulg. offeretis.*

11. *H.* accedere facietis. *LXX. Vulg.* offeretis. *Alius*, offeres.

27. & accedere facietis. *LXX.* & offeretis. *Alius*, & facietis. *Vulg. offeretisque.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXVIII. Numerorum.

v. 1. Hunc locum ex Deuteronomio huc translatum mutuamur ex Codice Basiliensi, cum nota Origenis subjuncta. Etsi vero hic non moneat quare hunc locum descripserit: id ex præcedentibus liquet, ut supra monuimus, Cap. 13. v. 1. Nimirum hæc & similia loca ex Deuteronomio in librum Numerorum translata in Samaritano legebantur. Origenes autem secundum Versionem LXX. Interpretum in libro Numerorum suo loco, ut erant in Samaritano, descripsit: & quidem, ut videtur, ad marginem Hexaplorum. Hic tamen locus non habetur in hodierna Samaritana Numerorum Scriptura.

v. 5. Αλλος, Εἶν οἴνου. Hæc lectio, ut & sequentes hujus Capitis ex Basiliensi Codice prodeunt.

Ex Cap.

Digitized by Google

Ex Cap. Numerorum XXIX. ut habetur in Cod. Colb. 3084.

12. . . . . . ἑορτάσετε αὐτὴν ἑορτὴν κυρίῳ ζ. ἡμέρας. 13. καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα κάρπωμα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ※ τῷ: κυρίῳ· τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ μόσχους ἐκ βοῶν γ΄. καὶ ι΄. κριοὺς β΄. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους δ΄. καὶ ι΄. ἄμωμοι ἔσονται. 14. αἱ θυσίαι αὐτῶν σεμίδαλις ἀναπεποιημένη ἐν ἐλαίῳ. γ΄. δέκατα τῷ μόσχῳ τῷ ἑνὶ τοῖς τρισὶν καὶ ι΄. μόσχοις, καὶ β΄. δέκατα τῷ κριῷ τῷ ἑνὶ ἐπὶ τοὺς β΄. κριούς. 15. δέκατον δέκατον τῷ ἀμνῷ τῷ ἑνὶ ἐπὶ τοὺς δ΄. καὶ ι. ἀμνούς. 16. καὶ χίμαρρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντὸς αἱ θυσίαι αὐτῶν, καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν.

12. . . . . . Celebrabitis eam solemnitatem Domino, septem diebus. 13. Et offeretis holocaustomata, oblationem in odorem suavitatis Domino. Die prima vitulos ex bobus tres & decem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim, sine macula erunt. 14. sacrificia eorum simila refecta in oleo, tres decimas vitulo uni, tribus & decem vitulis, & duas decimas arieti uni, in duos arietes. 15. Decimam, decimam agno uni, in quatuordecim agnos. 16. & hircum ex capris unum pro peccato præter holocaustosin jugem, sacrificia eorum, & libamina eorum.

17. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ μόσχους ※ ἐκ βοῶν: ιβ΄. καὶ κριοὺς β΄. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους δ΄. καὶ ι΄. ἀμώμους. 18. ἡ θυσία αὐτῶν καὶ ἡ σπονδὴ αὐτῶν τοῖς μόσχοις καὶ τοῖς κριοῖς, καὶ τοῖς ἀμνοῖς κατ᾽ ἀριθμὸν αὐτῶν, κατὰ τὴν σύγκρισιν ÷ αὐτῶν: 19. καὶ χίμαρρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντός, αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν.

17. Et die secunda vitulos ※ ex bobus: duodecim, & arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos: 18. Sacrificium eorum, & libamen eorum, vitulis, & arietibus, & agnis juxta numerum eorum, juxta ritum ÷ eorum: 19. & hircum ex capris unum pro peccato præter holocaustosim jugem: sacrificia eorum & libamina eorum.

20. Τῇ ἡμέρᾳ τῇ γ΄. μόσχους ια΄. κριοὺς β. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους δ΄ καὶ ι. ἀμώμους. 21. ἡ θυσία αὐτῶν καὶ ἡ σπονδὴ αὐτῶν τοῖς μόσχοις ÷ καὶ: τοῖς κριοῖς, καὶ τοῖς ἀμνοῖς, κατ᾽ ἀριθμὸν αὐτῶν, κατὰ τὴν σύγκρισιν ÷ αὐτῶν: 22 καὶ χίμαρρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντός, αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν.

20. Die tertia vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. 21. sacrificium eorum & libamen eorum, vitulis ÷ &: arietibus, & agnis, juxta numerum eorum, juxta ritum ÷ eorum: 22. & hircum ex capris unum pro peccato, præter holocaustosim jugem: sacrificia eorum & libamina eorum.

23. Τῇ ἡμέρᾳ τῇ δ΄. μόσχους ι΄. κριοὺς β΄. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους δ΄. καὶ ι΄. ἀμώμους 24. αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν τοῖς μόσχοις καὶ τοῖς κριοῖς, καὶ τοῖς ἀμνοῖς κατ᾽ ἀριθμὸν αὐτῶν, κατὰ τὴν σύγκρισιν ÷ αὐτῶν: 25. καὶ χίμαρρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντός, αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν.

23. Die quarta, vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula: 24. sacrificia eorum & libamina eorum vitulis & hircis & agnis, juxta numerum eorum, juxta ritum ÷ eorum: 25. & hircum ex capris unum pro peccato, præter holocaustosim jugem; sacrificia eorum & libamina eorum.

26 Τῇ ἡμέρᾳ τῇ πέμπτῃ, μόσχους θ΄. κριοὺς β΄. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους β΄. ἀμώμους. 27. αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν τοῖς μόσχοις καὶ τοῖς κριοῖς καὶ τοῖς ἀμνοῖς κατ᾽ ἀριθμὸν αὐτῶν, κατὰ τὴν σύγκρισιν ÷ αὐτῶν: 28. καὶ χίμαρρον ἐξ αἰγῶν περὶ ἁμαρτίας ἕνα, πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντός, αἱ θυσίαι αὐτῶν, καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. 29. τῇ ἡμέρᾳ τῇ ϛ΄. μόσχους η΄. κριοὺς β΄. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους δ΄. καὶ ι. ἀμώμους. 30. αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. τοῖς μόσχοις καὶ τοῖς κριοῖς καὶ τοῖς ἀμνοῖς κατ᾽ ἀριθμὸν αὐτῶν, κατὰ τὴν σύγκρισιν ÷ αὐτῶν: 31. καὶ

26. Die quinta, vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos duos immaculatos. 27. sacrificia eorum & libamina eorum vitulis & hircis & agnis juxta numerum eorum, juxta ritum ÷ eorum: 28. & hircum ex capris pro peccato unum, præter holocaustosim jugem: sacrificia eorum & libamina eorum.

29. Die sexta, vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula: 30. sacrificia eorum & libamina eorum vitulis & arietibus & agnis juxta numerum eorum, juxta ritum ÷ eorum. 31. & hircum ÷ ex capris: pro peccato unum, præter holocaustosim jugem: sacrificia eorum & libamina eorum.

χίμαῤῥον ÷ ἐξ αἰγῶν· περὶ ἁμαρτίας ἕνα, πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντὸς, αἱ θυσίαι αὐτῶν, καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν.

32. Τῇ ἡμέρᾳ τῇ ζ΄. μόσχους ζ. κριοὺς β΄. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ιδ΄. καὶ ἀμώμους. 33. αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν τοῖς μόσχοις καὶ τοῖς κριοῖς καὶ τοῖς ἀμνοῖς κατ᾽ ἀριθμὸν αὐτῶν, κατὰ τὴν σύγκρισιν ....

αὐτῶν.

32. Die septima, vitulos septem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula: 33. sacrificia eorum & libamina eorum, vitulis & arietibus & agnis juxta numerum eorum, juxta ritum eorum ....

CAPUT XXIX. NUMERORUM.

יום תרועה 1. τὸ Σαμαρ. ἡμέραν ἀκουστήν. Ο. ἡμέρα σημασίας.

והקרבתם 8. Ο. προσοίσετε. Ἄλλος, προσάξετε.

עלה Ο. ὁλοκαύτωμα. Ἄλλος, κάρπωμα.

עצרת 35. τὸ Σαμαρ. τελείωσις ἐπισχέσεως. Ο. ἐξόδιον.

1. Heb. Vulg. dies clangoris. Samar. diem audibilem. LXX. dies significationis.

8. Hebr. appropinquare facietis LXX. Vulg. offeretis. Alius, adducetis.

H. ascensionem. LXX. Vul. holocaustum. Alius, oblationem.

35. Hebr. retentio. Samar. perfectio retentionis. LXX. exodium. Vulg. qui est celeberrimus.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXIX. Numerorum.

Partem hujus Capitis, prout in Hexaplis erat, mutuamur ex Codice Colbertino 3084. ut est ibidem cum obelis & asteriscis.

v. 1. τὸ Σαμαρ. ἡμέραν ἀκουστήν. Sic omnes MSS. Regii & Edit. Rom. MSS. vero Regii hanc notam habent, τὸ Σαμαρειτικὸν, ἡμέραν ἀκουστήν. σημασίαν δὲ ἐν πολλοῖς τὸν σαλπισμὸν εὑρίσκομεν. i. *Samaritanus, diem audibilem, significationem autem in multis locis pro clangore tubarum usurpatam reperimus.* Interpres Origenis Hom. 23. vocat, *festivitatem memoriæ tubarum.* Drusius ponendum censuit, ἡμέρα ἀκουστὴ, quia textus Hebraïcus nominativum casum expetere videtur. Nos maluimus ut in manuscriptis omnibus exstabat exprimere.

v. 8. Ἄλλος, προσάξετε. Basil.

Ibid. Ἄλλος, κάρπωμα. Basil.

v. 35. Samar. τελείωσις ἐπισχέσεως. Sic omnes MSS. Regii cum Notis Edit. Romanæ. MSS. vero Cyrillo adscribunt. In hunc locum ita Drusius edisserit. τελείωσις ἐπισχέσεως, *perfectio retentionis aut inhibitionis, id est, perfecta retentio aut inhibitio.* עצר *cohibuit,* עצרה *cohibitio. Festum significat quo populus cohibetur ab opere. Sic dico* עצרה *est dies cessationis ab opere, cum homines vacant orationi & rebus divinis. Sic* ἑορτὴ, *a cohibendo. Proprie & ἀντονομαστικῶς* עצרה *dicitur* XXII. *Thesri, quæ est octava Succoth, i. festi tabernaculorum. Pentecoste tamen sic etiam vocatur. Ab eadem mente prisca Ecclesia Græcanica dixit* σύναξιν, *i. coactionem, & Latina,* collectam.

CAPUT XXX. NUMERORUM.

ואם־הפר יפר אתם אישה 13. Α. ἐὰν ἀκυρῶν ἀκυρώσῃ αὐτὰ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Ο. ἐὰν δὲ περιελὼν περιέλῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

13. Heb. & si infringendo infregerit ea vir ejus. A. si abrogando abrogaverit ea vir ejus. LXX. si autem circumauferens circumauferat vir ejus. Vulg. *sin autem extemplo contradixerit.*

NOTA.

v. 13. Hic Aquilæ locus ex Basiliensi prodit.

CAPUT XXXI. NUMERORUM.

אל ערבת מואב 12. Α. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. Εἰς τὴν πεδιάδα τῆς Μωάβ. Ο. Εἰς Ἀραβὼθ Μωάβ.

12. Heb. in solitudinibus Moab. A. ad plana Moab. S. in campestri Moab. LXX. in Araboth Moab. Vulg. *in campestribus Moab.*

על־דבר־פעור 16. ὁ Σαμαρ. διὰ λόγου Φογώρ. Ο. ἕνεκεν Φογώρ.

זכר 17. Ο. ἄρσενος. Ἄλλος, σπέρματος.

ידעו 18. Ο. οἶδε. Ἄλλος, ἔγνωσεν.

21. Ο. καὶ εἶπεν Ἐλεάζαρ, &c. Basil. ad marg. Καὶ εἶπεν Μωϋσῆς πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἱερέα. Εἶπον πρὸς τοὺς ἄνδρας τῆς δυνάμεως τοὺς ἐρχομένους ἐκ τοῦ πολέμου. τοῦτο τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου ὃ συνέταξε κύριος, πλὴν τοῦ χρυσίου καὶ τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ σιδήρου, καὶ κασσιτέρου, καὶ μολίβου πᾶν πρᾶγμα ὃ διελεύσεται ἐν πυρὶ, διάξετε ἐν πυρὶ, καὶ καθαρισθήσεται· ἀλλ' ἢ τῷ ὕδατι τοῦ ἁγνισμοῦ ἁγνισθήσεται· καὶ πάντα ὅσα ἂν μὴ διαπορεύηται διὰ πυρὸς, διελεύσεται δι' ὕδατος, καὶ πλυνεῖτε τὰ ἱμάτια ὑμῶν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ζ. καὶ καθαρισθήσεται, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται εἰς τὴν παρεμβολήν.

שא את ראש 26. τὸ Σαμαρ. λαβὲ τὸ τέλος. Ο. λαβὲ τὸ κεφάλαιον.

47. Ο. κυρίου, additur in Basil. καὶ ἐποίησαν Μωϋσῆς καὶ Ἐλεάζαρ ὁ ἱερεὺς ὃν τρόπον, &c.

16. *Heb.* super verbo Pehor. *Samar.* per verbum Phogor. *LXX.* propter Phogor. *Vulg. super peccato Phogor.*

17. *Heb.* masculum. *LXX.* masculi. *Alius*, seminis. *Vulg. generis masculini.*

18. *Hebr.* cognoverunt. *LXX.* novit. *Alius*, cognovit. *Vulg. virgines.*

21. *LXX.* Et dixit Eleazar, &c. *Basil. ad marg.* Et dixit Moyses ad Eleazar sacerdotem: Dic ad viros virtutis qui veniunt ex bello. Hæc est justificatio legis quam præcepit Dominus. Præter aurum & argentum & æs, & ferrum, & stannum, & plumbum, omne opus quod transibit in igne, deducetis in igne, & mundabitur; sed & aquâ purificationis purificabitur. Et omnia quæcumque non transierint per ignem, transibunt per aquam. Et lavabitis vestimenta vestra die septima, & mundabuntur, & postea ingredientur in castra.

26. *Heb.* tolle caput. *Samar.* sume impensam. *LXX.* accipe caput. *Vulg. tollite summam.*

47. *LXX.* Domini. *Additur in Basil.* Et fecerunt Moyses & Eleazar quemadmodum, &c.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXI. Numerorum.

v. 12. Ex Eusebio & Hieronymo. Vide supra, cap. 22. v. 1. & Deut. 1. 7.

v. 16. Samar. διὰ λόγου Φογώρ. Sic duo MSS. Regii, qui hanc notam habent, τὸ Σαμαρειτικὸν σαφέστερόν φησι· διὰ λόγου Φογώρ. i. *Samaritanus clarius dicit, per verbum Phogor.* Scholiastes Romanus ac post eum Drusius hanc notam adscribunt Anespero cuidam. Videlicet Romani Editores, ut arbitror, præfixam huic Scholio notulam abbreviatam ἀν significare putarunt ἀνέσπερος, quæ haud dubie sibi vult ἀνεπιγράφου, id est, *anonymi*, sive ad literam, *sine Autoris Epigraphe.* Qualia multa hujusmodi Scholia habentur in Catenis omnibus. Hujusmodi autem Notæ ignoratione Anesperum nobis illum commentitium invexerunt.

v. 17. Ἄλλος, σπέρματος. Sic Basiliensis sine Interpretis nomine.

v. 18. Ἄλλος, ἔγνωσεν. Ex Basil.

v. 21. Hanc lectionem, quæ in paucis differt a LXX. Interpretum versione, adfert ad marginem Codex Basiliensis, & ad Samaritanum textum concinnavit Origenes, ut supra non semel observavimus, ac in Hexaplorum margine descripsit, ut quidem opinamur.

v. 26. Samar. λαβὲ τὸ τέλος. Sic duo MSS. Regii & Edit. Rom.

Ibid. Additamentum hoc ex Basiliensi prodit: non est in Hebræo.

CAPUT XXXII. NUMERORUM.

הקנזי 12. ὁ Σαμαρ. ὁ Κενεζαῖος. Ο. διακεχωρισμένος.

הרבות 14. Ο. σύστεμμα. Ἄλλοι, σύστρεμμα.

תשובן 15. Ο. ἀποστραφήσεσθε. Ἄλλος, ἀποστήσεσθε.

נחלץ חשים 17. Ο. ἐνοπλισάμενοι προφυλακήν. Ἄλλος, ἐνοπλισάμενοι παρελευσόμεθα προφυλακῇ.

מוסבת שם 38. Ο. περιτετειχισμένας. Ἄλλος, περικεκαλυμμένας. Ἄλλος, περικεκυκλωμένας.

12. HEb. Cenisæi. *Samar.* Cenezæus. *LXX.* segregatus. *Vulg. Cenezæum.*

14. *Heb.* multiplicatio. *LXX.* contritio. *Alius*, convolutio. *Vulg. incrementa & alumni.*

15. *Heb.* aversi fueritis. *LXX.* avertetis vos. *Alius*, deficietis. *Vulg. quod si nolueritis sequi.*

17. *Heb.* accingemur properantes. *LXX.* armati in prima acie. *Alius*, armati pertransibimus prima acie *Vulg. armati & accincti pergemus ad prælium.*

38. *H.* versas nomine. *LXX.* circummuratas. *Alius*, circumtectas. *Alius*, circumdatas. *Vulg. versis nominibus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXII. Numerorum.

v. 12. τὸ Σαμαρ. Κενεζαῖος. Sic omnes Regii Codices & Edit. Rom. qui hanc notam habent. ἤγουν ὁ ἀποχωρίσας ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς τοῦ Ἰσραὴλ λέγοντος, οὐ πορευσόμεθα εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. i. *nimirum, segregans se a consilio Israel dicentis: Non ibimus in terram promissionis.* Unus Regius habet, Κενεζί.

v. 14. Ἄλλος, σύστρεμμα. Sic Edit. Rom. Incertum est utrum sit varia lectio, an alterius interpretatio.

v. 15. Ἄλλος, ἀποστήσεται. Sic Basiliensis.

v. 17. Ἄλλος, ἐνοπλισάμενοι παρελευσόμεθα προφυλακῇ. Ex Edit. Rom. Incertum autem an varia lectio LXX. Interpretum sit.

v. 38. O. περιτετειχισμένας. Ἀλλ. περικεκαλυμμένας Ἀλλ. περικεκυκλωμένας. Basil in textu habet περιτετειχισμένας. Ad marginem vero περικεκαλυμμένας, quasi variam lectionem adfert. Editio Rom. habet in textu περικεκυκλωμένας. Utra vero sit germana LXX. Interpretum versio, incertum. Sed certum videtur tres illas ad varios Interpretes pertinere.

CAPUT XXXIII. NUMERORUM.

בהר־שפר 23. Οἱ λοιποὶ, ὄρος Σαφάρ. O. Σαφάρ. Ἄλλος, Ἀρσαφάρ.

בבני יעקן 31. O. εἰς Βαναία. Ἄλλος, Βαναχάμ. Ἄλλος, υἱοὶ Ιακάν.

בנגב 40. ※ ἐν τῷ νότῳ.

בעיי 44. Σ. ἐν βουνοῖς. O. ἐν Γαΐ. Ἀλλ. ἐν τοῖς ὑψηλοῖς.

מעיים 45. Σ. ἐκ βουνοῖς. O. ἐκ Γαΐ.

בערבת מואב 48. A. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. ἐπὶ τῆς πεδιάδα τῆς Μωάβ. O. Θ. ἐπὶ δυσμῶν Μωάβ.

בית הישמת 49. O. ἀναμέσον Ἀσιμώθ. Ἄλλος, τῆς ἀοικήτου.

אבל השטים O. Βελσά. Ἄλλος, Βελσαττίμ.

בערבות מואב A. 50. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. ἐπὶ τῆς πεδιάδα τῆς Μωάβ. O. Θ. ἐπὶ δυσμῶν Μωάβ.

23. HEb. *Vulg.* in monte Sepher. *Reliqui*, in monte Saphar. *LXX.* Saphar. *Alius*, Arsaphar.

31. *H. Vulg.* in Bene Iaacan. *LXX.* in Banæa. *Alius*, Baniacan. *Alius*, filii Iacan.

40. *Heb.* in meridie ※ in Austro. *Vul. ad meridiem.*

44. *H.* in Hiie. *S.* in collibus. *LXX.* in Gaï. *Alius*, in excelsis. *Vulg. in Iieabarim.*

45. *H.* ex Hijim. *S.* ex collibus. *LXX.* ex Gai. *Vulg. de Iieabarim.*

48. *Heb. Vulg.* in campestribus Moab. *A.* ad plana Moab. *S.* in campestri Moab. *LXX. Th.* ad occasum Moab.

49. *H.* Beth Iesimoth. *LXX.* inter Asimoth. *Alius*, inhabitabilis. *Vulg. Bethsimoth.*

H. Abel Sittim. *LXX.* Belsa. *Alius*, Belsattim. *Vulg. Abelsatim.*

50. *H.* in campestribus Moab. *A.* ad plana Moab. *S.* in campestri Moab. *LXX. Th.* ad occidentem Moab. *Vulg. in planioribus locis Moabitarum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXIII. Numerorum.

v. 23. Οἱ λοιποὶ, ὄρος Σαφάρ. Ἀλλ. ἀρσαφάρ. Ex Basil. qui habet, Ἀρσαφάθ, mendose.

v. 31. Βανιακάν. Ἀλλ. υἱοὶ Ιακάν. Ex eodem. Forte melius legatur, εἰς υἱοὺς Ιακάν, vel, ἐν υἱοῖς Ιακάν.

v. 40. Sic Ern. Grabe.

v. 44. & 45. Σ. ἐν βουνοῖς. Σ. ἐκ βουνοῖς. Eusebius de Nominibus Hebraïcis. Αἰή, ἡ καὶ Ἀχελγαί. Σ. ἐν τοῖς βουνοῖς. In Editis deest Σ. Sed excidisse certum est. Nam Hieronymus sic vertit: *Ahie, qua & Achalgai, pro hac Symmachus interpretatur, in collibus.* Ἄλλος, ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. Ex Basiliensi.

v. 48. πρὸς ὁμαλὰ, &c. Vide quæ diximus supra, ad Cap. 22. v. 1.

v. 49. Ἄλλος, τῆς ἀοικήτου. Ex Basil. LXX. Interpretes legerunt, בין הישמת, qui vertunt ἀναμέσον Ἀσιμώθ.

Ibid. Βελσαττείμ. Ex Basil.

v. 50. Vide quæ diximus Num 22. v. 1.

CAPUT XXXIV. NUMERORUM.

זאת הארץ 2. O. αὕτη ἔσται. Ἄλλος, ἡ γῆ ἥτις ἔσται.

פאת נגב 3. Οἱ λοιποὶ, τὸ πρὸς νότον. O. τὸ πρὸς λίβα.

2. HEb. ea terra. *LXX.* hæc erit. *Alius*, terra quæ erit. *Vulg. vacat.*

3. *Heb.* angulus meridiei. *Reliqui*, quod ad Austrum. *LXX.* quod ad Africum. *Vulg. pars Meridiana.*

לבית אבתם 14. Αλλος, κτ̃ κλήρυς πατειῶν αὐτῶν. Αλλος, κατ' οἴκυς πατειῶν αὐτῶν. In O. vacat.

14. *Hebr.* ad domum patrum suorum. *Alius*, secundum sortes familiarum suarum. *Alius*, secundum domos familiarum suarum. *In LXX.* vacat. *Vulg. per familias suas.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXIV. Numerorum.

v. 2. Αλλος, ἡ γῆ ἥτις ἔςαι. Ex Basil.
v. 3. οἱ λοιποὶ, τὸ πρὸς νότον. Basil.
v. 14. Post Ρυβὴν, Basil. monet adjiciendum esse, κατὰ κλήρυς πατειῶν αὐτῶν, quod incertum an ex alia Editione LXX. Interpretum, an ex altero Interprete desumptum sit. Alii, κατ' οἴκυς πατειῶν αὐτῶν: quæ interpretatio cum Hebraïco convenit.

CAPUT XXXV. NUMERORUM.

בערבת מואב 1. A. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. ἐπὶ τῇ πεδιάδι τῆς Μωάβ. O. Θ. ἐπὶ δυσμῶν Μωάβ.

1. HEb. *Vul.* in campestribus Moab. *A.* ad plana Moab. *S.* in campestri Moab. *LXX. Th.* ad occasum Moab.

כורתם 5. O. μετρήσεις. Αλλος, καταμετρήσεις.

5. *H.* metiemini. *LXX.* metieris. *Alius*, dimetieris. *Vulg. vacat.*

פאת נגב O. τὸ πρὸς λίβα., Αλλος, τὸ πρὸς νότον.

Heb. angulum meridiei. *LXX.* quod ad Africum. *Alius*, quod ad Austrum. *Vulg. contra meridiem.*

כל־מכה 30. O. πᾶς πατάξας. Αλλος, πάντα πατάξαντα.

30. *Hebr.* omnis percutiens. *LXX.* omnis qui percusserit. *Alius*, omnem percutientem. *Vulg. homicida.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXV. Numerorum.

v. 1. A. πρὸς ὁμαλὰ, &c. Vide Cap. 22. v. 1.
v. 5. Αλλος, καταμετρήσεις. Ex Basiliensi.
Ibid. Αλλος, τὸ πρὸς νότον. Ex eodem. Videtur esse versio reliquorum Interpretum, ut Cap. præcedenti v. 3.
v. 30. πάντα πατάξαντα. Ex cod.

CAPUT XXXVI. NUMERORUM.

אבתיו 7. O. τῆς πατειᾶς αὐτῶ. Αλλος, τῆ πατρὸς αὐτῆ.

7. HEb. patrum suorum, *LXX.* familiæ suæ. *Alius*, patris sui. *Vul. de cognatione sua.*

מטות בני ישראל 9. O. οἱ ὑιοὶ Ισραήλ. Αλλος, αἱ φυλαὶ τῶν ὑιῶν Ισραήλ.

9. *H. & Alius*, tribus filiorum Israël. *LXX.* filii Israël. *Vulg. vacat.*

אביהן 11. O. τῆ πατρὸς αὐτῶν. Alius addit, εἰς γυναῖκας ἐκ τῆ δήμου ὑιῶν Μανασσῆ ὑιῆ Ιωσήφ.

11. *H. LXX. Vulg.* patris earum. *Alius addit*, in uxores ex populo filiorum Manassé filii Joseph.

בערבת מואב 13. A. πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σ. ἐπὶ τῇ πεδιάδι τῆς Μωάβ. O. Θ. ἐπὶ δυσμῶν Μωάβ.

13. *H. Vulg.* in campestribus Moab. *A.* ad plana Moab. *S.* in campestri Moab. *LXX. Th.* ad occasum Moab.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXXVI. Numerorum.

v. 7. Αλλος, τῆ πατρός. Ex Basiliensi.
v. 9. Αλλος, αἱ φυλαὶ τῶν ὑιῶν Ισραήλ. Ex Basil.
v. 11. εἰς γυναῖκας, &c. Hoc additamentum affertur a Basiliensi Codice: quod in Hebræo non reperitur.
v. 13. A. πρὸς ὁμαλὰ, &c. Vide ad Caput 22. v. 1.

IN DEUTERONOMIUM.

ADMONITIO.

DEUTERONOMII paucissimas Lectiones dederat Drusius, quas hic multis partibus auctiores proferimus, usi maxime Cod. Basiliensi, qui longe plura, quam alii, suppeditavit: etsi in Pentateucho, ubi scilicet eadem plerumque repetuntur, ac sæpe longa series nominum propriorum, tribuum, & familiarum contexitur, multo pauciores Interpretationes observent Mss. nostri, quam in aliis Scripturæ libris. Præter Basiliensem, adhibuimus item Codices & Libros Editos qui sequuntur.

Codicem Regium 1825.
Cod. Reg. 1872.
Cod. Reg. 1888.
Eusebium & Hieronymum de locis Hebraïcis.
Theodoretum, editum anno 1642.
Procopium in Heptateuchum.
Agellium in Canticum Deuteronomii.
Editionis Romanæ & Drusii Lectiones.

DEUTERONOMII,

CAPUT PRIMUM.

בערבה מול סוף 1. Α. Σ. ἐν τῇ ὁμαλῇ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Σ. Forte melius, ἐν τῇ πεδιάδι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ο. πρὸς δυσμαῖς πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

אל־בני ישראל 3. Α. Σ. Ο. Θ. πρὸς πάντας υἱοὺς Ισραήλ.

הר 7. Ο. Εἰς ὄρος. Αλλος, Εἰς τὴν γῆν.

שכניו Ο. περιοίκους· Αλλος, οἰκοῦντας.

בערבה Ακ. ἐν ὁμαλῇ. Συ. ἐν τῇ πεδιάδι. Ο. Αραβά. Θ. ἐν δυσμαῖς.

באו 8. Ο. Εἰσπορευθέντες. Αλλος, εἰσελθόντες. Αλλος, πορευθέντες.

ככוכבי 10. Ο. ὡσεὶ τὰ ἄστρα. Αλλος, καθὼς τὰ ἄστρα.

ומשאכם 12. Α. τὸ ἄρμα ὑμῶν. Σ. τὸ βάρος ὑμῶν. Ο. τὴν κόπον ὑμῶν.

דברת 14. Ο. ἐλάλησας. Αλλος, εἶπας.

מכם 17. Ο. ἀφ' ὑμῶν. Αλλος, ὑπὲρ ὑμᾶς.

עלה 21. Ο. ἀναβαίντες. Αλλος, διαβαίντες.

נבא 22. Ο. εἰσπορευσόμεθα. Αλλος, εἰσελευσόμεθα.

ותרגנו 27. Α. προσηρίσατε. Ο. διεγογγύζετε.

1. Heb. in planitie contra Suph. *A. S.* in planitie Rubri maris. *S. forte melius*, in campestri Rubri maris. *LXX.* ad Occidentem prope Rubrum mare. *Vulg. in solitudine campestri contra mare Rubrum.*

3. *Heb. Vulg.* ad filios Israel. *A. S. LXX. Th.* ad omnes filios Israël.

7. *Heb.* montem. *LXX.* in montem. *Alius*, in terram. *Vulg. ad montem.*

Heb. vicinos ejus. *LXX.* accolas. *Alius*, habitantes. *Vul. quæ ei proxima sunt.*

Heb. in solitudine. *A.* in planitie. *S.* in campestri. *LXX.* Araba. *Th.* ad Occidentem. *Vulg. campestria.*

8. *H. Vul.* ingredimini. *LXX.* ingressi. *Alius*, intrantes. *Alius*, euntes.

10. *H. Vulg.* sicut stellæ. *LXX.* velut sydera. *Alius*, quemadmodum sydera.

12. *Heb.* onus vestrum. *A.* molem vestram. *S.* pondus vestrum. *LXX.* molestiam vestram. *Vulg. negotia vestra.*

14. *H. LXX.* locutus es. *Alius*, dixisti quam vis. *Vul. quam vis facere.*

17. *Hebr. LXX.* a vobis. *Alius*, super vos. *Vul. vobis.*

21. *Heb. Vulg.* ascende. *LXX.* ascendentes. *Alius*, transeuntes.

22. *Heb.* veniemus. *LXX.* ingrediemur. *Alius*, intrabimus. *Vulg. ad quas pergere.*

27. *Hebr. Vul.* murmurastis. *A.* disceptastis.

Θ. παρεπικράνατε τὸ σόμα κυρίου.

כאשר ישא־איש את־בנו 31. A. ὡσεὶ αἴρει τροφὸς τὸν υἱόν. Σ. ἐβάστασεν. O. ὡς εἴ τις τροφοφορήσει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

ינחלנה 38. O. κατακληρονομήσει αὐτήν. Αλλος, κατακληροδοτήσει αὐτήν.

וטפכם אשר אמרתם לבז יהיה ובניכם 39. O. καὶ πᾶν παιδίον. Αλλος, καὶ τὰ παιδία ὑμῶν ἃ εἴπατε εἰς διαρπαγὴν ἔσεσθαι, καὶ πᾶν παιδίον.

ואתם פנו לכם וסעו המדברה 40. A. καὶ ὑμεῖς νεύσατε αὐτοῖς, καὶ ἐπάρατε τὴν ἔρημον. Σ. ἀναστρέψαντες ἐπάρατε εἰς τὴν ἔρημον. O. καὶ ὑμεῖς ἐπιστραφέντες ἐστρατοπεδεύσατε (Al. ἀνέβητε) εἰς τὴν ἔρημον.

לעלת 41. O. ἀναβαίνετε. Αλλος, ἀνέβητε.

LXX. obmurmuraſtis. *Th.* exacerbaſtis os Domini.

31. *Heb.* quemadmodum portat vir puerum ſuum. *A.* ſicut tollit nutritor filium. *S.* geſtavit. *LXX.* ſicuti ſi quis homo geſtat filium ſuum. *Vulg. ut ſolet homo geſtare parvulum filium ſuum.*

38. *Heb.* hæreditare faciet eam. *LXX.* in hæreditatem ſortietur eam. *Alius*, in hæreditatem dabit eam. *Vulg. forte terram dividet.*

39. *Heb.* & parvulus veſter, quem dixiſtis in prædam erit, & filii veſtri. *LXX.* & omnis parvulus. *Alius*, & parvuli veſtri, quos dixiſtis in direptionem fore, & omnis parvulus. *Vulg. parvuli veſtri de quibus dixiſtis, quod captivi ducerentur, & filii.*

40. *Heb.* & vos reſpicite vobis, & proficiſcimini in deſertum. *A.* & vos annuite vobis, & proficiſcimini in deſertum. *S.* converſi proficiſcimini in deſertum. *LXX.* & vos converſi caſtra moviſtis in deſertum. *Vulg. vos autem revertimini & abite in ſolitudinem.*

41. *Heb.* ad aſcendendum. *LXX.* aſcenditis. *Alius*, aſcendiſtis. *Vulg. cum pergeretis.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. I. Deuteronomii.

v. 1. A. Σ. ἐν τῇ ὁμαλῇ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Sic omnes Mſſ. Regii atque Druſius. Symmachus alibi ערבה ſemper vertit, πεδιάς, aut ἀοίκητος. Unde ſuſpicio oriatur hic Symmachum lapſu graphico cum Aquila conjungi. Vide ad verſum 7. infra. Lectioni Aquilæ & Symmachi ad hunc primum Deuteronomii verſum hoc Scholion adjicitur in omnibus Regiis Mſſ. οὕτως καλοῦνται τὰ μεταξὺ πεδία τῶν τῆς Ἀραβίας καὶ Ἰουδαίας ὀρῶν. *Sic vocantur campi inter montes Arabiæ & Judææ poſiti.*

v. 3. A. Σ. O. Θ. πρὸς πάντας υἱούς. Sic Baſil. legerint ergo, אל־כל־בני.

v. 7. Αλλος, εἰς τὴν γῆν. Ex Baſil.

Ibid. Αλλ. οἰκοῦντας. Ex eodem.

Ibid. Euſebius de locis Hebraicis in Editione Hieronymiana, p. 393. ſic habet Ἀραβά, Ακ. ὁμαλεῖα ἐν τῇ πεδιάδι. Θεοδ. ἐν δυσμαῖς πάλιν ἐν ἀοικήτῳ. Miram depravationem vides: ſed facilis nec dubia reſtitutio, ſi ſyllabas apte conjungas, ac divulſas ſuis vocibus reddas. Sic itaque legendum certum eſſe videtur. Ἀραβά. Ακ. ἐν ὁμαλῇ. Συ. ἐν τῇ πεδιάδι. Θεοδ. ἐν δυσμαῖς. Σ. πάλιν, ἐν ἀοικήτῳ. Ubi advertas in voce corrupta, ὁμαλεία, diphthongum ει, ex Cr, id eſt, Σύμμαχος. factam eſſe, ob ſimilitudinem literarum C & O, in Mſſ. Græcis unciali charactere conſcriptis, quales erant omnes ante nonum ſæculum, ut diximus in Palæographia Græca. Lectionem noſtram confirmat verſio Hieronymi, quæ ſic habet: *Araba: hanc ut ſupra, Aquila tranſtulit planam: Symmachus, interdum campeſtrem, interdum inhabitabilem, Theodotion, Occidentalem.* Sic ſolent autem vocem ערבה vertere iidem Interpretes, Aquila nimirum, ὁμαλὴ, ut ſupra v. 1. item infra Cap. 3. v. 17. Joſue 11. 2. Job. 39. 6. & alibi. Symmachus πεδιάς, vel πεδίον, vel ἀοίκητος. πεδιάς, Num. 22. 1. & 26. 3. ἀοίκητος, infra Deut. 3. 17. & Joſue 4. 13. Theodotio, δυσμαί.

v. 8. Αλλ. εἰσελθόντες. Αλλ. πορευθέντες. Baſil.

v. 10. καθώς. Baſil.

v. 12. A. τὸ ἄρμα. Σ. τὸ βάρος. Baſil. Hic ἄρμα, non currum, ſed pondus ſignificat, ut reſpondeat voci משא quam ſic ſolet Aquila vertere, ut videre eſt frequenter in Iſaia, & alibi.

v. 14. Αλλος, εἴπας. Baſil.

v. 17. Αλλος, ὑπὲρ ὑμᾶς. Ex Baſil. Rectius quam LXX. ἀφ' ὑμῶν Nam מכם eſt comparatio hic, & alibi frequenter.

v. 21. Αλλ. διαβάντες. Sic Baſil.

v. 22. Αλλος, εἰσελευσόμεθα. Baſil.

v. 27. A. προσοχθίσατε. Θ. παρεπικράνατε τὸ σόμα κυρίου. Ex Baſil.

v. 31. A. ὡσεὶ ἄρει τροφὸς τὸν υἱόν. Σ. ἐβάστασεν. Sic tres Mſſ. Regii. Druſius & Edit. Rom. ad Symmachum, βαστάσαι duo; alii, ἐβάστασεν.

v. 38. Αλλος, κατακληροδοτήσει. Baſil.

v. 39. O. ἐ πᾶν παιδίον. Hic prætermittitur a LXX. Interpretibus hæc clauſula textus Hebraici, וטפכם אשר אמרתם לבז יהיה quæ in Baſilienſi ex altero Interprete ſupplentur.

v. 40. Hujus verſiculi ſecundum Aquilam & Symmachum interpretationem ex Baſilienſi mutuamur. Vocem פנה νεύω, vertere ſolet Aquila, ut 1. Reg. 13. 18. Pſalm. 45. 6. Iſai. 13. 14.

v. 41. Αλλ. ἀνέβητε. Ex Baſil.

CAPUT II. DEUTERONOMII.

הערבה 8. A, τῆς ὁμαλῆς. Σ. τῆς πεδιάδος. O. τὴν Ἀραβά.

מרבר O. ἔρημον. Αλλος, ὄρους.

8. **H**eb. *A.* planiciei. *S.* campeſtris. *LXX.* Araba. *Vulg. campeſtrem.*

Heb. deſerti. *LXX.* deſertum. *Alius*, montis. *Vulg. ad deſertum.*

ועברו 13. O. ἀπάρατε. Ἄλλος, ἀνάβητε.

את־ער 18. O. τὴν Ἀροήρ. Ἄλλος, τὴν γῆν Σηείρ.

אעברה 27. O. παρελεύσομαι. Ἄλλος, πορεύσομαι.

בו 30. O. δι' αὐτοῦ. Ἄλλος, διὰ τῶν ὁρίων αὐτοῦ.

13. *Hebr.* & transite. *LXX.* & promovete. *Alius*, ascendite. *Vulg. ut transiremus.*

18. *Heb.* Har. *LXX.* ipsam Aroer. *Alius*, terram Seir. *Vulg. urbem nomine Ar.*

27. *Heb.* transibo. *LXX.* præteribo. *Alius*, ibo. *Vulg. transibimus.*

30. *Heb.* in eo. *LXX.* per ipsum. *Alius*, per terminos ejus. *Vulg. vacat.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. II. Deuteronomii.

v. 8. Vide Cap. præcedenti v. 1. & 7.
Ibid. Ἄλλος, ὄρει. Ex Basiliensi.
v. 13. Ἄλλος, ἀνάβατε. Ex eodem.
v. 18. Ἀλλ. τὴν γῆν Σηείρ. Ex eodem. Legerit fortasse שעיר, qui ita vertit.
v. 27. Ἀλλ. πορεύσομαι. Ex eodem.
v. 30. בו διὰ τῶν ὁρίων αὐτοῦ. Sic παραφραστικῶς quidam in Basiliensi, tacito nomine.

CAPUT III. DEUTERONOMII.

ונכהו 3. A. ἀνεθεματίσαμεν. O. ἐπατάξαμεν.

ארגב 4. Σ. περίμετρον. O. Ἀργόβ.

ממלכת O. βασιλέως. Ἄλλος, βασιλείας.

ונחרם 6. A. ἀνεθεματίσαμεν. O. ἐξωλοθρεύσαμεν.

מנחל 8. O. ἀπὸ τοῦ χειμάρρου. Ἄλλος, ἀπὸ τοῦ ὄρους.

צירנים יקראו 9. Σ. Θ. Σιδώνιοι ὀνομάζουσιν. O. οἱ Φοίνικες ἐπονομάζουσι. Ἄλλος, Σιδώνιοι ἐκάλουν. Ἀλλ. ἐπωνόμαζον.

ארגב 14. Σ. περίμετρον. O. Ἀργόβ.

המעכתי Οἱ λοιποί, καὶ τοῦ Μαχαεί. O. καὶ Μαχαθί.

והערבה והירדן 17. A. καὶ ὁμαλὴ καὶ Ἰορδάνης. Σ. καὶ πεδινή, καὶ ἀοίκητος, καὶ Ἰορδάνης. O. καὶ ἡ Ἀραβὰ καὶ ὁ Ἰορδάνης. Θ. καὶ ἐν δυσμαῖς καὶ ὁ Ἰορδάνης.

כנרת O. Μαχενερέθ. Ἄλλος, Μαχαναράδ. O. ἄλλως, Μαχαναρέθ.

ויתעבר 26. O. ὑπερεῖδεν. Ἄλλος, ὑπερέθετο.

הפסגה 27. A. Φασγά. O. λελαξευμένου.

תימנה O. λίβα. Ἄλλος, νότον.

יעבר לפני 28. O. διαβήσεται πρὸ προσώπου. Ἄλλος, προπορεύσεται.

3. HEb. LXX. & percussimus eum. *A.* exterminavimus. *Vulg. percussimusque eos.*

4. *Hebr. LXX. Vulg.* Argob. *S.* mensura.

Hebr. Alius, & *Vulg.* regni. *LXX.* Regis.

6. *Heb.* desolavimus. *A.* anathematizavimus. *LXX.* exterminavimus. *Vulg. delevimus.*

8. *H. LXX. Vulg.* a torrente. *Alius*, a monte.

9. *Heb.* Sidonii vocant. *S. Th.* Sidonii nominant. *LXX.* Phœnices cognominant. *Alius*, Sidonii vocabant. *Alius*, denominabant. *Vulg. Sidonii vocant.*

14. *Hebr. LXX. Vulg.* Argob. *S.* mensura.

Heb. Maachathi. *Reliqui*, & Machai. *LXX.* Machathi. *Vulg. Machati*,

17. & planitiem & Jordanem. *A.* & planities & Jordanis. *S.* & campestris & inhabitabilis & Jordanis. *LXX.* & Araba & Jordanis *Th.* & in occidente & Jordanis. *Vul. & planitiem solitudinis & Jordanem.*

Hebr. a Chennereth. *LXX.* Machenered. *Alius*, Machanarad. *LXX. aliter*, Machanareth. *Vulg. Cenereth.*

26. *Heb.* & transiit extra se. *LXX.* despexit. *Alius*, distulit. *Vulg. iratus est.*

27. *Heb.* collis. *A.* Phasga. *LXX.* excisi. *Vul. Phasga.*

Heb. Vulg. Austrum. *LXX.* Africum. *Alius*, Notum.

28. *Hebr.* transibit ad facies. *LXX.* transibit ante faciem. *Alius*, præibit. *Vulg. præcedet.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Deuteronomii.

v. 3. A. ἀνεθεματίσαμεν. Sic Edit. Rom. & Drusius. Verum hanc lectionem suspectam habeo, opinorque translatam huc ex versu 6. ubi in Hebraico legitur נחרם quam vocem, ἀναθεματίζειν, vertere solet Aquila Causa dubitandi hinc suboritur, quod omnes Regii Codices tres numero, qui ad versum 6. habent: Ακ. ἀνεθεματίσαμεν, ad hunc versum 3. nihil habeant. Nam illi Codices, ut in præcedentibus videre est, cum illis fere semper conveniunt, quibus usi sunt Editores Romani.

v. 4. Σ. περίμετρον. Ex Eusebio de locis Hebraïcis: καλεῖται δὲ νῦν Ἀργά, inquit ille, ἑρμηνεύει δὲ αὐτὴν ὁ Σύμμαχος περίμετρον. Hieron. *qui Arga appellatur, quod interpretatur Symmachus, mensuram.*

Ibid. Ἄλλος, βασιλείας. Ex Codice Basiliensi, tacito

Interprete,

Interprete, quem sequitur Vulgata.

v. 6. A. ἀντεθηματίσαμεν. Sic MSS. nostri & Edit. Rom.

v. 8. Ἄλλ☉, ἀπὸ τοῦ ὄρους. Ex Basil.

v. 9. Σ. Θ. Σιδώνιοι ὀνομάζουσιν. Omnes Interpretationes mutuamur ex Codice Basiliensi. LXX. Interpretes, Φοίνικες.

v. 14. Vide supra ad v. 4.

Ibid. οἱ λοιποὶ, καὶ τοῦ Μαχαιλ. Ex Basiliensi. Mendose, ut videtur, pro Μαχαθὶ, ob similitudinem literarum Θ & Ε, in manuscriptis Codicibus unciali charactere, quales erant omnes ante octavum & nonum sæculum.

v. 17. A. καὶ ὁμαλὴ καὶ Ιερδάνης, &c. Has omnes lectiones adfert Martianæus, Tom. 2. Op. Hieronymi, p. 842.

Ibid. O. Μαχειρεὶδ. Ἄλλ☉, Μαχαναραιδ. Ex Basiliensi. Tertia lectio Μαχαναριθ, habetur in Edit. Rom.

v. 26. Ἄλλ☉, ὑπερῆτο. Ex Basil.

v. 27. A. Φασγα Ex Basil. vocem Hebraïcam פסגה vertit supra Aquila, λαξευτὴ, Num. 21. 20. Vide ad Notam.

Ibid. Ἄλλ☉, τότε, Ex Basil.

v. 28. Ἄλλ☉, προσπερισσεύονται. Basil.

CAPUT IV. DEUTERONOMII.

לא תגרעו 2. O. οὐκ ἀφελεῖτε. Ἄλλος, οὐκ ἀπολείψετε.

מקרבך 3. A. ἀπὸ τῶν ἐγκάτων σου. Σ. ἐκ μέσου σου. O. Θ. ἐκ μέσου ὑμῶν. O. ἄλλως, ἐξ ὑμῶν.

חקים 8. O. δικαιώματα. Ἄλλος, ἐντολαί.

עד־לב השמים 11. O. ἕως ※ καρδίας: τοῦ οὐρανοῦ.

ענן A. ὁμίχλη. Οἱ λοιποὶ, νεφέλη. O. γνόφος.

תמונה 12. O. ὁμοίωμα. Ἄλλος, μορφήν.

אשר חלק יהוה אלהיך אתם לכל העמים תחת כל־השמים 19. A. Θ. ἃ τινα διεκόσμησε κύριος ὁ Θεός σου πᾶσι τοῖς λαοῖς κάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ. Σ. ἅτινα διεκόσμησε κύριος ὁ Θεός σου εἰς τοὺς λαοὺς ὑπὸ ὅλον τὸν οὐρανόν. O. ἃ ἀπένειμε κύριος ὁ Θεός σου αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ.

ואכלון 28. O. φάγωσιν. Ἄλλος, λαλήσωσιν.

השמיעך 36. O. ἀκουστὴ ἐγένετο. Ἄλλος, ἀκουστήν σοι ἐποίησαν.

ועד ים הערבה תחת אשדת הפסגה 49. ※ καὶ ἕως θαλάσσης τῶν δυσμῶν ἡλίου: ὑπὸ Ασηδὼθ τὴν λαξευτήν.

2. Heb. non diminuetis. *LXX. Vulg.* nec auferetis. *Alius*, non relinquetis.

3. *Heb.* ex interiori tuo. *A.* a visceribus tuis. *S.* de medio tui. *LXX. Th. Vulg.* de medio vestri. *LXX. aliter*, de vobis.

8. *Heb.* statuta. *LXX.* justificationes. *Alius*, præcepta. *Vulg. cæremonias.*

11. *Heb.* usque ad cor cœlorum. *LXX.* usque ad ※ cor: cœli. *Vul. usque ad cælum.*

Heb. Reliqui & Vul. nubes. *A.* nebula. *LXX.* caligo.

12. *Heb.* imaginem. *LXX.* similitudinem. *Alius*, & *Vul.* formam.

19. *Heb.* quas partitus est Dominus Deus tuus eas omnibus populis sub omnibus cœlis. *A. Th.* quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus populis sub omni cœlo. *S.* quæ distribuit Dominus Deus tuus in populos sub universo cœlo. *LXX.* quæ dispensavit Dominus Deus tuus ea omnibus gentibus, quæ sunt sub cœlo. *Vulg. quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt.*

28. *H. LXX.* comedent. *Alius*, loquentur. *Vul. comedunt.*

36. *Heb.* audire fecit te. *LXX.* audita facta est. *Alius*, auditam tibi fecerunt. *Vul. te fecit audire.*

49. *H.* & usque ad mare solitudinis sub declivitatibus collis. ※ & usque ad mare occasûs solis: sub Asedoth excisam. *Vul. usque ad mare solitudinis, & usque ad radices montis Phasga.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IV. Deuteronomii.

v. 2. οὐκ ἀπολείψετε. Ex Basiliensi.

v. 3. Hæ lectiones ex Basil. prodeunt. A. ἀπὸ τῶν ἐγκάτων σου. Sic etiam Aquila, Exod. 3. 18. & Num. 14. 14. Σ. ἐκ μέσου σου. O. Θ. ἐκ μέσου ὑμῶν. In Romana τῶν O. Editione, ἐξ ὑμῶν legitur.

v. 8. Ἄλλος, ἐντολαί. Ex Basil.

v. 11. A. ὁμίχλη. Οἱ λοιποὶ, νεφέλη. ענן νεφέλη, vertit Aquila, Exod. 14. 20.

v. 12. Ἄλλος, μορφήν Sic Basiliensis tacito Interprete.

v 19. Sic in Basiliensi, omnium accuratissimo, distinguuntur lectiones trium Interpretum. In Editione Romana & Drusio: A. S. Th. ἃ τινα διεκόσμησεν κύριος ὁ Θεός σου εἰς πάντας τοὺς λαοὺς ὑφ᾽ ὅλον τὸν οὐρανόν. Nimirum quia inter versionem Aquilæ & Theod. & interpretationem Symmachi parum intercedebat discriminis, omnes simul miscuerunt, itidemque Regii Codices. Unus ex iis habet, ἃ διεμέρισεν, suae Interpretis nomine. Idem alio loco, Ακύλ. πᾶσι τοῖς λαοῖς ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ.

v. 28. Ἄλλος, λαλήσωσιν. Nescio quid legerit qui ita vertit: an יאמרון

v. 36. Ἄλλος, ἀκουστήν σοι ἐποίησαν. Ex Basil.

v. 49. Sic Ern. Grabe.

CAPUT V. DEUTERONOMII.

פסל 8. Αλλοι, γλυπτόν. O. εἴδωλον.

לשוא 11. O. ἐπὶ ματαίῳ. Αλλος, εἰς εἰκῆ.

שמור 12. O. φύλαξαι. Αλλος, μνήσθητι.

אשר בשעריך 14. O. ὁ παροικῶν ἐν σοί. Αλλος, ὁ ἐντὸς τῶν πυλῶν σου.

והארכתם 33. O. μακροημερεύσητε. Αλλος, μακροήμεροι ἔσεσθε.

8 HEbr. *Alii & Vulg.* sculptile. *LXX.* idolum.

11. *H.* in vanum. *LXX.* in vano. *Alius*, temere. *Vulg. frustra.*

12. *Heb. Vulg.* observa. *LXX.* custodi. *Alius*, memento.

14. *H.* qui in portis tuis. *LXX.* qui incolit in te. *Alius & Vulg.* qui est intra portas tuas.

33. *H.* & prolongetis. *LXX.* longævi sitis. *Alius*, longævi eritis. *Vulg. & protelentur dies.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. V. Deuteronomii.

v. 8. Αλλοι, γλυπτόν. Sic Basiliensis qui hanc vocem in textu habet. Ad marginem vero εἴδωλον. Supra Exodi 20. 4. A. S. Th. γλυπτόν. O. εἴδωλον.

v. 11. εἰς εἰκῆ. Ex Basil. Videtur autem esse Aquilæ qui sic habet, εἰς εἰκῆ, ad eandem vocem Hebraicam, לשוא Exod. c. 20. v. 7.

v. 12. Αλλος, μνήσθητι. Ex Basil.

v. 14. Αλλος, ὁ ἐντὸς τῶν πυλῶν σου. Ita Basiliensis, tacito Interprete, quem sequitur Vulgata.

v. 33. Αλλος, μακροήμεροι ἔσεσθε. Ex Basil.

CAPUT VI. DEUTERONOMII.

לבבך 5. O. τῆς διανοίας. Αλλος, τῆς καρδίας.

שננתם 7. O. προβιβάσεις. Αλλος, δευτερώσεις.

בשבתך בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך O. καθήμενος ἐν οἴκῳ, καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ, καὶ κοιταζόμενος, καὶ διανιστάμενος. Αλλος, ἐν τῷ καθῆσθαί σε ἐν οἰκίᾳ σου, καὶ ἐν τῷ πορεύεσθαί σε ἐν ὁδῷ, καὶ ἐν τῷ καθεύδειν σε, καὶ ἐν τῷ ἀνίστασθαί σε.

לטטפת 8. A. ἄσακτα. (Al ἀτίνακτα.) Σ. διεσταλμένα. O. ἀσάλευτον. Al. ἀσάλευτα.

וכתבתם 9. O. καὶ γράψετε αὐτά. Αλλος, καὶ γράψεις αὐτά.

פן־תשכח 13. O. μὴ ἐπιλάθῃ. Αλλος, μὴ πλατυνθῇ ἡ καρδία σου, καὶ ἐπιλάθῃ.

חקיו 17. A. ἀκριβάσματα. O. δικαιώματα.

אשר צוך O. ὅσα ἐνετείλατό σοι. Αλλος, ἃ ἐντέλλομαί σοι.

החקים 20. A. ἀκριβάσματα. Σ. προστάγματα. O. δικαιώματα.

את־כל החקים 24. O. πάντα τὰ δικαιώματα. Αλλος, πάσας τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ κρίματα.

5. HEb. *Alius, & Vulg.* corde. *LXX.* mente.

7. *H.* repetes. *LXX.* præscribes. *Alius*, duplicabis. *Vul. narrabis.*

Hebr. in sedendo te in domo tua, & in eundo te in via, & in accumbendo te, & in surgendo te *LXX.* sedens in domo, & ambulans in via, & dormiens, & exurgens. *Alius*, in sedendo te in domo tua, & in ambulando te in via, & in dormiendo te, & in surgendo te. *Vulg. sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens.*

8. *Hebr.* in frontalia. *A.* immota. *S.* distincta *LXX.* immobile. *Al.* immobilia. *Vulg. & movebuntur.*

9. *H. Alius*, & scribes ea. *LXX.* & scribetis ea. *Vulg. scribetisque ea.*

13. *H. LXX. Vul.* ne obliviscaris. *Alius*, ne dilatetur cor tuum & obliviscaris.

17. *H.* statuta. *A.* accurate statuta. *LXX.* justificationes *Vulg. caremonias.*

H. quæ præcepit tibi. *LXX.* quæcumque præcepit tibi. *Alius*, quæ præcipio tibi. *Vul. quas præcepit tibi.*

20. *Heb.* statuta. *A.* accurate statuta. *S.* præcepta. *LXX.* justificationes. *Vulg. caremonia.*

24. *Hebr.* omnia statuta. *LXX* omnes justificationes. *Alius*, omnia præcepta & judicia. *Vul. legitima.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VI. Deuteronomii.

v. 5. Ἀλλ@, τῆς καρδίας. Basil. Verisimile est esse reliquorum omnium Interpretum.
v. 7. Ἄλλος, δευτερώσεις. Sic Basil. sine nomine Interpretis.
Ibid Ἀλλ@, ἐν τῷ καθῆσθαι, &c. videtur esse Aquilæ, qui Hebraica, κατὰ πόδα, sequitur. Ex Basil.
v. 8. A. ἄσαλα, melius, ἀτίνακτα. Σ. διεσταλμένα. Ex Basil. Vide quæ diximus Exod. 13. 16.
v. 9. Ἄλλος, ἐπὶ χεῖλος αὐτά. Basil.
v. 13. Ἀλλ. μὴ πλατυνθῇ ἡ καρδία σου, καὶ ἐπιλάθῃ. Basil.
v. 17. A. ἀκριβάσματα. Basil. de hac Aquilæ interpretatione sæpissime actum est.
Ibid. ἐντέλλομαί σοι. Basil.
v. 20. A. ἀκριβάσματα. Σ. προστάγματα. Sic uterque vertere solet.
v. 24. Ἄλλος, πάσας τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ κρίματα. Basil.

CAPUT VII. DEUTERONOMII.

כי יביאך יהוה אלהיך 1. O. καὶ ἔσται ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν σε κύριον τὸν Θεόν σου. O. ἄλλως, ἐὰν δὲ εἰσαγάγῃ σε κύριος ὁ Θεός σου.

רבים O. μεγάλα. Ἄλλος, πολλά. Ἄλλος, ἰσχυρά.

החרם 2. O. ἀφανιεῖς. Ἄλλος, ἀναθεματιεῖς.

וידעת 9. O. γνώσῃ. Ἄλλος, γνώσεσθε.

ממך 15. Οἱ λοιποὶ, ἀπὸ προσώπου σου. O. ἀπὸ σοῦ.

מצרים הרעים אשר ידעת לא ישימם בך A. Αἰγύπτου τὰ πονηρὰ ὅσα ἔγνως, οὐ θήσει αὐτὰ ἐν σοί. Σ. Αἰγύπτου τὰς πονηρὰς ἃς οἶδας οὐ ποιήσεις ἐν σοί. O. Αἰγύπτου τὰ πονηρὰ, ἃ ἑώρακας, καὶ ὅσα ἔγνως, οὐκ ἐπάξει ἐπὶ σέ. O. ἄλλως, Αἰγύπτου τὰς πονηρὰς, ἃς ἑώρακας, καὶ ὅσα ἔγνως, οὐκ ἐπιθήσει ἐπὶ σέ.

מוקש 16. O. σκῶλον. Ἄλλος, σκάνδαλον.

ראו 19. O. ἑώρακαν. Ἄλλος, εἶδον. Ἄλλος, ἑωράκασιν.

והמם מהומה גדלה עד השמדם 23. A. καὶ φαγεδαινώσει αὐτοὺς φαγεδαίνῃ μεγάλῃ. Σ. καὶ ταράξει αὐτοὺς ταραχὴν μεγάλην. O. καὶ ἀπολεῖς αὐτοὺς ἀπωλείᾳ μεγάλῃ ἕως ἂν ἐξολοθρεύσητε αὐτούς. Θ. καὶ ἐκστήσει αὐτοὺς ἔκστασιν μεγάλην, ἕως ἐκτρίψῃ αὐτούς.

וזהב עליהם ולקחת לך פן תוקש בו 25. O. οὐδὲ χρυσίον ἀπ' αὐτῶν οὐ λήψῃ σεαυτῷ, μὴ πταίσῃς δι' αὐτό. Ἄλλος, χρυσίον ἐπ' αὐτοῖς, καὶ οὐ λήψῃ σεαυτῷ, μήποτε σκωλωθῇς ἐν αὐτῷ. Ἄλλος, λαβεῖν σεαυτῷ.

1. *Heb. Vulg.* cum introduxerit te Dominus Deus tuus. *LXX.* & erit in introducendo te Dominum Deum tuum. *LXX. aliter*, si autem introduxerit te Dominus Deus tuus.
Heb. Alius, & Vulg. multas. *LXX.* magnas. *Alius*, robustas.

2. *H.* perdes. *LXX.* delebis. *Alius*, anathematizabis. *Vulg. percuties.*

9. *H.* & scias. *LXX.* noveris. *Alius*, cognoscetis. *Vulg. scies.*

15. *H. LXX. Vul.* a te. *Reliqui*, a facie tua.

H. ægritudines Ægypti malas, quas nosti, non ponet eas in te. *A.* Ægypti mala, quæcumque nosti, non ponet ea in te. *S.* Ægypti malas, quas nosti, non facies eas in te. *LXX.* Ægypti mala, quæ vidisti, & quæcumque nosti, non inducet super te. *LXX. aliter*, (morbos) Ægypti malos, quos vidisti, & quæcumque nosti, non imponet super te. *Vul. & infirmitates Ægypti pessimas, quas novisti, non inferes tibi.*

16. *H.* laqueus. *LXX.* offendiculum. *Alius*, scandalum. *Vulg. ruinam.*

19. *H. LXX. Vulg.* viderunt. *Alius*, inspexerunt. *Alius, item.*

23. *Heb.* & conteret eas contritione magna, usque ad dispersionem earum. *A.* & edaces faciet eos morbo edacitatis magno. *S.* & turbabit eos turbatione magna. *LXX.* & perdes eos perditione magna, quoadusque exterminaveritis eos. *Th.* & mente excedere faciet eos excessu magno, donec atterat eos. *Vulg. & interficiet eos, donec penitus deleantur.*

25. *Heb.* & aurum super eis, & capias tibi, ne forte te illaquees. *LXX.* neque aurum ab eis sumes tibi, ne cadas propter ipsum. *Alius*, aurum super ipsis, & non capias tibi, ne forte offendas in eo. *Alius*, sumere tibimetipsi. *Vulg. & aurum de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas.*

Digitized by Google

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VII. Deuteronomii.

v. 1. O. ἃ ἴσασιν ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν, &c. Hæc prior lectio in Codice Basiliensi habetur in textu. Altera vero quæ nunc legitur in Editione Romana, ἐὰν δὲ εἰσαγάγῃ, scribitur ad marginem ejusdem Codicis. In Edit. Rom. habetur, εἰσαγάγῃ.

Ibid. Ἄλλος, πολλά. Ἄλλος, ἰσχυρά. Basil.

v. 2. Ἀναθεματιεῖς. Est, ut videtur, lectio Aquilæ, qui vocem החרם, ἀναθεματίζειν, vertit Exod. 22. 20. & Deut. 36.

v. 9. Ἄλλος, γνώσεσθε. Ex Basil.

v. 15. αἱ λοιποί, ἀπὸ προσώπου σου. Basil.

Ibid. Hæ lectiones Aquilæ & Symmachi ex eodem Basiliensi prodeunt. Prior lectio, τῶν O. in eodem Codice ponitur ad marginem, præfixa litera O. ut notet LXX. Interpretum esse. Altera habetur in textu, ut in Romana Editione. Ea de re in Præliminaribus disserimus.

v. 16. Ἄλλος, σκάνδαλον. Ex Basiliensi.

v. 19. Ἄλλος, εἶδον. Ἄλλος, ἑωράκατε. Ex Basil.

v. 23. A. καὶ φαγεδαινώσει αὐτοὺς φαγέδαινα μεγάλη, &c. Has omnes lectiones mutuamur ex Basiliensi. φαγέδαινα, est morbus edacitatis. Sic infra ex Aquila, c. 28. v. 20. & 1. Reg. 5. 11.

v. 25. Ἄλλος, χρυσίον ἐπ' αὐτοῖς, &c. Ex Basil.

CAPUT VIII. DEUTERONOMII.

את־המן 3. O. τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἄλλος, τὸ μάνα, χωρὶς τοῦ, ἐν τῇ ἐρήμῳ. O. ἄλλως, τὸ μάννα.

ורם לבבך 14. A. καὶ ὑψωθεὶς τῇ καρδίᾳ σου. O. ὑψωθῇς τῇ καρδίᾳ. Θ. καὶ ὑψωθῇ ἡ καρδία σου.

ואמרת 17. O. μὴ εἴπῃς. Ἄλλος, καὶ οὐκ ἐρεῖς.

3. HEb. man. *LXX.* manoa in deserto. *Alius*, manoa, *absque illo*, in deserto. *LXX. aliter & Vulg.* manna.

14. *H.* & elevetur cor tuum. *A.* & elevatus corde tuo. *LXX.* exalteris corde. *Th.* & elatum fuerit cor tuum. *Vulg. elevetur cor tuum.*

17. *H.* & dices. *LXX.* ne dixeris. *Alius*, & non dices. *Vulg. ne diceres.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VIII. Deuteronomii.

v. 3. O. τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ. Hæc lectio quasi LXX. Interpretum habetur in Cod. Basiliensi, sequens vero ad marginem. In Editione Romana, τὸ μάννα, tantum legitur: nam cætera non sunt in Hebræo. Illud autem, ἐν τῇ ἐρήμῳ, non pertinet ad hunc versum, sed ad sextum decimum, ubi legitur in Hebræo, מן במדבר

v. 14. A. καὶ ὑψωθεὶς, &c. Has lectiones A. & Th. ex Basiliensi mutuamur.

v. 17. Ἄλλος, καὶ οὐκ ἐρεῖς. Ex Basiliensi.

CAPUT IX. DEUTERONOMII.

גדלים ועצמים ממך 1. O. μεγάλα καὶ ἰσχυρότερά σου. Ἄλλος, μεγάλα καὶ ὀστεινὰ ὑπὲρ σέ. O. ἄλλως, μεγάλα καὶ ἰσχυρότερα μᾶλλον ἢ ὑμεῖς.

ברשעת הגוים האלה 5. O. διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν. O. ἄλλως, διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐθνῶν τούτων.

ההוא 19. O. τούτῳ. Ἄλλος, ἐκείνῳ.

יהוה 26. O. βασιλεῦ τῶν θεῶν. Ἄλλος, βασιλεῦ τῶν ἐθνῶν.

נחלתך O. κληρονομίαν. Ἄλλος, μερίδα.

1. HEb. magnas & firmas ossibus præ te. *LXX.* magnas & fortiores te. *Alius*, magnas & osseas super te. *LXX. aliter*, magnas & fortiores magis quam vos. *Vul. maximas & fortiores te.*

5. *H.* in impietate gentium istarum. *LXX.* ob iniquitatem eorum. *LXX. aliter*, propter impietatem gentium istarum. *Vulg. quia illæ egerunt inique.*

v. 13. O. τὰ δῶρα, Coislin. in marg. οἱ λοιπ- εἰρηνικῶν αὐτοῦ, quæ referenda ad extremam versiculi vocem שלמיו. v. 15. O. δωρεῖται. Coislin. in marg. προσφέρει. v. 16. O. εὐχὴ, Coislin. in marg. ἐπὶ ὅρκῳ.

v. 18. Coislin. in margine. A. ἀπόβλητον. Θ. φιγγούλ. οἱ λοιπ. ἄχρηστον, & postea, ἐν ἄλλοις βιβλίοις ἀπόβλητον εὗρον. ὁ μέντοι Θ. φησὶ φιγγούλ ἔσται, ὁ δὲ A. ἀπόβλητον. Vide suo loco ubi legitur A. Σ. ἀπόβλητον Θ. φιγγούλ.

v. 24. O. θνησιμαίων. Coislin. in mar. ἀπερριμμένον, & v. 29. O. σωτηρίου. in marg. τελειώσεως.

v. 30. O. καρπώματα, in marg. προσφοράς.

v. 33. O. βραχίων. m. κνήμη. v. 35. O. χρίσις, marg. ἡ μεγαλειότης. v. 36. O. νόμιμον. marg. μερίδα. v. 37. O. ὁλοκαυτωμάτων. marg. καρπώσεων & θυσίας. m. ἱλασμοῦ & τελειώσεως. in marg. πληρώσεως, quæ omnia vel Scholia sunt, vel variæ lectiones sæpius repetitæ.

LEVITICI CAP. VIII.

הקהל 3. O. ἐκκλησίασον. Ἄλλος, συνάθροισον.

בחשב האפד 7. A. ἐν τῷ διαζώσματι τοῦ ἐπενδύματος. Σ. Θ. τῷ μηχανώματι τῆς ἐπωμίδος. O. κατὰ τὴν ποίησιν τῆς ἐπωμίδος.

את־החשן 8. Σ. τὸ δοχεῖον. O. τὸ λογεῖον.

ואת־ערו 17. O. καὶ τὴν βύρσαν. Ἀλλ. τὸ δέρμα.

ויקטר 20. Οἱ λοιποὶ, ἐθυμίασε. In O. vacat.

תנוך 23. Σ. ἕλικα. O. λοβόν. Ἄλλος, ὕψος.

ואת־האליה 25. A. τὴν κέρκον. Σ. Θ. τὸ κέρκιον. O. τὴν ὀσφύν.

את יתרת הכבד A. τὸ περίσσευμα τοῦ ἥπατος. O. τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος.

את שוק הימין Οἱ λοιποὶ, τὴν κνημίδα τὴν δεξιάν. O. τὸν βραχίονα τὸν δεξιόν.

3. **H**Ebr. *Alius*, congrega. *LXX.* convoca. *Vul. congregabis.*

7. *Hebr. S. Th.* in artificio superhumeralis. *A.* in cinctura superindumenti. *LXX.* secundum structuram superhumeralis. *Vulg. & desuper humerale.*

8. *Heb.* pectorale. *S.* receptaculum. *LXX.* rationale. *Vul. rationali.*

17. *Heb. LXX. Alius*, & pellem ejus. *Vulg. cum pelle.*

20. *Hebr.* suffire fecit. *Reliqui*, *Vul.* adolevit. *In LXX. vacat.*

23. *Hebr.* cartilaginem. *S. Vul.* extremum. *LXX.* pennam. *Alius*, cacumen.

25. *Hebr. A. S. Th.* caudam. *LXX.* lumbum.

Hebr. fibram jecoris. *A.* superfluitatem jecoris. *LXX.* pennam jecoris. *Vulg. reticulumque jecoris.*

Hebr. armum dextrum. *Reliqui*, crus dextrum. *LXX.* brachium dextrum. *Vulg. armo dextro.*

Notæ ad Cap. VIII. Levitici.

v. 1. στολάς. Coislin. in marg. φάρεα, ut supra non semel.

v. 9. O. ἐπὶ τῆς μίτρας. Coislin. ad marg. οἱ λοιποὶ κιδάριας. Ibid. O. πέταλον, Coislin. in margine στέφανον. Ibid. O. τὸ καθηγιασμένον. Coislin. in marg. Σ. ἄβατον: ἱερίου, quæ quo pertineant non satis capere possum.

v. 11. supra in nota diximus, unctionem tabernaculi a LXX. omissam esse; sed est in fine versus.

v. 13. O. κιδάρεις. Coislin. in marg. πίλια, quæ est lectio Samaritani v. 9. ubi vide.

v. 19. O. ἐντεταμένωσε. Coislin. ad marg. ἀπῆλθε κατὰ μὲν αὐτοῦ. Est forte Scholion. v. 24. O. τοὺς λοβούς. Coislin. ad. marg. τα ὑψηλά.

v. 26. Coislin. quædam habet in textu, quæ non sunt in Edit. Romana, vel transposita sunt; & varias lectiones adjicit in margine, v. g. in textu τῆς τελειώσεως in marg. οἱ λοιποι, τῶν ἀζύμων. In textu ἄρτος οἱ λοιπ. κόλλυραν. In textu O. ἄρτον ἐξ ἐλαίου, in marg. ψωμὸν ἠλειμμένον. In text. λάγανον, in marg. ἀπαλόν.

v. 29. O. ἀφεῖλεν. Coislin. ad marg. ἀφώρισεν & pro κάρπωμα. marg. προσφορά.

Notæ ad Cap. IX. Levitici.

v. 4. O. θυσίαν. Coislin. in marg. κάρπωσιν. v. 7. O. τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας. Coisl. ad marg. τὸν ἱλασμόν.

v. 10. O. τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος. Coisl. ad m. τὸ περισσὸν τοῦ ἥπατος, quæ videtur esse versio Aquilæ, ut supra.

v. 14. O. τὴν κοιλίαν. Coisl. in marg. τὰ ἐνδόσθια.

v. 15. O. ἐκαθάρισεν. Coislin. ad marg. A. περιεμάρτυσεν, ἵλασεν. sic: ubi illud, ἵλασεν, vel Scholion vel altera versio est. In Edito supra περιεμάρτυσεν tantum sine interpretis nomine.

v. 18. O. προσήνεγκαν. Coislin. in marg. ἐπέδωκαν.

LEVITICI CAP. X.

מחתתו 1. O. τὸ πυρεῖον αὐτοῦ. Ἄλλος, θυμιατήριον.

שכר 9. O. σίκερα. Ἄλλος, μέθυσμα.

החקים 11. O. νόμιμα. Ἄλλος, ἠκριβασμένα.

1. **H**Ebr. *LXX.* thuribulum suum. *Alius*, thymiaterium. *Vulg. thuribulis.*

9. *Hebr. LXX.* siceram. *Alius*, *Vulg.* omne quod inebriare potest.

11. *Hebr.* statuta. *LXX. Vulg.* legitima. *Alius*, accurate statuta.

Notæ ad Cap. X. Levitici.

v. 3. O. κατενύχθη. Coislin. ad marg. παρεμυθήθη, ἐσιώπησεν.

v. 6. O. ἀποκιδαρώσετε. Coislin. in marg. καλύψετε forte ἀποκαλύψετε. Ibid. O. διαῤῥήξετε. marg. διαλύσετε.

v. 11. Ἀλλ. ἠκριβασμένα. Est, ut videtur, Aquilæ.

v. 14. O. ὁμοιμέν ϐι. Coislin. ad marg. μικρὰ γὰρ εν αὐτῷ. & v. 15. O. καρπωμάτων. in marg. προσφορῶν. v. 16. O. ἐνετυπώσατο. Coislin. in marg. ἐκέλευσε. v. 17. O. ἀφίλωσεν. in marg. ἀνεδέξατο. v. 19. O. μὴ ἀρεστόν· Coislin. ad marg. εἰ ἀρεστόν.

LEVITICI CAP. XI.

את־הרחם 18. O. κύκνον. Ἄλλος, ταῶν.

איננה מעלה 26. O. ȣ̓ μηρυκᾶται. Ἄλλος, ȣ̓ κατάγει.

כלי 33. O. σκεῦος. Ἄλλος, ἄγγος.

גחון 42. A. στῆθος. O. κοιλίας.

18. HEb. Philostorgos. *LXX.* cygnum. *Alius*, pavonem. *Vul. porphyrionem.*

26. *Heb.* non ipsum ascendere facit. *LXX.* non ruminat. *Alius*, non reducit. *Vulg. nec ruminat.*

33. *Hebr. LXX. Alius, Vulg.* vas.

42. *Hebr. A. Vulg.* pectus. *LXX.* ventrem.

Notæ ad Cap. XI. Levitici.

Hæc animalium nomina coofusa & permixta suot. Hic lectiones quæ ad marginem Coisliniani norantor confertim proferimus, iis solum omissis quæ jam exbibitæ sunt. v. 5. O. δασύποδα. A. λαγωόν. quod sine nomine Interpretis adsertur in Edito. v. 14. O. τὰ ὅμοια. io marg. εἰς τὸ γένος. v. 15. στρουθὸν m. στρουθοκάμηλον. v. 17. O. καταράκτην. m. ΤΟΝ ΤΙΡΕΑ. (sic) v. 19. O. ἔποπα m. ἀγριόγαλα. Ibid. O. νυκτερίδα m. τὴν χελιδόνα καὶ τὸν ἀφώσταγα. v. 22. O. βροῦχον m. γρύλλα. O. ἀττάκην A. Θ. πολιιώ. In Edito supra Σ. Θ. πολιιὼ, ex Basiliensi. Potius Coislinianum sequerer, quia tam scrupulosa versio Aquilæ potius, quam Symmacho convenit. Ibid. O. ὀφιομάχην, m. ἀττακίδα.

v. 31. O. ᾧ ἂν ποιηθῇ ἔργον. Coislin. ad marg. ἐν ᾧ γίνεται ἔργον. v. 35. O. καθαιρεθήσονται, m. ἐξαρθήσονται. v. 40. O. ὁ ἐσθίων m. ὁ ἀναφέρων. v. 44. O. κινουμένοις. m. ἕρπουσιν. v. 47. O. διαστεῖλαι, m. ἀφορίσαι. Ibid. O. τῶν ζωογονούντων. m. τῶν ζώων τῶν βιβρωσκομένων.

Notæ ad Cap. XII. Levitici.

v. 4. O. καθήσεται ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς. Coislin. ad marg. A. Σ. ,Θ. καθάρσεως καθαρισμοῦ. Basil. vero καθαρίσεως καθαρισμοῦ. Alii; καθιεῖς ἕως καθαρισμοῦ. Quam postremam propius ad veritatem accedere putamus, si legatur καθιεῖ ἕως καθαρισμοῦ. *Sedebit usque ad purificationem.* Hæc tamen lectio sic restituta non prorsus convenit cum Hebræo, ubi legitur תשב בדמי טהרה *Sedebit in sanguinibus purificationis suæ.*

v. 6. O. νεοσσὸν Coisl. in marg. υἱόν. Ibid. O. περὶ ἁμαρτίας. Coislin. io marg. εἰς ἱλασμόν.

LEVITICI CAP. XIII.

בהרת לבנה 4. A. καὶ οἱ λοιποὶ, αὔγασμα λευκόν. O. τηλαυγὴς λευκή.

שחין 18. A. ἐξανάδοσις. Σ. ἔκβρασμα. O. ἕλκος.

כבהרת 26. Σ. τῇ ἐκλάμψει. O. ἐν τῷ αὐγάζοντι.

יבקר 36. A. ζητήσει. O. ἐπισκέψεται.

בדד ישב 46. O. κεχωρισμένος καθήσεται. Ἄλλ. καταμόνας οἰκήσει.

4. HEbr. candor albus. *A. & Reliqui*, fulgor albus. *LXX.* lucidus albus. *Vulg. lucens candor.*

18. *Hebr.* inflammatio. *A.* accretio. *S.* ejectamentum. *LXX. Vulg.* ulcus.

26. *Heb.* in candore. *S.* fulgore. *LXX.* in splendido. *In Vulg. vacat.*

36. *Heb. A. Vulg.* quæret. *LXX.* considerabit.

46. *Heb. Alius, Vulg.* solus habitabit. *LXX.* separatus sedebit.

Notæ ad Cap. XIII. Levitici.

v. 2. O. οὐλὴ, Coislin. ad marg. λεπὶς ἢ αὔγασμα. v. 3. O. ἀφεσις. idem in marg. Θ. συγκλείσει. quæ postrema lectio tacito Interprete edita fuit suo loco. v. 6. O. μετέπεσεν, marg. μετέβαλεν Θ. διαχεῖται. Hæc confer cum Edito versu 6 & præcipue v. 8. Ibid. Coislin. in marg. Θ. μασφαλί. Basil. Θ. μασφαά. In Coislioiano μασφαάθ legendum. Nihil enim frequentius quàm mutatio τȣ̃ Λ. in Λ. & τȣ̃ Θ. io Ε. ac vicissim, nimirum ob similitudinem harum litterarum in MSS. onciali charactere; qua de re io Præliminaribus.

v. 7. O. μεταβαλοῦσα μετέπεσεν. Coislin. in marg. ἐπιδόσει ἐπιδῷ recte. Hinc corrigas Basiliensem qui habet A. ἐπιδόσει ἐπίδομα, ut nos edidimus. Nam vera lectio Aquilæ est in Coisliniano, qui aliam sine Interpretis nomine adjicit, nempe πλατυνθεῖσα πλατυνθῇ.

v. 10. O. οὐλὴ. Coislio. in marg. οἶδ. Ibid. O. καὶ ἀπὸ τȣ̃ ὑγιοῦς. Idem in marg. ὡς ὁμοίωμα σαρκὸς ζώσης. v. 11. Coislin. ad Symmachum legit οὐχ ὑπερτεθήσεται. v. 13. Coislin. Σ. ἔκλαμπρον, ubi O. ἐκάλυψεν; sed hæc Symmachi lectio aliò pertinere debet.

v. 20. O. ταπεινοτέρα. Coislin. in marg. κοιλοτέρα. v. 22. O. διαχύσει διαχέηται. m. πλατυνθεῖσα πλατυνθῇ, Ibid. O. ἕλκει m. δέρματι. v. 26. Coislin. Σ. στερήσει sic mendose. Θ. συγκλείσει. Basil. vero A. τηρήσει. Σ. συγκλείσει. v. 25. O. κατὰ χώραν. m. ἐν τόπῳ. v. 30. O. κοιλοτέρα. m. βαθυτέρα. Ibid. O. λεπτὴ, m. λευκή. v. 30. O. τὸ δὲ θραῦσμα. in marg. τίλμα. v. 31. O. ὁρᾷ, m. πληγή.

LEVITICI CAP. XIV.

צפרים 4. O. ὀρνίθια. Αλλος, στρουθία.

על־פני השדה 7. O. Εἰς τὸ πεδίον. Αλλος, ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ἀγροῦ.

ומראיהן שפל 37. O. καὶ ἡ ὄψις αὐτῶν ταπεινοτέρα. Αλλος, καὶ ἡ ἰδέα αὐτῶν κοιλοτέρα.

לחטא 49. Oἱ λοιποὶ, περιαμβρίσαι. O. ἀφαγνίσαι.

4. Hebr. *Alius*, *Vulg.* passeres.. *LXX.* aviculas.

7. *Heb.* super facies agri. *LXX.* in campum. *Alius*, super faciem agri. *Vul. in agrum.*

37. *Heb. LXX.* & aspectus eorum humilior. *Alius*, & conspectus eorum depressior. *Vul. & humiliores superficie reliqua.*

49. *Heb. LXX.* purificandum. *Reliqui*, expiandum. *Vulg. in purificationem.*

Notæ ad Cap. XIV. Levitici.

Hæc præterea notantur in margine Coislin. v. 4. O. κέδρινον, m. κυπαρίσσινον. Ibid. O. ὕσσωπον m. ὄργανον. Videtur Scholion. v. 10. O. κοτύλην. m. ξέστην. v. 12. O. τῆς πλημμελείας, m. περὶ λυτρώσεως. v. 14. O. τῆς πλημμελείας, m. τοῦ μιάσματος. Ibid. O. λοβὸν, m. ὕψος. v. 21. O. ἀφαίρεμα, m. ἀφόρισμα. v. 22. O. ὅσα εὗρεν. m. ὡς ἂν δυνηθῇ. v. 32. O. καὶ τοῦ μὴ εὑρίσκοντος &c. m. ἐὰν ἀδυνατεῖ (l. ἀδυνατῇ) ἡ χεὶρ αὐτοῦ.

v. 36. O. καὶ προστάξει. m. καὶ ἐντελεῖται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐκφορήσουσι τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ.

Ibid. O. οὐ μὴ ἀκάθαρτα, m. οὐ μιανθήσεται.

v. 38. O. ἀφοριεῖ, m. ἀποκλείσει. v. 42. O. ἐξαλείψουσι, m. χρίσουσι. v. 4 . O. ἐξαλειφθῆναι. m. χρισθῆναι. v. 44. O. διακέχυται. m. ἀνατέταλκε. Ibid. O. ἔμμονος, m. φιλόνεικος. v. 57. O. ἐξηγήσασθαι, m. φωτίσαι.

Notæ ad Cap. XV. Levitici.

Hæc notantur in Coislin. ad marg. v. 1. O. ἐλάλησε, m. καὶ εἶπεν. v. autem 3. Reliquorum quidem Interpretum lectiones ut in Basiliensi: sed in Coislin. adjicitur Σαμαρ. ἐσπίλωσεν, *maculavit.* Ad Theodotionem vero melius legitur, ἐσφράγισεν, *obsignavit*, ubi Basiliensis ἐσφράγισται. v. 8. O. προσσιελίσῃ. m. τὸ σίαλον πτύσῃ. v. 9. O. ἐπίσαγμα. m. κάθισμα, v. 17. O. ἦν, m. γίνεται. v. 20. O. κοιτάζηται, m. καθευδήσει

LEVITICI CAP. XVI.

בכל־עת 2. O. πᾶσαν ὥραν. Αλλ. παντὶ καιρῷ.

והמשלח את־השעיר לעזאזל 26. O. Καὶ ὁ ἐξαποστέλλων τὸν χίμαρον τὸν διεσταλμένον Εἰς ἄφεσιν. Αλλος, καὶ ὁ ἐξαποστελλόμενος ἅμα τῷ χιμάρῳ ἐν Αζαζήλ.

2. Hebr. in omni tempore. *LXX.* omni hora. *Al. & Vulg.* omni tempore.

26. *Hebr.* & emittens hircum ad Ghazazel. *LXX.* & qui emittit hircum segregatum in dimissionem. *Alius*, & qui emittitur simul cum hirco in Azazel. *Vulg. Ille vero, qui dimiserit caprum emissarium.*

Notæ ad Cap. XVI. Levitici.

v. 4. O. λινοῦν. Coislin. in marg. διπλοῦν, λευκόν. Ibid. O. λινοῦν, m. διπλοῦν. Ibid. O. λινῆ, m. διπλῆ, λευκή. Ibid. O. κίδαριν, m. μίτραν.

v. 8. Versiones A. & Σ. quas ex Basiliensi dedimus, sic effert Coislin. Σ. κλῆρον ἕνα εἰς στρατηγίῳ (sic mendose pro τράγον) ἀπερχόμενον. A. εἰς καικρατεωμένον, lege κεκραταιωμένον. Hæc melius & plenius in Basiliensi, ut videas suo loco.

v. 10. Coislin. Σ. εἰς ἀφιέμενον. Basiliensis vero sine Interpretis nomine, εἰς τράγον ἀφιέμενον. Ibidem totum hunc versum sic habet Coislin. καὶ τὸν χίμαρον ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τοῦ ἀποπομπαίου, στήσει αὐτὸν ζῶντα ἔναντι κυρίου, ὥστε ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτοῦ, ὥστε ἐξαποστεῖλαι αὐτὸν εἰς ἀζαζὴλ εἰς τὴν ἔρημον ※ τὴν ※ ἀποπομπήν. καὶ ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον. καὶ λή- ※ ψεται ὁ χίμαρος ἐφ' ἑαυτῷ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐν γῇ ※ ἀβάτῳ. Sic ibid. verum hæc quæ cum asteriscis adduntur, non habentur hoc loco in Hebræo. Cætera autem discrepant ab Edito.

v. 21. O. καὶ ἐξαγορεύσει. Coislin. in marg. καὶ ἐπενεχθήσονται αὐτῷ πᾶσαι. Ibid. O. ἁμαρτίας, m. ἀτοπίας. Ibid. O. ἑτοίμου, m. καιρίμου, πλανητεύοντος.

v. 22. O. ἄβατον. m. γαζαρά גזרה.

v. 23. O. στολὴν τὴν λινῆν. Coislin. in marg. τὰ φάρεα τὰ λευκά. O. ἄφεσιν. m. τὴν ἀποπομπήν.

LEVITICI CAP. XVII.

לשעירים 7. A. Σ. τοῖς τριχιῶσι. O. τοῖς ματαίοις. Θ. τοῖς σεϊρείμ.

7. Heb. *A. S.* pilosis. *LXX.* vanis. *Th.* Seïrim. *Vulg. dæmonibus.*

Notæ ad Cap. XVII. Levitici.

v. 7. A. Σ. τοῖς τετχιῶσιν. O. τοῖς ματαίοις. Sic Coislin. Basiliensis vero A. τοῖς τετχιῶσιν tantum. Addit. Coislin. hanc notam: τετχιῶσι, δαίμοσιν εἶπεν Ακύλας, ἐπεὶ ἐν τοιαύτῃ εἰσί τινες φύσεως αὐτῶν. i. *Pilosis, Aquila dæmonibus dicit, quia quidam eorum ejus sunt naturæ.*

v. 10. O. ἐπιςρέψω. Coislin. ad marg. δώσω. v. 15. Coislin. in textu ζῶον. in marg. θήρευμα. quæ postrema lectio est Edit. Rom.

LEVITICI. CAP. XVIII.

בנדת 19. O. ἐν χωρισμῷ. Αλλος, ἐν μιάσμασι.

תבל 23. A. ἀπηρημένον. Σ. ἄῤῥητον. O. μυσαρόν. Θ. θαβέλ.

19. Heb. in separatione. *LXX.* in segregatione. *Alius*, in pollutione. *Vul. quæ patitur menstrua.*

23. *Heb.* confusio. *A.* prohibitum. *S.* infandum. *LXX.* scelestum. *Th.* Thabel. *Vulg. scelus.*

Notæ ad Cap. XVIII. Levitici.

v. 3. O. νομίμοις. Coislin. ad marg. ἐπειθωμένοις. Basil. ἐπειθωμένοις. v. 6. O. ἄνθρωπος ἄνθρωπος &c. Coisl. in margine, ἀνὴρ ἀνὴρ πρὸς πᾶν λῆμμα συγγενοῦς αὐτοῦ. Tria postrema verba non sunt in Edito supra.

v. 11. O. ὁμοπατρία. Coislin. m. ὁμομητρία.

v. 14. O. συγγενὴς, Coisl. in marg. ὡς ἀδελφὴ τοῦ πατρός σου ἐστίν. Videtur esse Scholion ad vocem דודך.

v. 17. Σ. μύσος Θ. ζίμμα. Vide suo loco v. 18. O. ἀντίζηλον, Coislin. m. λῆμμα αὐτῆς. sed hæc alio pertinent.

v. 23. O. πρὸς πᾶν τετράπουν. Coisl. marg. ἐν παντὶ κτήνει. Ibid. Θ. θαβέλ. Σ. ἄῤῥητον. A. ἀπηρημένον. Coislin. recte: unde corrigas illud Θ. βαβέλ, in Basiliensi.

v. 26. O προσηλύτων. Coisl. in marg. ἀπέβαλεν ἡ γῆ τοὺς ἐνοικοῦντας, & ibid. ἐξωρισεν.

v. 26. O. ἐγχώριος. Coislin. m. αὐτόχθων.

v. 28. A. ἀπέβαλεν. Σ. ἐξήμεσεν. Θ. ἐξέμεσεν. O. προσώχθισεν. m. ἐξωρισεν. sic. sed sinceriores videntur lectiones Basiliensis. Vide suo loco.

LEVITICI CAP. XIX.

פגול הוא לא ירצה 7. A. ἀπόβλητον. . . . Σ. ἀργόν ἐστιν, οὐκ εὐδοκηθήσεται. O. ἄθυτόν ἐστιν, οὐ δεχθήσεται. Θ. φεγγὼλ. . . .

לא תעלל 10. O. οὐκ ἐπανατρυγήσεις. Αλλος, οὐκ ἐπιφυλλίσεις.

7. Ebr. corruptum illud, non acceptabitur. *A.* abjiciendum.... *S.* inutile est, non acceptabitur. *LXX.* insacrificabile est, non acceptabitur. *Th.* Phengul.... *Vulg. profanus erit, & impietatis reus.*

10. *Heb. Alius*, non racemabis. *LXX.* non revindemiabis. *Vulg. neque.... racemos & grana decidentia congregabis.*

Notæ ad Cap. XIX. Levitici.

v. 13. O. ἁρπάσεις, sic Coislin. Edit. vero Rom. ἁρπᾷ. Coislin. in marg. ἀποστερήσεις.

v. 14. O. οὐ κακῶς ἐρεῖς. Coislin. marg. οὐ καταράσῃ, οὐ λοιδορήσῃ. v. 16. O. δόλῳ. Coislin. marg. ὑπούλως.

v. 19. O. διάφορον. Edit. Rom. διάφορον. Coislin. ad marg. κίβδηλον ἢ βατινά. Quo exprimuntur Græcis litteris voces Hebraicæ, כלאים שעטנז.

v. 20. O. διαπεφυλαγμένη. Coisl. in marg. ἐπηγγελμένη ἀνδρί. Ibid. O. ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτοῖς. m. ἐπιδόσις ἔσται αὐτῇ. v. 23. ἀπερικάθαρτος, Coislin. marg. ἀκρόβυστον.

v. 27. Coislin. sic habet Θ. οὐ κυκλώσετε τὸ φαὰθ τῆς κεφαλῆς. Σ. οὐ περιξυρήσετε κύκλῳ τὴν πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς ὑμῶν. Hæc confer cum Edito, ubi parva discrimina.

v. 29. O. ἀνομίας. Coisl. in marg. ζίμμα ἐστίν. v. 31. O. ἐγγαστριμύθοις, m. μάντεις. v. 32. O. πολιοῦ, m. πρεσβυτέρου. Ibid. O. πρεσβυτέρου, m. θεοῦ.

v. 34. O. προσπορευόμενος, marg. προσηλυτεύων. Ibid. O. προσήλυτοι, m. γειῶραι, πάροικοι. v. 36. O. ζυγὰ δίκαια &c. m. λίθοι δικαίας & οἰφὶ δίκαιον.

LEVITICI CAP. XX.

הזנים אחריו 5. O. ὁμονοοῦντας αὐτῷ. Αλλος, πορνεύοντας ὀπίσω αὐτοῦ.

את־מקרו 18. O. πηγὴν. Αλλος, ῥύσιν.

5. Heb. *Alius*, fornicantes post ipsum. *LXX.* consentientes ei. *Vulg. qui consenserunt ei.*

18. *Heb.* venam. *LXX. Vulg.* fontem. *Alius*, fluxum.

כי את־שארו הערה עונם ישאו 19. A. ὅτι τὴν σάρκα αὐτῶν ἠσχημόνησεν, ἀνομίαν αὐτῶν ἀροῦσιν, (Coislin. adjicit) ὅτι τὸ λεῖμμα αὐτοῦ. O. τὴν γὰρ οἰκειότητα ἀπεκάλυψεν, ἁμαρτίαν ἀποίσουσι.

אוב או ידעני 27. O. ἐγγαστρίμυθος, ἢ ἐπαοιδός. Ἄλλος, θελητὴς ἢ γνώστης.

19. *Hebr.* quia carnem ſuam nudavit, perverſitatem ſuam portabunt. *A.* quia carnem ipſorum deturpavit, iniquitatem ſuam portabunt. *Al.* quia reliquias ſuas. *LXX.* conſanguinitatem enim revelavit, peccatum reportabunt. *Vulg. ignominiam carnis ſuæ nudavit; portabunt ambo iniquitatem ſuam.*

27. *Heb.* pytho vel divinus. *LXX.* ventriloquus aut incantator. *Alius*, voluntarius aut hariolus. *Vulg. in quibus pythonicus vel divinationis fuerit ſpiritus.*

Notæ ad Cap. XX. Levitici.

v. 2. O. ἄρχοντι. Coiſlin. marg. τῷ Μολόχ. Ibid. O. τὸ ἔθνος τὸ ἐπὶ τῆς γῆς m. ὁ λαὸς τῆς γῆς. v. 9. O κακῶς εἴπῃ m. καταράσῃ. v. 11. O. ἀσχημοσύνην, m. αἰδῶ. v. 12. O. ἠσεβήκασιν, m. ἀπεῤῥιμμένον θαβελ ἐποίησαν. Ubi illud ἀπεῤῥιμμένον videtur Aquilæ eſſe, illud vero θαβελ Theodotionis, ut ſupra.

v. 14. O. ἀνόμημα, m. ζέμμα, πορνεία.
v. 17. ὄνειδος, m. φασεκ. Sic videtur eſſe חסד Græcis litteris expreſſum pro χασεδ.
v. 21. O. ἀκαθαρσία ἐστί, m. ζέμμα ἐστὶ μίασμα.
v. 23. O. ἐβδελυξάμην, m. ὠργίσθην.

LEVITICI CAP. XXI.

זנה 7. O. πόρνην. Ἄλλος, ἐνδιηλλαγμένην.

לחם 17. Οἱ λοιπ. τοὺς ἄρτους. O. τὰ δῶρα.

תבלל 20. Οἱ λοιποὶ, λεύκωμα. O. πτίλλος. Ἀλλ. στρεβλός. Ἀλλ. νάνος.

7. HEbr. LXX. meretricem. *Alius*, immutatam. *Vulg. ſcortum.*

17. *Heb.* panem, *Reliqui*, *Vulg.* panes. *Alius*, munera.

20. *Heb. Reliqui*, albugo. *LXX.* maculoſus. *Al* ſtrabo. *Al.* nanus. *Vulg. albuginem habens.*

Notæ ad Cap. XXI. Levitici.

v. 10. O. οὐκ ἀποκιδαρώσει, Coiſlin. in marg. οὐκ ἀποκαλύψει. v. 11. πάσῃ ψυχῇ τετ- m. πάσαις ψυχαῖς νεκραῖς.

v. 18. O. χωλός. Coiſlin. in marg. βλαισός. verum hoc ſive Scholion, ſive interpretamentum, non poteſt ſpectare vocem פסח, ſed unam ex ſequentibus חרם vel שרוע. ſimiliterque v. 20. πτίλος videtur alii voci reſpondere, quam תבלל.

v. 20. μόνορχις m. ὑστερῶν πνεῦμα, quod reſpicit vocem מרוח.

LEVITICI CAP. XXII.

לפלא־נדר 21. O. διαστείλας εὐχήν. Ἄλλος, τῷ θαυμαστῶσαι ὅρκον.

לרצון O. Εἰς δεκτόν. Ἄλλος, Εἰς ἑκούσιον.

21 HEbr. ad ſeparandum votum. *LXX.* diſtinguens votum. *Alius*, ad mirificandum jusjurandum. *Vulg.* (*vel*) *vota ſolvens.* *Hebr.* ad beneplacitum. *LXX.* ad placitum. *Alius*, in voluntarium. *Vulg. ut acceptabile ſit.*

Notæ ad Cap. XXII. Levitici.

v. 7. O. ἄρτος, Coiſlin. ad marg. τροφή. v. 18. Coiſlin. in textu, ἀπεῤῥιμμένον, ad marg. θυσιασμῶν. v. 18. O. ὁμολογίαν, m. ἐξωμοσίαν. Ibid. O. αἵρεσιν, m. θέλησιν. Ibid. εὐχὴν αὐτῶν.

Coiſlin. hæc aſteriſcis notat. ※ τὰ δῶρα αὐτῶν κατὰ ※ πᾶσαν ὁμολογίαν αὐτῶν, ὃ κατὰ πᾶσαν αἵρεσιν, quæ habentur in Edit. Rom. ubi legitur αἵρεσιν pro αἵρεσιν.

v. 22. O. συντετριμμένον, m. ἄχρηστον.

v. 23. O. κολοβόκερκον, m. κολοβόκερατον.
v. 24 ἐκτεθλιμμένον, m. αὐαδόντα.

Ibid. A. ἐκκεκομμένον. & mox A. κεκρυμμένον · mendoſe, ut puto, pro κεκομμένον, ut edimus ſuo loco. v. 25. ὁ δεχθήσονται, m. εὐχαριστίαν. v. 29. O. χαρμοσύνης, m. αἰνέσεως. Ibid. O. εἰς δεκτὸν ὑμῖν, marg. τῇ θελήσει ὑμῶν.

LEVITICI CAP. XXIII.

וקלי וכרמל 14. Οἱ λοιποὶ, ἁπαλὰ καὶ λεπτά. O. πεφρυγμένα χίδρα νέα.

בעצם היום הזה 28. O. ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ.

14. HEbr. & toſtam & ſpicam teneram. *Reliqui*, tenera.... *LXX.* fricta chidra nova. *Vulg. & polentam & pultes.*

28. *Heb.* in corpore diei ipſius. *LXX.* in hac

Αλλος, ἐν ἰσχύϊ τῆς ἡμέρας ταύτης.

עצרת 36. O. ἐξόδιον. Αλλος, ἐπίσχεσις.

ipsa die. *Alius*, in robore diei ipsius. *Vulg. in tempore diei hujus.*

36. *Heb. Alius*, retentio. *LXX.* exodium. *Vulg. coetus atque collectæ.*

Notæ ad Cap. XXIII. Levitici.

v. 2. O. σάββατα ἀνάπαυσις. Coislin. ad marg. σαββάτων ἑτοιμασία. v. 5. O πάσχα. marg. ὑπέρβασις. v. 11. O. ἀνοίσει, m. ἀφοριεῖ. ibid. O. δεκτὸν, m. ἰκύπον. v. 18. O. θυσίας m. καρπώσεις. ibid. O. σπονδαί. m. προσφοραί. v. 19. O. σωτηρίου, m εἰρηνικῶν. v. 21. post κλητὴν in O. repetitur κλητὴ, & in marg. legitur, ἐν ἐγκρατείᾳ. v. 22. ὑπολείψεις αὐτὰ, m. ἀφήσεις αὐτά. v. 24. O. μιᾷ, m. πρώτῃ. Ibid. O. ἀνάπαυσις, m. σαββάτων. Ibid. A. σαλπίγγων. m. σαλπισμὸς εἰς ἀκοάς. v. 25. O. ὁλοκαύτωμα, m. πύρον. v. 27. O. ταπεινώσετε, m νηστεύσατε. v. 29. O. ταπεινωθήσεται, m. ἐν, ὅσῃ ἐγκρατεύσῃ. v. 38. O. πλὴν, m. παρεκτὸς. ibid. O εὐχῶν, m. ἐξομοσιῶν. v. 39. O. συντελέσητε, m. ἀνάγετε. v. 40. O. ὡραῖον, m. ὑπόοζον, & deinde δένδρα κιτεων.

LEVITICI CAP. XXIV.

על־המערכת 7. O. ἐπὶ τὸ θέμα. Αλλος, ἐπὶ τὴν σωρὸν.

ברית 8. Σ. θήκην. (mel. συνθήκην.) O. διαθήκην.

לפרש להם על־פי יהוה 12. Oἱ λοιπ. διαστεῖλαι αὐτὸν (f. αὐτοῖς) διὰ στόματος κυρίου. O. διακρῖναι αὐτὸν διὰ προστάγματος κυρίου. Αλλος, ἐπικρίναι αὐτοῖς ἐπίκρισιν κυρίου.

משפט 22. Oἱ λοιπ. κρίσις, δίκη. O. δικαίωσις.

7. Hebr. super dispositionem. *LXX.* super positionem. *Alius*, super struem. *Vulg. super eos (panes.)*

8. *Heb. Vulg.* fœdere. *S.* pactum. *LXX.* testamentum.

12. *Heb.* ad exponendum eis super ore Domini. *Reliqui*, ad discernendum eis per os Domini. *LXX.* ut dijudicarent eum per præceptum Domini. *Alius*, ut dijudicarent eis judicium Domini. *Vulg. donec nossent quid juberet Dominus.*

22. *H. Vul.* judicium. *Reliqui*, judicium, causa. *LXX.* justificatio.

Notæ ad Cap. XXIV. Levitici.

v. 2. O. ἐλαϊνον. Coislin. in marg. ἐξ ἐλαίων. Ibid O. καθαρὸν, m. διαφανές. Ibid. O. φῶς, m. φαῦσιν. v. 3. O. καύσουσι, m. στιβάσουσι. O. ἐνδελεχῶς, m. διαπαντός. v. 4. O. καύσετε, m. συνθήσει.

v. 5. O. ἄρτους, m. κολλυρίδας. Ibid. O. ἄρτος, m. κόλλυρα.

v. 11. O. ἐπονομάσας, m. κατηράσατο. Ibid. O. κατηράσατο, m. ἐξύβρισεν. v. 14 O. καταρασάμενον, m. καθυβρίσαντα. v. 15. O. καταράσηται, m. καθυβρίσῃ. Ibid. O. λήψεται, m. ἐκδέξεται.

v. 16. O. ὀνομάζων, m. ὃς ἂν λοιδορήσει.

v. 20. O. συντριμμα, m. κατέαγμα.

v. 23. O. καταρασάμενον, m. καθυβρίσαντα.

LEVITICI CAP. XXV.

יובל 10. A. παραφέρων. O. Coisl. Ιωβὴλ. O. Edit. Rom. ἀφέσεως.

10. Hebr. *LXX. Coislin.* Iobel. *A.* insanorum. *LXX. Edit. Rom.* remissionis. *Vul. jubileus.*

Notæ ad Cap. XXV. Levitici.

v. 3. O. τὸν καρπόν. Coislin. ad marg. τὰ γεννήματα, τὴν πρόσοδον. v. 5. O. τοῦ ἀγροῦ, m. ἀμητοῦ. Ad versum 6. Coislin. in marg ΑΥΝ διάλειψις, ΑΥΝ ἀνάπαυσις. Lege δύναται i. *potest*, vel *significat*. Ibid O. τῷ προσκειμένῳ. m. προσηλυτεύοντι. v. 7. O. θηρίοις m. ζώοις.

v. 10. Legitur in m. καλέσετε διαββόρ. Quæ lectio tum voce Hebraïca דרור convenit, secus quam διαδὰρ, ut habet Basiliensis.

Ibid. A. παραφέρων. Legerit ergo Aquila נבל aut נובל, & fortasse melius legatur vox Græca παράφερον.

v. 11 O ἡγιασμένα, m. Ναζιραῖα, ἐλευθερία. v. 14. O. ἀποδῷ, m. πωλήσεις. v. 15. m. Ιωβὴλ, & ἀφέσεως. Quæ vox desideratur in LXX.

v. 23. O. βεβαίωσιν, m. δήλωσιν. v. 25. A. ἐκπέσῃ, Σ. πτωχεύσῃ. Secunda lectio est Symmachi, ut videas suo loco. Prima Aquilæ, quam, utpote dubiam, uncinis incluseramus.

v. 25. O λύτρα, m. τῇ λυτρώσει. Ibid. O. ἐγγίζων, τῆς συγγενείας. v. 27. O. τὸ ὑπερέχον, m. τὸ περισσόν. v. 28. in margine legitur ἐνιαυτὸς ἡμερῶν τῇ πράσει αὐτῆς, ἡμερῶν ἔκτον ἔσται ἡ λύτρωσις αὐτῆς.

v. 31. O ἐπαύλεσιν, m. ἐποικίοις. Ibid. O. ἐν τῇ ἀφέσει, m. τοῦ Ιωβὴλ ἐλευθερία. v. 32 ἐν τῇ ἀφέσει, m. τοῦ Ιωβὴλ. v. 39. O. ταπεινωθῇ, m. ἐν δείπνοις. Ibid. O. οὐ δουλεύσει, m. οὐ κατεργάσεις αὐτὸν ἐργασίαν δουλικήν. v. 42. O. εἰπέται, m. δουλεύει. v. 45. O. κτήσεσθε, m. πριᾶσθε.

v. 47. O. ἐὰν δὲ εὕρῃ, m. ἐὰν δὲ ἢ πλεύσεις. Ibid. O. ἐκ γενετῆς, m. ἢ ῥίζῃ συγγενείας πρὸς αὐτὸς, & postea, ἐν γένει φυλῆς. v. 50. O. ἀπέδετο, m. ἐπράθη. v. 51. O. πράσεως. m. κτήσεως. v. 53. O. κατατενεῖς, in marg. παιδεύσεις, κατεργάσεις.

LEVITICI CAP. XXVI.

ופניתי אליכם 9. O. ἐπιβλέψω ἐφ' ὑμᾶς. Αλλ. καὶ εὐιλατεύσω ὑμῖν.

9. HEbr. vertam me ad vos. *LXX.* & respiciam super vos. *Alius*, propitius ero vobis. *Vulg. respiciam vos.*

Notæ ad Cap. XXVI. Levitici.

v. 1. O. χειροποίητα. Coislin. ad marg. ἀπόξεις ἐλειδλμ. v. 4. O ξύλα, m. δένδρα. v. 9. O αὐξανῶ, m. γονοποιήσω. Ibid. O. διαθήκην, marg. σπεῖξιν (sic) v. 11. O. οὐ βδελύξεται, m. οὐκ ἀπομηκυνεῖ. v. 13. O. ζυγοῦ, m. βρόδους. (sic) Ibid. O. μετὰ παῤῥησίας, m. ἀνεσταμένους v. 15 O. διασκεδάσαι, marg. καταργῆσαι. v. 16. O. καὶ ἐγὼ ποιήσω, m. ἐργαζόμενος.

v. 17. O. διώξεται, m. παιδεύσουσι, ἐπικρατήσουσι. Prior lectio videtur esse Theodotionis; altera Symmachi. Confer cum edito supra.

v 18. O. ἑπτάκις, m. ἑπταπλασίως. v. 19. O. τὴν ὕβριν τῆς ὑπ- m. τὰς ὑπερηφανίας τῆς ἰσχύος. v. 20. O. τὸν σπόρον, m. τὰς προσόδους. Ibid. O. ξύλον, m. δένδρον. v. 21. O, μὴ βούλησθε, m. πρὸς μὴ ἐμφιλονείκως. v. 22. O. κατέδεται ὑμᾶς, m ἀτεκνοποιήσω ὑμᾶς.

v. 30. O. ἐρημώσω, m. ἀπαρτήσω. Ibid. O. στήλας, m. τὰ ὑψώματα ὑμῶν. Ibid. O. χειροποίητα, m προσηγκυίνης. Ibid. O. κῶλα, m. σώματα. Ibid. O. εἰδώλων, m. μυσαρῶν. v. 31. O. τῶν θυσιῶν, m. εὐωδίας. v. 36. in textu, δειλίαν, in marg. ἀπαλότητα.

v. 37. O. ὑπερόψεται ὁ ἀδ- m. προσκόψουσιν ἕκαστος. Ibid. O. οὐδεὶς καθιστ- m. καὶ δύναμιν οὐκ ἔστι. v. 40. O. ἐξαγορεύσουσι τὰς, m. μεταγνώσουσιν ἐπὶ ταῖς. v. 41. O. εὐδοκήσουσι, m. ἱλάσονται v. 43 O. προσδέξονται, m. ἱλατεύσουσι. Ibid. O. ἀνθ' ὧν, m. προφανῶς γάρ. Ibid. O, προσώχθισαν τῇ ψυχῇ. m ἀπεπύθετο (sic) ἡ ψυχή. v. 44. O. διασκεδάσαι, m. καταργῆσαι.

LEVITICI CAP. XXVII.

אם־מך הוא מערכך 8. A. καὶ ἐὰν ἐκπέσῃ..... O. ἐὰν δὲ ταπεινὸς ᾖ τῇ τιμῇ. Αλλ. ἐλάσσων ᾖ τῆς διατιμήσεως.

8. HEbr. & si attenuatus est ipse ab ordinatione tua. *A.* & si exciderit..... *LXX.* si autem humilis fuerit pretio. *Alius*, minor fuerit æstimatione. *Vulg. si pauper fuerit, & æstimationem reddere non valebit.*

חמר שערים בחמשים שקל 16. O. κόρου κριθῶν πεντήκοντα δίδραχμα. Αλλος, γόμορ κριθῆς πεντήκοντα σίκλων.

16. *Heb.* Chomer hordeorum in quinquaginta siclis. *LXX.* pro coro hordei, quinquaginta didrachma. *Alius*, Gomor hordei quinquaginta siclorum. *Vulg. quinquaginta siclis venundetur.*

Notæ ad Cap. XXVII. Levitici.

v. 2. O. ὥστε τιμὴν τῆς ψυχῆς. Coislin. in marg. τάξασθαι ἐν διατιμήσει σε ψυχῶν. v. 3. O δίδραχμα, m. σίκλοι, σταθμία.

v. 11. O. ἀλλάξει, m. ἐπιλέξηται. v. 13. O. πρὸς τὴν τιμὴν, m. ἐπὶ τῇ διατιμήσει.

v 16. O ἀγροῦ, m. χώρας Ibid. O. σπόρον, in marg. προσόδου.

v. 23. O. λογιεῖται, m. ψηφίσει. Ibid. O. τὸ τέλος, m. τὸ πλῆρες. v. 24. O. ἀφέσεως, m. ἐλευθερίας. v. 25. O. δίδραχμον, m. σταθμίον. v. 27 O. ἀλλάξει, m. λυτρώσεται. v. 28. O. ἀναθῇ. m. ἀναθεματίσῃ. v. 30. O. ξυλίνου, m. δένδρου.

v. 31 O. οὐκ ἐπισκέψεται ἀναμέσον καλοῦ καὶ πονηροῦ, καὶ οὐκ ἀλλάξεις αὐτό, m. διαζητήσεις ἀναμέσον καλοῦ, καὶ φαύλου, οὐδὲ ἐκλέξηται αὐτό.

LIBER NUMERORUM.

Nota ad Cap. I. Numerorum.

v. 18. Coislin. in textu habet ἐξεκκλησίασαν, ut Ms. Alex. in margine vero συνήγαγον.

Notæ ad Cap. II Numerorum.

v. 4. 6. O. ἐπεσκεμμένοι, m. ἠριθμημένοι.

v. 17. Coislin. in textu, κατὰ ταγμα, ut & Ms. Alex. in marg. vero, καθ' ἡγεμονίαν. Illud, κατὰ τάγμα, est in versione Symmachi, ut videas suo loco. v. 24. O. ἐξαροῦσι, m. ἀναζεύξουσι. v. 32. O. αὕτη ἡ ἐπίσκεψις, m. οὗτος ὁ ἀριθμός.

Notæ ad Cap III. Numerorum.

v. 15. O. ἐπισκέψαι. Coislin. in marg. ἀρίθμησον. v. 30. Coislin. in textu, υἱῶν, in marg. ἄλλα. v. 38. O. προσπορευόμενος, in marg. ὁ ἁπτόμενος.

Nota ad Cap. IV. Numerorum.

v. 7. Edit. Rom. τὰ ἄρτα ὑπ' αὐτῶν. Coislin. in textu, τὰ ἄρτα δι' αὐτῶν. in marg. τὰ ἐγχέλια αὐτῶν. (sic)

Notæ ad Cap. VI. Numerorum.

v. 3. Coislin. A. Σ. πᾶσαν ἀπόβριξιν σταφυλῆς, quam interpretationem sine Auctorum nomine adtulerat Basiliensis.

v. 18. Coisl. Σ. Ναζιραῖος. Cætera ut in Edito supra.

Notæ ad Cap. X. Numerorum.

v. 6. Coislin. A. ἀλαλαγμόν. Quam lectionem sine Interpretis nomine attulimus ex Basiliensi. Ibid. O. ἄρχοντες, m. χιλίαρχοι. Ibid. Coislin. in textu νότον, in marg. λίβα. v. 7. O. σαλπιεῖτε, m. σημανεῖτε.

NUMERORUM CAP. XI.

משא 11. A. ἄρμα. Σ. τὸ βάρος. O. τὴν ὀργήν. Θ. τὴν ὁρμήν.

11. Hebr. *A.* onus. *S.* pondus. *LXX.* iram. *Th.* impetum.

Notæ ad Cap. XI. Numerorum.

v. 8. Coislin. in lectione Symmachi sic habet. Σ. μαστῷ, & postea spatio vacuo relicto, sic a linea resumit, εἰς λίπος ἐκ μέλιτος. Unde suspicio oriatur, hæc postrema verba ad Symmachi versionem non pertinere, sed esse Scholion.

v. 11. A. τὸ ἄρμα. Σ. τὸ βάρος. O. τὴν ὀργήν. Θ. τὴν ὁρμήν. Σ. τὸ βάρος, sic etiam infra Deut. 1. 12. in nota. Vocem משא solet Symmachus vertere λῆμμα. O. τὴν ὀργήν. Sic etiam habet MS. Alex. Edit. vero Rom. τὴν ὁρμήν, quæ hic Theodotionis lectio esse fertur.

v. 15. O. ἔλεος, Coislin. in marg. χάριν καὶ ἔλεον.

Nota ad Cap. XIII. Numerorum.

v. 2. O. κατὰ δήμους, Coislin. ad marg. οἴκους. v. 21. O. Ῥοόβ. m. Ῥαάβ.

NUMERORUM CAP. XIV.

מוצאי רבת 37. A. οἱ ἐξενέγκαντες διαβολήν. O. οἱ κατείπαντες πονηρά.

37 Hebr. educentes famam. *A.* qui extulere calumniam. *LXX.* qui locuti sunt mala. *In Vulg. vacat.*

Notæ ad Cap. XIV. Numerorum.

v. 36. O. πονηρά, Coislin. in marg. φοβερά.

v. 45. O. ἐτρέψαντο. m. ἀνέσαντο.

Notæ ad Cap. XVI. Numerorum.

v. 13. Coislin. Σ. κατατυραννεῖς ἡμῶν βιαίως. Hanc lectionem ex Basiliensi absque Interpretis nomine attulimus.

v. 15. Coislin. A. Σ. δῶρον. Hanc item lectionem sine Interpretum nomine adtulimus. Hæc porro Interpretum nota suspecta mihi est. Nam sive חמור legas, ut hodie legitur; sive חמוד, ut legerunt LXX. vix putaverim Aquilam vertisse δῶρον. Vide notam ibi.

Notæ ad Cap XVIII. Numerorum.

v. 1. Ubi Edit. Rom. habet ἁμαρτίας. Coisl ἀπαρχὰς in textu, ἁμαρτίας in margine exhibet cum hac nota, τουτέστι τὰ ΑΡΕΝΑΤΑ, ἐκ τῶν ἱερῶν καλούμενα, ὡς τὸ ιά. κεφάλαιον τοῦ Λευιτικοῦ. Quid sibi velint ἀρέναΐα, prorsus ignoro.

v. 8. O. γέρας, Coislin. in marg. τιμήν.

Notæ ad Cap. XXI. Numerorum.

v. 5. O. διακένῳ, Coislin. in marg. ματαίῳ. ξηρῷ, οἱ λοιποί, κούφῳ, quam postremam lectionem edidimus. v. 8. Coislin. Σ. τοῦ ὄφεως, quam lectionem sine Interpretis nomine ex Basiliensi edidimus. v. 11. O. Αχελγαί, Coislin. in marg. Αχελωθείν. v. 17. Coislin. A. Σ. καταλέξατε, quam lectionem tacito Interprete adfert Basiliensis.

יהושע 38. A. Ἰησουά. O. Ἰησοῦς.

ושפכם אשר אמרתם לבז יהיה 39. ※ A. καὶ τὰ ※ παιδία ὑμῶν, ἃ εἴπετε ἐν διαρπαγῇ ἔσεσθαι. In O. vacat.

ותחגרו 41. A. ἐζώσασθε. O. ἀναλαβόντες.

ותהינו A. ὁμονοήσαντες. O. συναθροισθέντες.

38. *Hebr.* Jehoſua. *A.* Jeſua. *LXX.* Jeſus. *Vul. Joſue.*

39. *Heb.* & parvulus veſter, quem dixiſtis: in prædam erit. *A.* ※ & parvuli veſtri, quos ※ dixiſtis in prædam fore. *In LXX. vacat. Vul: parvuli veſtri, de quibus dixiſtis, quod captivi ducerentur.*

41. *Hebr. A.* & accinxiſtis. *LXX.* ſumentes: *Vul. cumque inſtructi armis.*

Hebr. ſategiſtis. *A.* unà conſentientes. *LXX.* congregati. *In Vulg. vacat.*

Notæ ad Cap. I. Deuteronomii.

v. 1. Coiſlin. habet A. ἐν ὁμάλει, pro, ὁμαλῇ. v. 3. O. μιᾷ. Coiſlin. ad marg. πρώτῃ. Ibid. A. ἱκανόν. Hebraïcum habet די זהב. Di, putant quidam eſſe nomen proprium loci. O. vertunt καὶ καταχρύσεα: illud vero Aquilæ ἱκανόν, ſolam vocem די reſpicit. Puto autem totum vertiſſe, καὶ ἱκανὸν χρυσίον. v. 6. O. ἱκανούσθω ὑμῖν, Coiſlin. in marg. πολὺ ὑμῖν.

v. 12. Coiſlin. A. τὸ ἄρμα. Σ. τὸ βάρος. O. καὶ ὑπόστασιν, recte. Baſilienſis vero cætera ut Coiſlin. Sed ad vocem τὸν κόπον ὑμῶν, quæ eſt in LXX. Aquilæ & Symmachi lectiones refert, minus bene, ni fallor.

v. 17. Coiſlin. ἐπὶ ὑμᾶς. O. ἀφ' ὑμῶν. v. 30. O. λόγῳ, m. ῥήματι. v. 38. O. Ναυή. m. Νεύ. v. 45 O. προσέσχεν, m. ἐνωτίσατο.

DEUTERONOMII CAP. II.

תם 14. A. ἐτελειώθη. O. διέπεσε.

מקרב 16. A. ἀπὸ ἐγκάτου. O. ἐκ μέσου.

וקרבת מול 19. O. προσάξετε ἐγγύς. Ἀλλ. ἐγγιεῖς ἐναντίον.

עזה כפתרים 23. A. Αζα χαφθωρείμ. O. Γάζης, καὶ οἱ Καππάδοκες.

כפתור A. χαφθώρ. O. Καππαδοκίας.

אחל 25. A. ἄρξαι. O. ἐνάρχου.

ונחרם 34. A. καὶ ἀνεθεματίσαμεν. O. καὶ ἐξωλοθρεύσαμεν.

שריד A. λεῖμμα. O. ζωγρίαν.

14. **H**Eb. *A. Vul.* conſumeretur. *LXX.* decidit.

16. *Heb. A.* ab interiori. *LXX.* de medio. *Vul. vacat.*

19. *Hebr. Alius*, & accedes e regione. *LXX.* & accedetis prope. *Vulg. & accedens in vicina.*

23. *H.* Haza, Caphthorim. *A.* Aza Chapthorim. *LXX.* Gazam, & Cappadoces. *Vulg. Gazam, Cappadoces.*

Heb. A. Chaphthor. *LXX. Vul.* Cappadocia.

25. *Hebr. Vulg.* incipiam. *A LXX.* incipe.

34. *H. A.* anathematizavimus. *LXX.* & diſperdidimus. *Vulg. interfectis habitatoribus.*

Hebr. ſuperſtitem. *A.* reſiduum. *LXX.* vivum. *Vulg. quidquam.*

Notę ad Cap. II. Deuteronomii.

v. 4. O. Coiſl. ad marg. τειχιώδεις A. τειχήεις. v. 6. O. ἀγοράσατε, in marg. A. ἀγγυεῖν. v. 7. O. μεγάλην, m. πολλήν. v. 13. O. φάραγγα, m. χείμαῤῥον. Videtur eſſe Aquilæ ut ſupra.

v. 23. Coiſlin. A. Αζα χαφθωρείμ. v. 30. O. δι' αὐτοῦ, m. διὰ τῶν ὁρίων αὐτοῦ. v. 35. O. σκῦλα, m. λάφυρα.

DEUTERONOMII CAP. III.

שריד 3. A. λεῖμμα. O. σπέρμα.

חבל 4. A. σχοινίσματα. O. περίχωρα.

בצרת 5. A. διηρμέναι. O. ὀχυραί.

הפרזי A. ἀτειχίστων. O. Φερεζαίων.

בזונו 7. A. διηρπάσαμεν. O. ἐπρονομεύσαμεν.

צידנים 9. A. Σιδώνιοι. O. Φοίνικες.

3. **H**Ebr. ſuperſtitem. *A.* reſiduum. *LXX. non reliquerimus ipſius* ſemen. *Vul. percuſſimuſque eos uſque ad internecionem.*

4. *Heb.* funem. *A.* funiculos. *LXX.* adjacentia. *Vul. regionem.*

5. *Hebr. LXX. Vulg.* munitæ. *A.* elevatæ, *vel*, elatæ.

Hebr. A. non muratis. *LXX.* Pherezæorum. *Vulg. quæ non habebant muros.*

7. *Heb. A. LXX.* prædati ſumus. *Vulg. diſperdentes.*

9. *Heb. A. Vulg.* Sidonii. *LXX.* Phœnices.

מישר 10. A. τῆς εὐθείας. O. Μισώρ.

יקרא 13. A. κληθήσεται. O. λογισθήσεται.

חות 14. A. ἐπαύλεις. O. Θαυώθ, (al. Αὐώθ.)

אשדת 17. A. καταχύσεις. O. Ασηδώθ.

חלוצים 18. A. ἐξηρημένοι. O. ἐνοπλισάμενοι. Coisl. ἐνωπλισμένοι.

ויתעבר 26. A. Θ. ὑπερέθετο. O. ὑπερεῖδε.

רב A. πολύ. O. ἱκανούσθω.

חזק 28. A. κραταίωσον. O. κατίσχυσον.

10. *Heb.* planciei. *A.* rectæ. *LXX.* Misor. *Vul.* (*quæ sitæ sunt*) *in planitie.*

13. *Hebr. A.* vocabitur. *LXX.* reputabitur. *Vulg. vocatur.*

14. *H. A.* villæ. *LXX.* Thavoth. (*al.* Avoth.) *Vul. Havoth.*

17. *Hebr.* effusionibus. *A.* effusio. *LXX.* Asedoth. *Vul. radices.*

18. *Heb. A. Vul.* expediti. *LXX.* armati.

26. *Hebr. Vulg.* iratusque est. *A. Th.* distulit. *LXX.* despexit.

H. A. multum. *LXX.* sufficiat. *Vulg. sufficit.*

28. *H. A. Vulg.* corrobora. *LXX.* conforta.

Notæ ad Cap. III. Deuteronomii.

v. 5. In Coislin. legitur A. Δειμμᾶ. (sic) v. 10. Coisl. A. τῆς εὐθείας. v. 14. Coislin. οἱ λοιπ. τοῦ Μαχαθὶ, & sic legendum: Basiliensis, οἱ λοιπ. Μαχαθί.

DEUTERONOMII CAP. IV.

הדבקים 4. A. κολλώμενοι. O. προσκείμενοι.

בקרב הארץ 5. A. ἐν ἐγκάτῳ τῆς γῆς. O. ἐν τῇ γῇ.

חכם 6. A. συνετός. O. σοφός.

תמונת 16. A. εἰδώλου. O. ὁμοίωμα.

תבנית 17. A. ὑπόδειγμα. O. ὁμοίωμα.

צבא 19. A. στρατιαί. O. κόσμον.

נחלה 20. A. κληροδοσίας. O. ἔγκληρον.

השמרו 23. A. φυλάξασθε. O. προσέχετε.

אכלה 24. A. κατεσθίων. O. καταναλίσκον.

והפיץ 27. A. σκορπίσει. O. διασπερεῖ.

מקרב 34. A. ἀπὸ ἐγκάτου. O. ἐκ μέσου.

נטויה A. ἐκτεταμένῳ. O. ὑψηλῷ.

מוראים A. φοβήμασι. O. ὁράμασι.

4. HEb. adhærentes. *A.* conglutinati. *LXX.* appositi. *Vulg. qui adhæretis.*

5. *Heb. A.* in interiori terræ. *LXX. Vulg.* in terra.

6. *H. LXX. Vul.* sapiens. *A.* prudens.

16. *H.* imaginem. *A.* idoli. *LXX. Vulg.* similitudinem.

17. *H.* formam. *A.* repræsentationem. *LXX. Vulg.* similitudinem.

19. *H. A.* militiam. *LXX.* ornatum. *Vul. vacat.*

20. *H. A.* hæreditatis. *LXX. Vulg.* hæreditarium.

23. *Heb.* observamini. *A.* custodite. *LXX.* attendite. *Vulg. cave.*

24. *Heb.* comedens. *A.* devorans. *LXX. Vulg.* consumens.

27. *H. A. LXX. Vulg.* disperget.

34. *H. A.* ex interiori. *LXX. Vul.* de medio.

H. A. extento. *LXX.* excelso. *Vul. extentum.*

H. A. terroribus. *LXX.* visionibus. *Vulg. horribiles visiones.*

Notæ ad Cap. IV. Deuteronomii.

v. 3. O. τῷ Βεελφεγώρ, Coislin. in marg. οἱ λοιπ. ἐπὶ τῷ. v. 9. O. συμβιβάσεις, m. γνωριεῖς. v. 16. O. ἀνομήσητε, m. διαφθείρητε. v. 19. A. ἐξωσθῇς. Coisl. ubi LXX. πλανηθείς. Ibid. Coislin. A. Θ. ὑπανάντα, cætera ut in edito supra suo loco. v. 45. O. ἐλάλησε, m. ἐνετείλατο.

DEUTERONOMII CAP. V.

ינקה 11. A. ἀθωώσει. O. καθαριεῖ.

תעבד 13. A. δουλεύσεις. O. ἐργᾷ.

חמר 14. A. ὄνος. O. ὑποζύγιον.

כבד 16. A. δόξασον. O. τίμα.

ראשי 23. A. κεφαλαί. O. ἡγούμενοι.

11. HEbr. purgabit. *A.* innocentem faciet; *LXX.* mundabit. *Vulg. eris impunitus.*

13. *H. A.* servies. *LXX. Vul.* operaberis.

14. *H. A. Vulg.* asinus. *LXX.* subjugale.

16. *H. A. LXX. Vul.* honora.

23. *H. A.* capita. *LXX.* duces. *Vul. principes.*

זקני A. οἱ πρεσβύτεροι. O. ἡ γερουσία.

בשר 26. A. κρέας. O. σάρξ.

פה 13. A. ἐνταῦθα. O. αὐτοῦ.

H. A. seniores. *LXX.* senectutem. *Vul. majore natu.*

26. *Heb. A. LXX. Vul.* caro.

31. *H. A. LXX. Vul.* hic.

Notæ ad Cap. V. Deuteronomii.

v. 7. O. πρὸ προσώπου μου. Coislin. m. πλὴν ἐμοῦ.
v. 11. A. εἰς εἰκῆ. Coislin. Est igitur Aquilæ, ut recte conjectavimus.

DEUTERONOMII CAP. VI.

ושננתם 7. A. δευτερώσεις. O. προβιβάσεις.

וקשרתם 8. A. συνδήσεις. O. ἀφάψεις.

השמר 13. A. φυλάξαι. O. πρόσεχε.

וחקיו 17. A. ἀκριβάσματα. Σ. προστάγματα. O. δικαιώματα. O. Coislin. κρίματα.

7 HEbr. *A.* repetes. *LXX.* præscribes. *Vulg. narrabis.*

8. *Heb.* & ligabis ea. *A.* colligabis. *LXX.* alligabis. *Vul. ligabis.*

13. *Hebr. A.* observa te. *LXX.* attende. *Vul. cave diligenter.*

17. *Hebr.* statuta ejus. *A.* accurate statuta. *S.* præcepta. *LXX.* justificationes. *LXX. Coislin.* judicia. *Vul. caremonias.*

Notæ ad Cap. VI. Deuteronomii.

v. 5. O. ψυχῆς. Coislin. ad marg. διανοίας. Ibid. O. δυνάμεως, m. ἰσχύος.
v. 7. O. καθήμενος ἐν οἴκῳ. Coislin. marg. ἐν τῷ καθῆσθαι ἐν οἴκῳ &c. & hæc notantur asteriscis. v. 8. O. ἀσάλευτα, Coislin. m. A. ΗΑΚΤΑ, corrupte pro ἀτίνακτα, ut conjectamus. Vide quæ de hac voce diximus suo loco, & Exodi 13. 16. v. 24. O. τῷ ἡμῶν ᾖ, m. πολυήμεροι ὦμεν.

DEUTERONOMII CAP. VII.

עצומים ממך 1. A. ὀστεινά σου. O. ἰσχυρότερα ὑμῶν.

תחרים 2. Οἱ λοιποί, ἀναθεματίσεις. O. πατάξεις.

תחנם A. δωρήσῃ. O. ἐλεήσητε αὐτούς. O. Coisl. ἐλεήσῃς αὐτούς.

מזבחת 5. A. τὰ θυσιαστήρια. O. τοὺς βωμούς.

חשק 7. A. προσεκολλήθη. O. προείλετο.

פרי־בטנך 13. A. καρπὸν γαστρός σου. O. τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας σου.

דגן A. χεῦμα. O. σῖτον.

תירש A. ὀπωρισμόν. O. οἶνον.

יצהר A. στιλπνότητα. O. ἔλαιον.

עקר 14. A. στεῖρος. O. ἄγονος.

1. HEbr. *A.* osseas præ te. *LXX.* fortiores vobis. *Vul. robustiores te.*

2. *Hebr.* perdes. *Reliqui*, anathematizabis. *LXX.* percuties. *Vul. percuties eos usque ad internecionem.*

Hebr. gratiam præstabis eis. *A.* condonabis. *LXX.* miserti fueritis eorum *LXX. Coislin.* misertus fueris eorum. *Vul. misereberis earum.*

5. *Heb. A.* altaria. *LXX. Vul* aras.

7. *Hebr.* amavit. *A.* conglutinatus est. *LXX.* prælegit. *Vul. junctus est.*

13. *Hebr. A.* fructum ventris tui. *LXX.* fœtus ventris tui. *Vul fructum ventris tui.*

Hebr. LXX. frumentum. *A.* effusionem. *Vul. frumento.*

H. mustum. *A.* fructum autumnalem. *LXX.* vinum. *Vul. vindemia.*

H. LXX. oleum. *A.* splendorem. *Vul. oleo.*

14. *H. LXX.* infœcundus. *A.* sterilis.

Notæ ad Cap. VII. Deuteronomii.

v. 2. O. εἰς τὰς χεῖράς σου. Coislin. m. ἐν χερσί σου.
v. 13 A. χεῦμα, & post, ὀπωρισμόν, ac deinde, στιλπνότητα. Hunc haud dubie locum respicit Hieronymus cum ait in Epist. ad Pammachium de optimo genere interpretandi: *Aquila autem proselytus & contentiosus Interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est, jure projicitur a nobis. Quis enim pro frumento & vino & oleo, possit vel legere vel intelligere*, χεῦμα, ὀπωρισμόν, στιλπνότητα, *quod nos possumus dicere*, fusionem, pomationemque, & splendentiam &c. quæ in Præliminaribus allata sunt.
v. 15. O. νόσους. Coislin. m. [illegible] Ibid. O. ἐπιθήσει, m. ἐπάξει. v. 16. O. οὐ φείσεται, m. οὐκ ἀφέξεται.

DEUTERONOMII CAP. VIII.

חצב 9. A. λατομήσεις. O. μεταλλεύσεις.

שרף 15. A. ἐμπρηστής. O. δάκνων.

חלמיש A. στερεοῦ. O. ἀκροτόμου.

חיל 18. A. εὐπορίαν. O. δύναμιν.

9. Hebr. A. excides. LXX. effodies. *Vul. atis metalla fodiuntur.*

15. *H. A.* adurens. *LXX.* mordens. *Vul. flatu adurens.*

Hebr. filicis. *A.* folido. *LXX.* prærupta. *Vulg. durissima.*

18. *Hebr. LXX.* virtutem. *A.* abundantiam. *In Vul. vacat.*

DEUTERQNOMII CAP. IX.

ישר 5. A. εὐθύτητι. O. ὁσιότητι.

ערף 6. A. τένων. O. σκληροτράχηλος.

שחת 12. A. διέφθειρεν. O. ἠνόμησαν.

הברית 15. A. τῆς συνθήκης. O. τῶν μαρτυρίων.

ואשבר 17. A. κατέαξα. O. συνέτριψα.

פעם 19. A. καθόδῳ. O. καιρῷ.

ואתנפל 25. A. συνέπεσον. O. ἐδεήθην.

5. Hebr. rectitudine. *A.* rectitudinem. *LXX.* fanctitatem. *Vulg. æquitatem.*

6. *Heb. Vul.* cervicis. *A.* tendon. *LXX.* dura cervice.

12. *Hebr. A.* corrupit. *LXX.* inique egit. *Vul. vacat.*

15. *Hebr. A.* pacti. *LXX.* testimoniorum. *Vulg. fœderis.*

17. *Heb. A. Vulg.* confregi. *LXX.* contrivi.

19. *Hebr. Vulg.* vice. *A.* descensu. *LXX.* tempore.

25. *Hebr. A.* procubui. *LXX.* oravi. *Vulg. jacui.*

DEUTERONOMII CAP. X.

שטים 3. A. Σεττίμ. O. ἀσήπτων.

כמכתב 4. A. τὸ γράφιον. O. κατὰ τὴν γραφήν.

הבדיל 8. A. ἐχώρισε. O. διέστειλε. O. Coislin. διέστειλε.

לברך A. εὐλογεῖν. O. ἐπεύχεσθαι.

את ערלת לבב 16. A. ἀκροβυστίαν καρδίας. O. σκληροκαρδίαν.

ישא 17. A. ἀρεῖ. O. θαυμάζει.

שחד A. δωροκοπίαν. O. δῶρον.

תהלת 21. A. ὕμνησις. O. καύχημα.

את־הנוראת A. ἐπίφοβα. O. ἔνδοξα.

3. Hebr. sittim. *A. Vulg.* settim. *LXX.* imputribilibus.

4. *Hebr. LXX.* juxta scripturam. *A.* stylum. *Vulg. juxta id quod prius scripserat.*

8. *Heb. A. Vul.* separavit. *LXX.* distinxit.

Hebr. ad benedicendum. *A.* benedicere. *LXX.* orare. *Vul. ut benediceret.*

16. *Hebr. A. Vulg.* præputium cordis. *LXX.* duritiam cordis.

17. *Hebr. A.* tollet. *LXX.* admiratur. *Vulg. accipit.*

Hebr. LXX. munus. *A.* dona. *Vul. munera.*

21. *Hebr. Vulg.* laus. *A.* laudatio. *LXX.* gloriatio.

Heb. A. Vulg. terribilia. *LXX.* gloriosa.

DEUTERONOMII CAP. XI.

דרש 12. A. ἐκζητεῖ. O. ἐπισκοπεῖται.

תמיד A. ἐνδελεχῶς. O. διαπαντός.

בעתו 14. A. ἐν καιρῷ. Οἱ λοιπ. κατὰ καιρόν. O. καθ' ὥραν.

עשב 15. A. χλόην. O. χορτάσματα.

12. Hebr. quærens. *A.* exquirit. *LXX.* invisit. *Vulg. visitat.*

Hebr. LXX. Vulg. semper. *A.* perpetuo.

14. *Heb. A. LXX.* in tempore. *Reliqui*, per tempus. *In Vulg. vacat.*

15. *Heb. A.* herbam. *LXX.* pabula. *Vulg. fœnum.*

טוטפת

מזוזות 20. A. σταθμούς. O. φλιάς.

האחרון 24. Οἱ λοιπ. ἐσχάτης. O. ἐπὶ δυσμῶν.

מבוא 30. A. εἰσόδου. O. δυσμῶν.

אלוני מרה Οἱ λοιπ. αὐλῶνος καταφανοῦς. O. τῆς δρυὸς τῆς ὑψηλῆς.

20. *Hebr. Vulg.* postes. *A.* stationes. *LXX.* limina.

24. *Hebr. Reliqui*, novissimum. *LXX.* ad occidentem. *Vulg. occidentale.*

30. *Hebr. A.* ingressûs. *LXX.* occasûs. *Vul. quæ vergit ad solis occubitum.*

Hebr. Elone Moreh. *Reliqui*, canalis conspicui. *LXX.* quercum excelsam. *Vulg. juxta vallem tendentem & intrantem procul.*

Nota.

v. 2. O. παιδείαν. Coislin. ad marg. φωνῶ. v. 9. O. εἰσήλθατε, m. κληρονομήσατε.

DEUTERONOMII CAP. XII.

רענן 2. A. εὐθαλοῦς. O. δασέως.

בכל משלח יד 7. A. ἐν πάσῃ ἀποστολῇ χειρός. O. ἐπὶ πᾶσιν οὗ ἐὰν ἐπιβάλητε τὴν χεῖρα.

בטח 10. A. πεποιθότως. O. μετ' ἀσφαλείας.

בשעריך 18. A. ἐν ταῖς πύλαις. O. ἐν ταῖς πόλεσι.

חזק 23. Σ. ἀσφαλίζου. O. πρόσεχε.

קדשיך 26. A. ἡγιασμένα. O. ἅγια.

הישר 28. A. εὐθές. O. ἀρεστόν.

2. HEbr. viridi. *A.* frondoso. *LXX.* frondosa. *Vulg. frondosum.*

7. *Heb. A* in omni missione manus. *LXX.* in omnibus, quocumque miseritis manum. *Vulg. in cunctis, ad quæ miseritis manum.*

10. *Hebr. A.* confidenter. *LXX.* cum securitate. *Vulg. absque ullo timore.*

18. *Hebr. A.* in portis. *LXX. Vulg.* in urbibus.

23. *Heb.* confortare. *S. Vulg.* cave. *LXX.* attende.

26. *Hebr. A.* sanctificata. *LXX.* sancta. *Vulg. quæ autem sanctificaveris.*

28. *Hebr. A.* rectum. *LXX. Vulg.* placitum.

DEUTERONOMII CAP. XIII.

יסיתך 6. A. ἀναπείσῃ σε. C. παρακαλέσῃ σε.

ולא תחמל 8. Σ. οὐκ ἐπισπλαγχνισθήσῃ. O. οὐκ ἐπιποθήσεις.

כליל 16. A. ὁλοτελῶς. O. πανδημεί.

תל A. χῶμα. O. ἀοίκητος.

6. HEbr. seduxerit te. *A.* persuaserit tibi. *LXX.* hortatus te fuerit. *Vulg. tibi voluerit persuadere.*

8. *Hebr.* neque ignosces. *S.* ne miserearis. *LXX.* non desiderabis. *Vulg. ut miserearis.*

16. *Heb.* totum. *A. LXX.* penitus. *Vulg. ita ut universa consumas.*

Hebr. A. Vulg tumulus. *LXX.* inhabitabilis.

Nota.

v. 14. O. ἐτάσεις. Coislin. m. ἐκζητήσεις.

DEUTERONOMII. CAP. XIV.

תתגדדו 1. A. περιτέμνεσθε. In O. vacat.

יחמור 5. O. πύγαργον. Ἄλλος, αἴγαγρον.

שסעת שסע 6. A. δεδιχασμένον διχασμῷ. O. ὀνυχιστῆρας ὀνυχίζον.

פרסות A. ὁπλῶν. O. χηλῶν.

את־הארנבת 7. A. λαγωόν. O. δασύποδα.

נבלה 8. A. νεκριμαίων. O. θνησιμαίων.

1. HEb. *Vul.* vos incideritis. *A.* circumcidemini. *In LXX. vacat.*

5. *Hebr. Vulg.* bubalum. *LXX.* pygargum. *Alius*, caprum agrestem.

6. *Hebr. LXX.* findens fissuram. *A.* diffissum diffissione. *Vulg. quod in duas partes findit ungulam.*

Hebr. A. LXX. ungularum. *Vul. ungulam.*

7. *Hebr. A. LXX. Vulg.* leporem.

8. *Hebr.* cadaver. *A. LXX.* morticina. *Vul. cadavera.*

קשקשת 9. A. φολίδες. O. λεπίδες.

הפרס 12. A. ἴξον. O. γρῦπα.

ואת כל־ערב 14. A. καὶ σύμπαντα κόρακα. O. καὶ πάντα κόρακα.

היענה 15. A. στρουθοκάμηλον. O. στρουθόν.

לגר 21. A. τῷ προσηλύτῳ. O. τῷ παροίκῳ.
לנכרי A. ξείνῳ. O. ἀλλοτρίῳ.

שכר 26. A. μεθύσματι. O. σίκερα.

9. *Hebr.* squama. *A. LXX.* squamæ. *Vulg.* squamas.
